GAII ET IUSTINIANI

INSTITUTIONES IURIS ROMANI.

GAII ET IUSTINIANI

INSTITUTIONES IURIS ROMANI.

RECOGNOVERUNT ANNOTATIONEM ADIECERUNT CONIUNCTASQUE EDIDERUNT

CLEM. AUG. CAR. KLENZE

IURIS UTRIUSQUE DOCTOR ET IN UNIVERSITATE FRID. GUIL. BEROL. PROFESSOR PUBL. ORDINARIUS

ET

EDUARDUS BÖCKING

IURIS UTRIUSQUE DOCTOR.

BEROLINI

TYPIS ET IMPENSIS G. REIMERI.

MDCCCXXIX.

PRAEFATIO C. A. C. KLENZII.

Cum decem fere abhinc annis Gaii institutiones, per multa saecula ante perditae et iam desperatae, inter tot alia antiquitatis monumenta, quae ad nostra usque tempora latuerant, gaudentibus omnibus eis in lucem protractae essent, qui bonas artes a Romanis traditas amant, colunt et augent; haud iniuria in hoc libro spes collocanda videbatur, fore ut non solum incorrupta augeret de antiquo Romanorum iure testimonia, sed etiam ipsam disciplinam tantum amplificaret, quantum vix ab alio veteris iureconsulti Romani libro expectari posset. Etenim Gaii commentarii ut ad Iustinianum usque in scholis publicis discipulos studio iuris Romani imbuerant, ita etiam post illud tempus, quo Iustiniani institutiones ex eis confectae ipsos hoc suo loco moverant, ab omnibus earum interpretibus eo maiore cum desiderio deplorati erant, quo minus ex eis, quae barbarorum ope et consilio e Gaii libro decerpta ad nos pervenerant, veram rei speciem cognoscere liceret. Tum vero praeter omnium expectationem Gaii liber prodiit, medii aevi barbarie mutilatus quidem, sed non deformatus, et opimam promittere videbatur tam antiqui iuris studio, quam Iustiniani institutionum interpretibus messem. Ex illo autem tempore fructus quidem, quos Gaiani operis studium ad augendas antiquioris iuris Romani disciplinas ferre poterat, minime sunt neglecti; sed tam Goeschenii, viri praestantissimi mihique coniunctissimi, sagacitas, sollertia, ingenium, quam aliorum virorum doctorum opera in difficiliorum locorum interpretatione posita maiorem, quam equidem dicere possum, litteris nostris attulerunt utilitatem.

Verum tantum afuit, ut etiam ad Iustiniani institutionum interpretationem et usum Gaii commentarii eo quo ius fasque erat modo adhiberen-

tur, ut Iustiniani institutiones ex illo tempore a lectionibus academicis magis magisque removerentur, neque tamen Gaii commentarii illarum in locum sufficerentur. Huius autem rei causa et ratio non nisi in eo est, quod neque Iustinianum sine Gaio, neque Gaium sine Iustiniano planius et ornatius explicari licebat, neque utriusque institutionum comparatio commode fieri poterat nisi coniunctim editarum.

Quibus igitur ex causis iam ante hos quattuor annos coniunctarum utriusque institutionum editionis consilium suscepi et, licet nec cura nec negotiis satis vacarem ut perficerem, tamen adhuc semper retinui, cum neque iureconsulti Parisienses *), neque qui apud nos Gaio comparato institutiones Iustiniani ediderunt, votis nostris satis fecisse viderentur. Lectionum enim et interpretationum academicarum usui non aliam inservire posse existimavi editionem, nisi in qua utraeque institutiones in unum coniunctae essent, cuius rei cum multo maiore difficultate in quattuor evangeliis Griesbachius aliique praebuissent exemplum. Ad perficiendum vero hoc consilium, quamvis nec novae curae criticae ante Schraderi viri in nostris litteris clarissimi dudum promissam editionem, nec certe ad hunc usum amplae interpretationes opus esse viderentur, tamen et otio adhuc destituebar, neque nunc res perfecta esset, nisi amicus doctissimus Eduardus Böckingius laboris participem se fecisset. Cum enim quae ad Gaii institutionum recognitionem pro viribus meis conferre potui, dudum ipse paravissem, Böckingius Iustiniani institutionum recognitionem a me ipsi oblatam ita suscepit, ut non solum, quod expectaveram, Gaio comparato lectiones novo examini subiceret, sed etiam Haloandrinae et Cuiacianae editionum, praeterea recentiorum Bieneri, Beckii, Bucheri, et ubi necessarium videretur, ex eodem Buchero codicis Erlangensis varias adderet lectiones. Atque ne sic quidem in recognoscendis Iustiniani institutionibus satis sibi fecisse ratus etiam Theophili paraphrasin contulit, et, ubi tam ad lectionum varietatem quam ad interpretationem locorum difficiliorum alicuius momenti esse posse videbatur, et ex Theophili opere et ex similibus

*) Iustiniani institutiones c. novissime repertis Gaii inst. collatae. Par. 1822. (Du Caurroy) et Ecloga iuris civilis. ib. eod. et 1827. (Jourdan, Blondeau, Du Caurroy).

digestorum aliorumque librorum locis nonnulla subiecit; authenticas addidit ex Cuiacii et Baudozae institutionum editionibus, adiunctis quas ex codice Gottingensi Savinius ediderat *); omniaque ita exornavit, ut nihil, quod tironibus profuturum esse videretur, praetermitteret. Ita re instructa hanc suam operis partem mecum communicavit, ut cum Gaii libris et cum iis, quae his mihi addenda viderentur, coniungerem. coniunctas postremo utrasque institutiones communi opera ita excudendas curavimus, ut tam lectiones receptae quam observationes adiectae, nisi nomen appositum contrarium indicat, quod ad Iustiniani institutiones attinet, Böckingio, quod ad Gaii, mihi tribuendae sint. Hoc modo partiti inter nos laborem, quamquam gravissime dolemus temporis angustias nos impediisse, quo minus uterque alterius operam satis diligenter retractaremus, ideoque utrumque suae ipsius operis partis laudem et vituperationem solum ferre debere, tamen speramus, ne hanc quidem imperfectam operam inutilem fore, sed tam virorum doctorum quam studiosae iuventutis gratiam merituram esse.

In recognoscendis vero Iustiniani institutionibus Böckingius Cuiacianae editionis loco, ut simul vulgata et notissima conferretur, Koehleriana usus est, quae partem facit corporis iuris civilis Gottingensis; ita tamen, ut ea loca indicaret, in quibus haec ab ipsis Cuiacianis lectionibus recessisset. Praeter hanc editionem et quas iam indicavimus Haloandrinam, Bienerianam, Beckianam et Bucherianam, quarum varietas lectionum ubique notata est, aliae quoque editiones, imprimis Charondae, prout necessarium videbatur, collatae sunt; item novae editionis Schraderianae specimina. Theophili vero paraphrasis, cuius Böckingius praeter Reitzianam editionem etiam principem **) adhibuit, initio operis paullo rarius in auxilium vocata est, quam in posterioribus libris; cuius rei causa non tam in eo quaerenda est, quod minor videretur Theophili comparationis in primo libro auctoritas, quam quod in perficiendo opere magis magisque apparebat, quantae in recognoscendis institutionibus utilitati esset Theophili comparatio.

---

*) Cf. Hugonis: Civilist. Magazin vol. III. p. 282. sqq.

**) ed. Viglio Zuichemo. Basil. 1534. fol.

Quod autem ad recognoscendas Gaii institutiones attinet, non dubitabam equidem, quin multa hac certe editione omittere conveniret, quae, siquis Gaium seorsum edere vellet, neglegi non possent. Novam quidem codicis Veronensis collationem vix aliquem fructum ferre posse mihi ipse per plures dies, quibus Veronae anno huius saeculi vicesimo septimo moratus sum, persuasi, cum ne ea quidem agnoscere liceret, quae sollertia et sagacitas Goeschenii, Hollwegii et Blumii e vestigiis antiquae scripturae paene deletis elicuerat; verum multa ex observationibus Goeschenii et, qui nuper quartum ediderat commentarium, Heffteri, hoc loco recipienda, diiudicanda fuissent, si eorum editiones hac nostra superfluas reddere in animo fuisset; cum vero nihil magis optandum videretur, quam ut extra scholas academicas pleniores editiones omnium manibus versarentur, multa nobis omittenda fuerunt, quae quamvis non aliena, tamen hoc loco superflua fuissent. Quamobrem primum loca similia, ad quae lectores recurrerent, partim ex Goeschenii aliorumque observationibus sumpta, partim a me aucta indicavi; deinde ex illorum observationibus eas recepi, quae vel ad restitutionem eorum, quae in codice Veronensi legi non potuerunt, vel ad explicationem locorum difficilium interpretationibus academicis inservire possent; ea vero loca, quorum lectiones vel mutavi vel mutandas proposui, meo nominis signo, quo facilius inveniri possent, distinxi. Difficilius autem fuit indicare ea verba, quae in codice Veronensi legi vel omnino non, vel non satis potuerunt, quippe quae cum Goeschenio litteris obliquis denotare non possem; his enim ad Gaii commentarios omnino a Iustiniani institutionibus discernendos usus eram; adhibui igitur peculiare signum cancellorum, quibus quamquam singulae litterae incertae bene notari non potuerunt, tamen omnia ea verba vel etiam syllabae, quae vel omnino vel maximam partem incertae sunt, includerentur. siqua autem omnino librarii incuria exciderint, iis praeter cancellos asteriscos apposui. Ubi vero litterarum deperditarum loco Goeschenius singulos asteriscos posuit, si decem pluresve desiderantur, numerum adieci seu litterarum, seu versuum, seu paginarum earum, quae incertae vel deletae scripturae in codice Veronensi essent; si pauciores, punctis singulas litteras indicavi. Omnia autem, quae vel restituere vel emendare conatus sum, diligentissime cum vestigiis scripturae a

Goeschenio indicatis contuli et ita semper composui, ut rationem haberem siglarum in codice Veronensi consuetarum. Ut vero doleo me mearum lectionum neque in observationibus operi subiectis neque in hac praefatione plenius rationes reddere potuisse, ita spero occasionem aliquando non defuturam, ut vel cum Goeschenio, si novam paraverit editionem, communicem, vel alio loco singularum quas emendavi lectionum explicationem publici faciam iuris.

Postremo utrasque institutiones ita coniunximus, ut partim Gaium iuxta institutiones Iustiniani collocaremus, partim, ubi pauca tantum a Iustiniano in Gaii verbis mutata essent, communia litteris discriminatis significaremus, Gaii autem lectiones a Iustiniano mutatas parentheseos signo inclusas apponeremus; ea vero, quae omnino e Gaii libro imperator omittenda censuit, vel quae ex novo iure adiecit, seorsum sic scriberemus, ut Gaii verba institutionibus Iustiniani praemitterentur. Hoc modo paucis tantum locis *) ordinem, quem Gaius servaverat, mutare coacti sumus, cum Iustinianus in conficiendo opere suo, verbis quidem mutatis, vel aliquot locis aut omissis aut additis, plerumque tamen veterem servavit ordinem. Ceterum quod ad ordinem singulorum verborum attinet, in quo Iustiniani institutionum libri, tam manu scripti quam editi, temere varient, plerumque Gaii secuti sumus auctoritatem, exceptis tamen iis locis, in quibus Iustinianus consulto eum mutasse videretur. Item in scribendi ratione Gaius nobis plerumque fuit dux, ut etiam plane dubia verba e codicis Veronensis auctoritate varie scriberemus; ea autem verba, quae ut plane dubia essent, tamen usu nostro et consuetudine quodammodo firmata viderentur, nec non ea, quae testibus veteribus rei grammaticae scriptoribus certa viderentur, nonnumquam vel etiam contra codicis Veronensis auctoritatem constanter sic teneremus. In omnibus vero his rebus si nobiscum ipsi dissentire videbimur, is potissimum nobis indulgebit, qui aliquando expertus fuerit quam sit diffi-

*) Commentario secundo quae numerantur §. §. 65—79. iam inter §. §. 11. et 12. collocavimus; §. §. 174—190. inter §. §. 163. et 164.; §. §. 229—245. inter §. §. 223. et 224. et Commentario III. §. §. 102—109. inter §. §. 97. et 98. In paucis aliis locis sufficere videbatur, si lectori in margine ad quae recurreret loca indicarentur. Omnis huius dispositionis tabulam post praefationem dedimus a Bockingio conscriptam, in qua ubi omnia collocata sint exactius relatum est.

cilis in communi opere eiusmodi constantia: haec enim omnia multo magis in consuetudine sunt, quam in consilio, ideoque modo consilium pervertit consuetudinem, modo consuetudo consilium. prae ceteris haec de interpungendi ratione, quam in hac editione secuti sumus, dicta esse volumus: cum enim de ea inter Böckingium et me ut omnino certe tam brevi tempore conveniret difficillimum fuisset, equidem quod ad Gaium attinet Goeschenii modum, Böckingius, quod ad Iustiniani institutiones, suam consuetudinem retinere instituimus; loca vero communia communi consilio diiudicavimus. quodsi etiam in hoc consilio perficiendo inconstantes videbimur, ea maxima causa est, quod impediti fuimus, quo minus ea, quae operis mandata erant, communi labore corrigeremus; id quod praesertim de primo fere libro dicendum est. Indices operi additos Böckingius confecit.

Scrib. d. XVIII. m. Ian. MDCCCXXIX.

SYNOPSIS SUCCINCTA

QUA IUSTINIANI INSTITUTIONUM LIBRI TITULI ET PARAGRAPHI

COMPARANTUR CUM

GAII COMMENTARIIS PARAGRAPHISQUE

ADIECTIS PAGINIS EDITIONIS NOSTRAE.

INSTITUTIONUM Iustiniani		INSTITUTIONUM Gaii	Paginae ed. nostr.
Prooemium.		—	1. 2.
Liber PRIMUS.		Commentarius PRIMUS.	
Tit.	§. §.	§. §.	
I.	. . . .	——	3.
II.	pr. . .	——	— 4.
	1. . . .	1.	
	2. . . .	——	
	3 — 8. .	2 — 7.	— 6.
	9 — 11. .	——	
	12. . . .	8.	
III.	pr. . . .	9.	
	1 — 3. .	——	
	4. . . .	10.	
IV.	pr. . . .	11.	7.
	1. . . .	——	
V.	pr. . . .	11. contin.	
	1. 2. . .	——	— 8.
	——	12 — 35.	— 10.
	3. . . .	——	
VI.	pr. . . .	36. 37.	
	1 — 3. .	—	11.
	4. 5. . .	38. 39.	
	6. . . .	——	
	7. . . .	40. 41.	— 12.
VII.	. . . .	42 — 47.	— 13.
VIII.	pr. . . .	48 — 51.	— 14.
	1. 2. . .	52. 53.	
	——	54.	
IX.	. . . .	55.	[illegible]
X.	pr. . . .	56. 57.	— 16.
	1. 2. . .	58 — 61.	
	3 — 5. .	62.	
	6 — 10. .	63.	17.

INSTITUTIONUM Iustiniani		INSTITUTIONUM Gaii	Paginae ed. nostr.
Liber PRIMUS.		Commentarius PRIMUS.	
Tit.	§. §.	§. §.	
	11. . . .	——	
	12. 13. .	64 — 66.	— 18.
	——	67 — 96.	— 22.
XI.	pr. 1. . .	97 — 99.	— 23.
	——	100. 101.	
	2. . . .	——	
	3 — 7. .	102.	— 24.
	8. . . .	(105.)	
	9. 10. . .	103. 104.	
	(8.) . .	105. 106.	
	11. . . .	107.	
	12. . . .	——	
	——	108 — 115 b.	— 25.
	——	116 — 123.	— 27.
XII.	pr. 1. . .	124 — 128.	
	2 — 4. .	——	28.
	5. . . .	129.	— 29.
	——	130. 131.	
	6. . . .	132.	
	7. . . .	133.	30.
	——	134. 135.	
	8 — 10. .	——	— 31.
	——	136.	
	——	137 — 141.	
XIII.	pr. . . .	142. 143.	32.
	1. 2. . .	——	
	3. . . .	144 — 146.	
	4. . . .	147.	— 33.
	——	148 — 154.	
	5. . . .	——	
XIV.	. . . .	——	— 34.

INSTITUTIONUM Iustiniani		Gaii	Paginae ed. nostr.
Liber PRIMUS.		Commentarius PRIMUS.	
Tit.	§. §.	§. §.	
XV.	pr. 1.	155. 156.	34.
	2.	—	
	—	157.	
	3.	158.	
XVI.	pr. — 3.	159 — 163.	35.
	4 — 6.	—	— 36.
	7.	164.	
XVII.	....	165.	
	—	166 — 172.	— 37.
XVIII.	....	—	
XIX.	....	—	— 38.
XX.	.	.	
	—	173 — 184.	
	pr. 1 — 2.	185 — 187.	— 39.
	3 — 5.	—	
	—	188.	
	6.	189.	— 40.
	—	190.	
	7.	191.	
	—	192. 193.	
XXI.	....	—	— 41.
XXII.	.	.	
	—	194. 195.	
	pr.	196.	— 42.
	1 — 6.	—	
XXIII.	pr.	197. 198.	
	1 — 6.	—	43.
XXIV.	pr.	199. 200.	
	1 — 4.	—	44.
XXV.	....	—	— 46.
XXVI.	....	—	— 47.
Liber SECUNDUS.		Commentarius SECUNDUS.	
I.	pr.	1.	48.
	1 — 6.	—	— 49.
	7 — 10.	2 — 8.	— 50.
	—	9 — 11.	
		[12 — 14. v.	59. 60.]
		[15 — 61. v.	63—69.]
		[62 — 64. v.	72.]
	11. 12.	65 — 67.	— 51.
	13. 14.	—	
	15.	68.	
	16.	—	— 52.
	17.	69.	
	18. 19.	—	
	20 — 22.	70 — 72.	— 53.
	23. 24.	—	
	25.	(79.)	— 54.
	26 — 29.	—	
	30 — 34.	73 — 78.	55. 56.
	(25.)	79	— 57.

INSTITUTIONUM Iustiniani		Gaii	Paginae ed. nostr.
Liber SECUNDUS.		Commentarius SECUNDUS.	
Tit.	§. §.	§. §.	
I.	35 — 48.	—	57—59.
II.	....	12 — 14.	— 60.
III.	....	—	— 61.
IV.	....	—	— 62.
V.	....	—	— 63.
	—	15 — 39.	— 65.
VI.	.	.	
	—	40 — 42.	
	pr. — 7.	43 — 51.	— 67.
	8 — 11.	—	— 68.
	—	52 — 61.	— 69.
	12 — 14.	—	
VII.	....	—	— 71.
VIII.	pr. 1.	62 — 64.	72.
		[65 — 79. v.	50—57.]
	2.	80 — 85.	— 74.
IX.	pr.	86.	
	1. 2.	—	— 75.
	3.	87.	
	—	88.	
	eadem	89.	
	—	90.	
	4. 5.	91 — 95.	— 77.
	—	96.	
	6.	97 — 100.	
X.	pr.	—	
	1.	101 — 104.	— 78.
	2 — 8.	—	— 79.
	9	105. 106.	— 80.
	—	107.	
	10.	108.	
	11 — 14.	—	— 81.
XI.	pr.	109.	
	—	110. 111.	
	1 — 6.	—	— 82
XII.	pr.	—	83.
	1.	112. 113.	— 84.
	2 — 5.	—	
XIII.	.	.	
	—	114.	
	pr.	115.	85.
	—	116 — 122.	
	contin.	123 — 126.	— 86.
	1 — 4.	127 — 137.	— 88.
		[138 — 151. v.	96—98.]
		[152 — 173. v.	100-104.]
		[174 — 184. v.	92—96.]
	5 — 7.	—	— 89.
XIV.	pr. 1.	185 — 189.	— 90.
	—	190.	
	2 — 12.	—	91. 92.
XV.	pr. 1.	174. 175.	
	—	176 — 178.	93
	2 — 4.	—	

	INSTITUTIONUM Iustiniani	INSTITUTIONUM Gaii	Paginae ed. nostr.
	Liber SECUNDUS.	Commentarius SECUNDUS.	
Tit.	§. §.	§. §.	
XVI.	pr. — 4.	179 — 183.	93—95.
	5 — 8.	——	
	9.	184.	— 96.
XVII.	pr.	——	
	1.	138.	
	——	139 — 143.	
	2.	144.	— 97.
	3.	——	
	4 — 6.	145 — 147.	— 98.
	——	148 — 151.	
	7. 8.	——	— 99.
XVIII.	. . . .	——	— 100.
XIX.	pr. — 2.	152 — 158.	— 101.
	——	159. 160.	102.
	3.	161.	
	4.	——	
	5. 6.	162. 163.	— 103
	7.	164 — 173.	— 104.
		[174—184. v.	92. sqq.]
		[185—190. v.	90. sqq.]
XX.	pr.	191.	— 105.
	1.	——	
	(cf. 2.12.8. 4.7.)	192 — 223.	— 109.
		[224—228. v	119.120]
		[229—237. v.	116-118.]
	2 — 24.	(cf. 192. sqq.)	— 113.
	25. 26.	238 — 241.	— 114.
	27.	——	
	28 — 30.	242. 243.	— 115.
	31.	——	
	32. 33.	244. 245.	— 116.
	34. 35.	229 — 232.	— 117.
	——	233. 234.	
	36.	235 — 247.	— 118.
XXI.	. . . .	——	
XXII.	pr.	224 — 228.	119. 120.
	1 — 3.	——	— 121.
XXIII.	pr.	246. 247.	
	1.	——	
	2 — 6.	248 — 258.	— 124.
	7.	——	
	8.	259.	— 125.
	9 — 12.	——	— 126.
XXIV.	pr. — 2.	260 — 267.	— 127
	3.	(cf. 249.)	
	——	268 — 289.	— 130.
XXV.	. . . .	——	
	Liber TERTIUS.	Commentarius TERTIUS.	
I.	pr.	——	131.
	1. 2.	1. 2.	— 132.
	——	3.	
	2. contin.	4.	
	3 — 5.	——	133.

	INSTITUTIONUM Iustiniani	INSTITUTIONUM Gaii	Paginae ed. nostr.
	Liber TERTIUS.	Commentarius TERTIUS.	
Tit.	§. §.	§. §.	
I.	——	5. 6.	133.
	6.	7. 8.	— 134.
	7 — 16.	——	— 137.
II.	pr. 1.	9 — 11.	— 138.
	(cf. 7. 6.)	12. 13.	
	2.	——	
	3. 4.	14 — 16.	— 140.
	5 — 8.	——	— 141.
	——	17.	
III.	. . . .	——	— 143.
IV.	. . . .	——	— 144.
V.	——	18 — 30.	— 145.
	pr. 1. 2.	——	
	3.	31.	
	4. 5.	——	— 146.
	(cf. 2. 1. etc.)	32 — 38.	— 147.
VI.	. . . .	——	— 152.
VII.	pr. 1. 2.	39 — 42.	— 153.
	——	43 — 76.	— 157.
	3. 4.	——	— 159.
VIII.	. . . .	——	— 160
IX.	. . . .	(cf. 32. 33.)	— 163.
	——	77 — 81.	— 164.
X.	pr. 1.	82. 83.	— 165.
	2.	——	
	3.	84.	
	——	85 — 87.	— 166.
XI.	. . . .	——	— 167.
XII.	. . . .	——	— 168.
XIII.	. . . .	88. 89.	
XIV.	pr. 1	90. 91.	— 169.
	2 — 4.	——	— 170.
XV.	pr. 1.	92. 93.	— 171.
	——	94 — 96.	
	1. cont. — 7.	——	— 173.
XVI.	. . . .	——	
XVII.	. . . .	——	— 174.
XVIII.	. . . .	——	
XIX.	pr.	——	175.
	1. 2.	97.	
	3. 4.	(cf. 103.)	— 176.
		[98 — 101. v.	177-198]
	5.	102.	
	(cf. 4.)	103.	
	6 — 10.	104 — 109.	— 177.
	11.	98.	
	(cf. 4.)	99.	178.
	12.	——	
	13.	100. 101.	
		[102 — 9. v.	176.177.]
	14 — 27.	——	— 180.
	——	110 — 114.	— 181.
XX.	pr.	115.	
	——	115 — 119.	

INSTITUTIONUM Iustiniani Liber TERTIUS. Tit.	§. §.	Gaii Commentarius TERTIUS. §. §.	Paginae ed. nostr.
XX.	1. 2.	119. 120.	181. 182.
	3.	—	
	4.	121. pr.	
	—	121. 122.	
	4. cont.	122. cont.	183.
	—	123 — 125.	
	5. 6.	126. 127.	— 184.
	7. 8.	—	
XXI.	.	.	
	—	128 — 134.	— 185
	. . . .	—	
XXII.	. . . .	135 — 138.	186.
XXIII.	pr. 1. 2.	139 — 141.	— 188
	3 — 5.	—	— 189.
XXIV.	pr. 1 — 3.	142 — 145.	— 191.
	—	146.	
	4.	147.	
	5. 6.	—	
XXV.	pr. 1 — 5.	148 — 152.	192. 193.
	—	153.	
	6.	—	
	7. 8.	154.	
	9.	—	— 194.
XXVI.	pr. 1 — 6.	155. 156.	— 195.
	7.	157.	
	—	158.	
	8.	(cf. 161.)	196.
	9. 10.	159. 160.	
	—	161.	
	11. 12.	—	197.
	13.	162.	
XXVII.	. . . .	—	— 199.
XXVIII.	pr. 1. 2.	163 — 165.	— 200.
	—	166.	
	3.	167.	
XXIX.	pr. 1.	168 — 172.	— 201.
	2.	—	— 202.
	—	173 — 175.	
	3.	176 — 179.	— 203.
	4.	—	— 204
	—	180. 181.	
Liber QUARTUS.			
I.	pr.	182.	205.
	1. 2.	—	
	3 — 5.	183 — 190.	206. 207.
	—	191 — 194.	— 208.
	6 — 10.	195 — 200.	— 209.
	—	201.	
	11.	202.	— 210.
	12.	—	
	13 — 16.	203 — 206.	— 211.
	16. cont.	—	— 212.

INSTITUTIONUM Iustiniani Liber QUARTUS. Tit.	§. §.	Gaii Commentarius TERTIUS. §. §.	Paginae ed. nostr.
I.	17. 18.	207. 208.	212.
	19.	—	
II.	pr.	209.	— 213.
	1. 2.	—	— 214.
III.	pr.	210.	
	1. 2.	—	
	3.	211.	
	4 — 9.	—	215.
	10. 11.	212. 213.	— 216.
	—	214.	
	12 — 16.	215 — 219.	— 218.
IV.	pr.	—	
	1 — 3.	220 — 222.	— 219
	4 — 6.	—	
	7.	223. 224.	— 220
	8.	—	
	9.	225.	
	10 — 12.	—	— 221.
V.	. . . .	—	— 222.
		Commentarius QUARTUS.	
VI.	pr. 1. 2.	1 — 3.	223. 224.
	3 — 13.	—	— 226
	14 — 19.	4 — 9.	— 228
	20 — 30.	(cf. 42. 67. 68.)	— 230.
	(cf. 15. etc.)	10 — 47.	— 238.
	31.	—	
	—	48 — 51.	— 239
	32. 33.	52 — 54.	— 241.
	34.	(cf. 56.)	— 242.
	35.	55.	
	(cf. 34.)	56 — 60.	— 243.
	36 — 38.	—	
	39. (cf. 30.)	61.	— 244.
	40.	(cf. 65.)	
	(cf. 28. 40.)	62 — 68.	— 245.
VII.	pr. 1 — 5.	69 — 74.	— 248.
	6 — 8.	—	— 249.
VIII.	pr.	75.	
	1 — 3.	—	
	4 — 6.	76 — 78.	— 250.
	—	79 — 81.	— 251.
	7.	—	
IX.	. . . .	—	— 252.
X.	pr.	82.	
	—	83.	
	1. 2.	84. 85.	— 253.
	—	86. 87.	
XI.	pr. 1. 2.	88 — 102.	— 255.
	3 — 7.	—	— 256.
	—	103 — 109.	— 257.
XII.	. . . .	110 — 114.	— 258.
XIII.	pr. 1 — 4.	115 — 117.	— 260.

INSTITUTIONUM Iustiniani		INSTITUTIONUM Gaii	Paginae ed. nostr.	INSTITUTIONUM Iustiniani		INSTITUTIONUM Gaii	Paginae ed. nostr.
Liber QUARTUS.		Commentarius QUARTUS.		Liber QUARTUS.		Commentarius QUARTUS.	
Tit.	§. §.	§. §.		Tit.	§. §.	§. §.	
XIII.	5. 6. . .	——	260.	XV.	5 — 7. .	153 — 160.	269-270.
	7 — 11. .	118 — 124.	— 262.		——	161 — 170.	— 272.
	——	125.			8. . . .	——	
XIV.	pr. — 3. .	126 — 129.	— 263.	XVI.	. . . .	171 — 183.	— 275
	4. . . .	——	— 264.		——	184 — 187.	
	——	130 — 137.	— 265.	XVII.	. . . .	——	276. 277.
XV.	pr. 1 — 4.	138 — 151.	— 268	XVIII.	. . . .	——	278-280.
	——	152.					

N. B. Quibus Gaii paragraphis peculiares lineae ({) appositae sunt, eas transpositas esse sciat lector.

PRAEMONITUM.

Litteris antiquis Iustiniani institutiones scriptae sunt;

Litteris obliquis Gaii commentarii;

Litteris discriminatis quae utrisque institutionibus communia sunt.

(—) Parentheseos signo inclusae sunt variae Gaii lectiones Iustiniani institutionibus appositae.

[—] Cancellis inclusa sunt quae vel omnino vel maximam partem legi in codice Veron. non potuerunt.

[* — *] Cancellis cum asteriscis inclusa sunt quae librarii incuria in cod. Ver. omissa de coniectura suppleta sunt.

C. N. : Constitutio novella i. e. authentica. Minoribus litteris discriminatis expressae sunt authenticae.

Hal. : Haloandri editio institutionum (Noremb. 1529. 8.)

Theoph. : Theophili paraphrasis institt. ex ed. Reitz. (Hagae Com. 1751. 4.)

C. : Cuiacii editio institutionum in Corp. iuris civ. (Gott. 1776. 4.)

Bi. : Bieneri editio institutionum (Berol. 1812. 8.)

Schr. : Prodromus corp. iur. civ. a Schradero, Clossio, Tafelio edendi. (Berol. 1823. 8.)

Be. : Beckii editio institutionum in Corp. iuris civ. (Lips. 1825. 8.)

Bu. : Bucheri editio institutionum (Erlang. 1826. 8.)

Hefft. : Gaii institut. comment. IV. ed. Heffterus (Berol. 1827. 4.)

Kl. : Klenze.

Bg. : Böcking.

INSTITUTIONUM

D. IUSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS

PROOEMIUM.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI [a].

IMPERATOR CAESAR FLAVIUS IUSTINIANUS,

ALAMANNICUS [b], GOTHICUS [c], FRANCICUS, GERMANICUS, ANTICUS [d], ALANICUS, VANDALICUS, AFRICANUS,

pius, felix, inclitus, victor ac triumphator semper Augustus,

cupidae legum iuventuti.

IMPERATORIAM maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumque tempus, et bellorum et pacis, recte possit gubernari et princeps Romanus victor existat non solum in hostilibus praeliis, sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellens, et fiat [e] tam iuris religiosissimus, quam victis hostibus triumphator [f]. §. Quorum utramque viam cum summis vigiliis et summa [g] providen- I. §. 1.
tia, annuente deo perfecimus. et bellicos quidem sudores nostros barbaricae gentes sub iuga nostra deductae [h] cognoscunt, et tam Africa, quam aliae innumerosae [i] provinciae, post tanta temporum spatia nostris victoriis, a caelesti numine praestitis, iterum dicioni Romanae nostroque additae imperio protestantur. omnes vero populi legibus tam [k] a nobis promulgatis, quam [k] compositis reguntur. §. Et cum sacratissimas constitutiones antea con- I. §. 2.
fusas in luculentam ereximus consonantiam, tunc nostram extendimus curam et [l] ad im-

---

PROOEM. *a*) Haec non habet Hal. et una cum seq. inscriptione desunt in Cod. Erlang. *b*) *Alemanicus* Hal. *Alamanicus* G. *Alemannicus* Bi. Be. Bu. Cf. de inscriptione et de imperatoris agnominibus Agathiae hist. I. cap. 4. pag. 21. ed. Niebuhr. *c*) *Gotthicus* Hal. G. *d*) *Atticus* Al. *e*) *expellat, et fiat* Hal. Bi. Bu. *fiat* om. Cod. Erlang. *ἐξωθῶν· καὶ γένοιτο* Theoph. *f*) *magnificus* add. Hal. non agn. Theoph. *g*) *summaque* Hal. G. Be. *h*) *redactae* Hal. *i*) *innumerae* Hal. *numerosae* G. *k*) *iam ... vel* G. Be. nobis favet Theoph. *l*) *et* om. Hal. G. Bi. Be. Bu. recepi ex Theoph. et Schr.

mensa prudentiae veteris volumina, et opus desperatum quasi per medium profundum
I. §. 3. euntes caelesti favore iam adimplevimus. §. Cumque hoc deo propitio peractum est, Tribuniano [m], viro magnifico, magistro et exquaestore sacri palatii nostri [n], nec non [o] Theophilo et Dorotheo, viris illustribus, antecessoribus [p], quorum omnium sollertiam et legum scientiam et circa nostras iussiones fidem iam ex multis rerum argumentis accepimus, convocatis specialiter mandavimus [q], ut [r] nostra auctoritate nostrisque suasionibus institutiones componant [s], ut liceat vobis prima legum cunabula non ab antiquis fabulis discere, sed ab imperiali splendore appetere, et tam aures, quam animae vestrae [t] nihil inutile, nihilque [u] perperam positum [x], sed quod in ipsis rerum obtinet argumentis, accipiant; et quod in priori [y] tempore vix post quadriennium [z] prioribus [a] contingebat, ut tunc constitutiones imperatorias legerent, hoc vos a primordio ingrediamini, digni tanto honore tantaque reperti felicitate [b], ut et [c] initium vobis et finis legum eruditionis a voce principali procedat.
I. §. 4. §. Igitur post libros quinquaginta digestorum seu pandectarum, in quibus [d] omne ius antiquum collectum [e] est, quos [f] per eumdem virum excelsum Tribunianum, nec non [g] ceteros viros illustres et facundissimos confecimus, in hos [h] quatuor libros easdem institutio-
I. §. 5. nes partiri iussimus, ut sint totius legitimae scientiae prima elementa. §. In quibus breviter expositum est et quod antea obtinebat, et quod [i] postea desuetudine inumbratum ab [k]
I. §. 6. imperiali remedio illuminatum est. §. Quas ex omnibus antiquorum institutionibus et praecipue ex commentariis Gaii [l] nostri tam institutionum, quam rerum cotidianarum [m], aliisque multis commentariis compositas cum tres praedicti viri prudentes [n] nobis obtulerunt [o], et legimus et cognovimus [p] et plenissimum nostrarum constitutionum robur eis ac-
I. §. 7. commodavimus. §. Summa itaque ope et alacri studio has leges nostras accipite et vosmetipsos sic eruditos ostendite, ut spes vos [q] pulcherrima foveat, toto legitimo opere perfecto [r] posse etiam [s] nostram rempublicam in partibus eius vobis credendis [t] gubernari [u].

D. CP. XI. kalend. decembris D. Iustiniano PP. A. [x] III. Cons. [y].

---

m) *Triboniano* Hal. Schr. et sic ubique. n) *et exconsule* add. Hal. o) *et* ins. Bu. p) *nostris* add. G. Be. Bu. q) Quod mandatum hodie non extat; nec umquam in scripturam redactum fuisse opinor. r) *ipsi* ins. Hal. s) *componerent* Hal. G. Be. t) *animi vestri* Hal. Bi. u) *nihil* Bi. Bu. x) *compositum* Bu. μηδὲ εἰκῇ κείμενον Theoph. y) *priore* Hal. G. Be. *in priore* Schr. z) μετὰ τρεῖς ἢ μόλις χρόνον Theoph. Sed cf. Iustiniani const. *Omnem reip.* §. 1. 5. a) *prioribus* om. Bu. b) *reperti digni tanto honore tantaque felicitate* Bu. c) *et* om. Bu. d) *in quos* Schr. e) *collatum* G. Schr. Cf. Iustiniani const. digestis praemissas. f) *quod* Hal. g) *et* ins. Bi. Bu. h) *hos* om. Hal. ἐν τέτρασι τούτοις Theoph. i) *quod* om. Cod. Erlang. k) *ab* om. Hal. G. Be. l) *Caii* Hal. Schr. Bu. Extant codd. mss., qui addunt *Iulii Caesar.* vel *Seii.* m) *cottidianarum* G. Bu. *Quotidianarum* Be. n) *viri prud. praed.* Bi. *praed. viri prudentissimi* Bu. o) *obtulerint* Bu. p) *recognovimus* Hal. q) *nos spes* Bu. r) *perfecto* Al. s) *et* Bu. t) *credendam* Bi. Bu. u) *gubernare* Schr. x) *A.* om. Hal. y) *Data undecimo calendas decembres, Constantinopoli, domino nostro Iustiniano perpetuo augusto tertium consule.* Schr. In Cod. Erlang. deest subscriptio.

tribuendi. Tribuens [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] commendant [illegible] de fin. V. 23. de invent. II. 11. l. 31. §. 1. D. depositi. Eadem vi naturae magis convenit. Quid enim aliud justitia et jurisprudentiam? Deinde Stoici vitam activam praecipiebant. ὁ νόμος πολιτευόμενος.

[illegible] [illegible] definitio magis humana [illegible] [illegible] Cic. de Orat. I. 42. Item jurisprudentiae I. 18.

Divinarum atque humanarum notitia. Ita saepe apud Veteres philosophia definitur: vid. Id. I. 49. Nec tamen [illegible] definitionem Graecam dixerim. Saepe enim et Romani „res divinas atque humanas" nominant. Jurisconsulti Prudentes atque [illegible] appellantur: (les sages de la nation) apud quos et omnis humanae sapientiae [illegible] quasi depositio. Cic. de Orat. III. [illegible]

divinarum. Ius pontificium. Cic. de leg. II. 19. de Orat. [illegible]. l. 1. §. 2. D. de just. et jur. l. 1. D. de div. rerum. Vid. quoque l. 2. §. 6. D. de orig. juris.

publicum jus est. Pomponius Dicit.

honeste vivere. l. 12. D. de ritu nupt. [illegible] [illegible] hoc et [illegible] de bono et malo disputationem [illegible] [illegible] [illegible] alienum non est [illegible] a qui bus jurisprudentiae.

de jure stricto quod collectum est et [illegible] [illegible] [illegible] utrumque collectum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

Justitia distributiva et commutativa [illegible]. item expletiva et attributiva Grotii. [illegible] [illegible] commutativa. Grot. de J. B. et P. Lib. I Cap. I. §. VIII.

× vide quoque l. 32. D. de [illegible]

Ius naturale. Plerumque idem quod gentium. l. 10. §. [illegible] D. de [illegible] [illegible]. [illegible] tamen [illegible] l. 1. [illegible] D. de just. et jur. Natura [illegible] quae hominibus et brutis [illegible] [illegible] jus nomine appellantur. quia [illegible] [illegible] [illegible] necessaria. [illegible] v. de Cic. de offic. II. 20. et Ulp. l. 1. §. 3. D. de quadrupe.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

INSTITUTIONUM
D. IUSTINIANI
LIBER PRIMUS.

GAII
INSTITUTIONUM
COMMENTARIUS PRIMUS.

TIT. I.
DE IUSTITIA ET IURE.

Iustitia [a] est constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi [b]. §. Iurispru- I. pr. §. 1.
dentia [c] est divinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia. §. His I. §. 2.
igitur generaliter cognitis et incipientibus nobis exponere iura populi Romani, ita [d] videntur posse tradi commodissime, si primo levi ac simplici via, post deinde [e] diligentissima atque exactissima interpretatione singula tradantur. alioquin si statim ab initio rudem adhuc et [f] infirmum animum studiosi multitudine ac [g] varietate rerum oneraverimus, duorum alterum, aut desertorem studiorum efficiemus, aut cum magno labore [h], saepe etiam cum diffidentia, quae plerumque iuvenes avertit, serius ad id perducemus, ad quod leviori
via ductus sine magno labore et sine ulla diffidentia maturius perduci potuisset. §. Iu- I. §. 3.
ris [i] praecepta sunt haec: honeste vivere, alterum non laedere, [k] suum cuique [l] tribuere.
§. Huius [m] studii duae sunt positiones: [n] publicum et privatum. publicum ius [o] est, quod I. §. 4.
ad statum rei Romanae spectat; privatum, quod ad singulorum utilitatem pertinet [p]. Dicendum est igitur [q] de iure privato, quod tripertitum est [r]; collectum est enim ex naturalibus praeceptis, aut gentium, aut civilibus.

TIT. II.
DE IURE NATURALI, GENTIUM ET CIVILI.

Ius [a] naturale est, quod natura omnia animalia docuit; nam ius istud [b] non solum [c] I. pr.
humani generis proprium est, sed [d] omnium animalium, quae in caelo, quae in terra, quae in mari nascuntur [e]. hinc descendit maris atque feminae coniunctio [f], quam nos matrimonium appellamus; hinc liberorum procreatio; hinc [g] educatio. videmus etenim [h] cetera

---

Tit. I. a) Ulp. L. 10. pr. D. h. t. I. 1. Cf. Auct. ad Herenn. III. 2. Cic. de fin. V. 23. b) *tribuens* Bi. Bu. Viglius in restituendo Theophili primo tit. lib. I. hanc lectionem secutus est. c) Ulp. cit. L. 10. §. 2. d) *maxime* ins. Bi. Bu. e) *post demum* Bu. f) *atque* Bu. g) *aut* G. h) *eius* add. Bu. i) Ulp. L. 10. §. 1. D. h. t. k) *ius* ins. Bu. l) *unicuique* Bu. m) Ulp. L. 1. §. 2. D. eod. n) *ius* ins. Bu. o) *ius* om. Bu. p) *pertinet* om. Hal. et Dig. quae hunc in modum pergunt: *sunt enim quaedam publice utilia, quaedam privatim. publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit. privatum ius tripertitum. rel.* q) *ergo* Bu. r) *tripertite est collectum: est enim* Bi. *collectum* i. f. si ponit Bu.

Tit. II. a) Ulp. L. 1. §. 3. D. de iust. et iure 1. 1. b) *illud* Bu. c) *solum* om. Hal. G. Be. agn. Theoph. d) *et* ins. Bi. *etiam* ins. Bu. e) *avium quoque commune est* add. Dig. f) *coniugatio* Bi. Bu. g) *et* pro *hinc* Bi. Bu. h) *enim* Bu.

I. §. 1. P. 1. G. §. 1. quoque animalia istius iuris perita[i] censeri. §. Ius autem civile vel gentium ita dividitur[k]: |§. [Omnes[l] populi, qui legibus et[m] moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur. nam quod quis]que populus ipse sibi ius constituit, id ipsius[n] civitatis proprium[o] est, vocaturque ius civile, quasi ius proprium ip[sius civitatis; quod vero naturalis] ratio[p] inter omnes homines constituit, id apud omnes populos[q] peraeque custoditur, vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes[r] utuntur[s]. et populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utitur; quae singula qualia sint, suis locis proponemus.

I. §. 2. §. Sed ius quidem civile ex unaquaque civitate appellatur, veluti Atheniensium. nam si quis velit Solonis vel Draconis leges appellare[t] ius civile Atheniensium, non erraverit; sic enim et ius, quo populus Romanus utitur, ius civile Romanorum appellamus, vel ius Quiritum, quo Quirites utuntur; Romani enim[u] a Quirino Quirites appellantur. sed quotiens non addimus eius[x] nomen, cuius sit civitatis, nostrum ius significamus, sicuti cum poëtam dicimus, nec addimus nomen, subauditur apud Graecos[y] Homerus, apud nos Virgilius[z]. Ius autem[a] gentium omni humano generi commune est. nam usu exigente et humanis necessitatibus gentes humanae[b] quaedam sibi constituerunt; bella etenim[c] orta sunt et captivitates secutae et servitutes, quae sunt naturali iuri contrariae — iure enim naturali omnes homines ab initio[d] liberi nascebantur — et ex hoc iure gentium omnes paene contractus introducti sunt, ut emptio[e] venditio, locatio[e] conductio, societas, depositum, mutuum et alii innumerabiles[g].

I. §. 3. G. §. 2. §. Constat[h] autem ius nostrum[i] aut ex scripto, aut ex non[k] scripto, ut apud Graecos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. Scriptum[l] ius est lex, plebiscita, senatusconsulta[m], principum placita, magistratuum edicta, responsa prudentium.

§. Constant autem iura ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, constitutionibus principum, edictis eorum, qui ius edicendi habent, responsis prudentium.

I. §. 4. G. §. 3. §. Lex est quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante, veluti consule, constituebat (*iubet atque constituit*); plebiscitum est quod plebs plebeio magistratu interrogante, veluti tribuno, constituebat (*iubet atque constituit*). plebs autem a populo eo[n] differt (*distat*), quo species a genere; nam (*quod*) populi appellatione universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis et sena-

---

i) *perita* Al. Sed cf. Theoph. k) *civile a iure gentium distinguitur, quod* om. Hal. l) L. 9. D. de iust. et iur. I. 1. (Gai. lib. 1. inst.) In Cod. Ver. praescripta videntur: *L. De iure gentium et civili*, quae tamen cum reliquis similib. inscript. omisimus. m) *aut* Bi. *moribus et legibus* Bu. n) *ipsum* Bu. o) *proprium* om. Bu. p) *natura vel ratio* Bu. q) *populus* om. Hal. G. Be. Bu. et Dig. r) *homines omnes* Bu. s) *utantur* Hal. G. Be. t) *appellaverit* Bu. om. *velit.* u) *a Romulo*, ins. Hal. οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι ἀπὸ Κουιρίνου ταυτέστι Ῥωμύλου. Theoph. x) *eius* om. Hal. G. Be. Bu. y) *egregius* ins. Hal. G. Bi. Be. non agn. Theoph. z) *Vergilius* ubique scribit Hal. a) Cf. Ulp. L. 4. D. de iust. et iure I. 1. et Hermogen. L. 5. ibid. b) *iura* ins. Bu. non agn. Theoph. c) *enim* Bu. d) *ab initio* om. Bu. sed agn. Theoph. e) *et* ins. Hal. f) *mandatum* add. Bu. non agn. Theoph. g) *contractus* add. Bi. agn. Theoph. h) Ad. §. 3. 4. cf. Ulp. L. 6. §. 1. Papin. L. 7. D. tit. cit. i) *quo utimur* ins. Hal. k) *sine* Hal. et Dig. *non* ex Bi. l) *autem* ins. Hal. G. m) *plebiscitum, senatusconsultum* Hal. n) *in eo* Bu.

[illegible]gatum a jure civili differt. Grot. II. 133. ~~[illegible]~~ l. 8. § 1. D. de acceptil. [illegible] jus gentium [illegible] Conf. Livius I. 4. [illegible] D. de captiv. et postlim.

[illegible] et ore moris [illegible] [illegible] [illegible] moris [illegible] [illegible] natura [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] naturali cognati, [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] Grot. II. 65. 66 et 69.

[illegible] hominum [illegible] in populi formam conjunctos, [illegible] qui legibus et moribus reguntur: hoc enim apud [illegible] populus appellatur.
Cic. de republ. I. 25. [illegible] multitudinis juris [illegible] et utilitatis communione sociatus.

[illegible]

[illegible] Quiritium. Cf. [illegible] I. 15. [illegible] (II. [illegible]) [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Grot. I. 40.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] I. 13. [illegible] Quiritium [illegible] appellati.

§ 3. [illegible] aut non [illegible]. [illegible]

[illegible] et [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] I. [illegible]
[illegible]

toribus; **plebis autem appellatione sine patriciis et senatoribus ceteri cives significantur.**

Sed et [o] plebiscita lege Hortensia [p] lata non minus valere, quam leges, coeperunt.

Unde olim patricii dicebant, plebiscitis se non teneri, quia sine auctoritate eorum facta essent. sed postea lex |Hortensia lata est, p. 2. *qua cautum est, ut plebiscita universum populum tenerent. itaque eo modo legibus exaequata sunt* [q].

§. **Senatusconsultum est quod senatus iubet atque constituit.** *idque legis vicem obtinet* [r]*; quamvis fuit quaesitum.* nam cum auctus esset [s] populus Romanus in eum modum, ut difficile esset [t] in unum eum convocari [u] legis sanciendae causa, aequum visum est senatum vice populi consuli. I. §. 5. G. §. 4.

§. Sed [x] et quod principi placuit, legis habet vigorem, cum lege regia [y], quae de imperio eius lata est, populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem concessit [z]. quodcumque ergo [a] imperator per epistolam constituit, vel cognoscens decrevit, vel edicto praecepit, legem esse constat; haec [b] sunt, quae constitutiones appellantur. plane ex his quaedam sunt personales, quae nec ad exemplum trahuntur, quoniam non hoc princeps vult; nam quod alicui ob meritum indulsit, vel si cui [c] poenam irrogavit, vel si cui sine exemplo subvenit, personam non transgreditur. aliae autem, cum generales sint, omnes procul dubio tenent.

§. *[Cons]titutio principis est, quod imperator decreto, vel edicto, vel epistola constituit; nec umquam dubitatum est, quin id legis vicem obtineat, cum ipse imperator per legem imperium accipiat.* I. §. 6. G. §. 5.

§. Praetorum quoque edicta non modicam obtinent iuris auctoritatem. hoc etiam ius honorarium solemus appellare, quod qui honores [d] gerunt, id est magistratus, auctoritatem huic iuri dederunt. proponebant et aediles curules edictum de quibusdam causis, quod edictum [e] iuris honorarii portio est.

§. *Ius autem edicendi habent magistratus populi Romani. sed amplissimum ius est in edictis duorum praetorum, urbani et peregrini, quorum in provinciis iurisdictionem praesides earum habent. item in edictis aedilium curulium, quorum iurisdictionem in provinciis populi Romani quaestores habent; nam in provincias Caesaris omnino quaestores non mittuntur, et ob id hoc edictum in his provinciis non proponitur.* I. §. 7. G. §. 6.

§. **Responsa** [f] **prudentium sunt sententiae et opiniones eorum, quibus permissum erat** (*est*) **iura condere** [g]; I. §. 8. G. §. 7.

nam antiquitus constitutum [h] erat, ut essent qui iura publice interpretarentur, quibus a

quorum omnium si in unum sententiae concurrant, id, quod ita sentiunt, legis vicem

---

o) *et* om. Bu. p) *Ortensia* Hal. cf. not. sq. q) Cf. Gell. X. 20 Fest. sub vocib. *Populi, Scitum, Scita.* Gai. L. 238. pr. D. de verb. sign. L. 16. et praec. Theoph. Gell. XV. 27. Pomp. L. 2. §. 8. D. de orig. iur. I. 2. Plin. Hist. nat. XVI. 10. r) Cf. infra Gai. I. 83. II. 197. 206. 255. IV. 110. s) *est* Bi. t) *sit* Bi. u) *convocare* Bi. Cf. Pomp. cit. L. 2. §. 9. x) §. 6. desumptus est ex Ulp. L. 1. D. de const. princ. I. 4. y) Cf. etiam Alex. L. 3. Cod. de testam. VI. 23. Const. *Deo auctore* §. 7. z) *conferat* Ulp. l. c. *concedat* Hal. *νόμου ῥηγίου τοῦτο κυρώσαντος, ὃς περὶ βασιλείας τεθεὶς πᾶσαν βασιλεῖ δέδωκε κατὰ τοῦ δήμου τὴν ἐξουσίαν.* Theoph. a) *igitur* Bi. Bu. b) *hae* G. Be. c) *quam* Hal. et Dig. *τινὶ* Theoph. d) *honorem* G. Bu. Cf. Pomp. cit. L. 2. §. 10. Papin. L. 7. §. 1. D. de inst. et iure I. 1. e) *et ipsum* Hal. pro *edictum.* f) Cf. Pomp. cit. L. 2. §. 47. g) *erat de iure respondere* Hal. h) *institutum* G. Bu. Cf. praeter Pomp. l. c. Const. *Deo auctore* §. 4. Senec. ep. 94. p. 398. i. f. ed. Bip.

Caesare ius respondendi datum est, qui iurisconsulti appellabantur; quorum omnium sententiae et opiniones eam auctoritatem tenebant, ut iudici recedere a responso eorum non liceret, ut est constitutum.

obtinet; si vero dissentiunt, iudici licet, quam velit, sententiam sequi: idque rescripto divi Hadriani significatur[i].

I. §. 9. §. Ex non[k] scripto ius venit, quod usus comprobavit[l]. nam diuturni mores consensu utentium comprobati legem imitantur. I. §. 10. §. Et non ineleganter in duas species ius civile distributum esse[m] videtur. nam origo eius ab institutis duarum civitatum, Atheniensium[n] scilicet et Lacedaemoniorum, fluxisse videtur; in his enim civitatibus ita agi solitum erat, ut Lacedaemonii quidem magis ea, quae pro legibus observarent[o], memoriae mandarent[p], Athenienses vero ea[q], quae in legibus scripta comprehendissent, custodirent.

I. §. 11. §. Sed naturalia quidem iura[r], quae apud omnes gentes peraeque servantur[s], divina quadam providentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent; ea vero, quae ipsa sibi quaeque civitas constituit, saepe mutari solent, vel tacito consensu populi, vel alia lege postea lata. I. §. 12. G. §. 8. p. 3. §.[t] Omne[u] autem[x] ius, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel |ad res, vel ad actiones. et[y] (*sed*) prius videamus de personis. nam parum est ius nosse, si personae, quarum causa constitutum est, ignorentur[z].

TIT. III.

DE IURE PERSONARUM.

I. pr. G. §. 9. §. Summa itaque[a] ([b] *Et quidem summa*) divisio de iure personarum haec est, quod omnes homines aut liberi sunt, aut servi[c]. [d]Et libertas[e] quidem[f], ex qua etiam liberi vocantur, est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, I. §. 1. nisi si quid[g] vi aut iure prohibetur. §.[h] Servitus autem[i] est constitutio iuris gentium, I. §. 2. qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur. §.[k] Servi autem[l] ex eo appellati sunt, quod imperatores captivos vendere[m] ac per hoc servare, nec occidere solent[n]. qui I. §. 3. etiam mancipia[o] dicti sunt eo[p], quod ab hostibus manu capiuntur. §.[q] Servi autem aut nascuntur, aut fiunt: nascuntur ex ancillis nostris; fiunt aut iure gentium, id est ex captivitate, aut iure civili, cum liber homo maior viginti annis ad pretium participandum sese I. §. 4. venumdari passus est. §.[r] In servorum condicione nulla est differentia;

G. §. 10. in liberis autem[s] multae differentiae sunt[t]: aut enim ingenui sunt, aut libertini.

§. *Rursus liberorum hominum alii ingenui sunt, alii libertini.*

---

i) Vid. not. praeced. k) *Sine* Hal. Cf. Iulian. L. 32. Ulp. L. 33. D. de legib. I. 3. l) *adprobavit* Hal. m) *esse* om. Bi. n) *Athenarum* Hal. G. o) *observabant* Hal. *servarent* Bi. p) *commendarent* Bu. q) *ea* om. Bi. r) *Ἀλλὰ τὰ μὲν iura gentium* Theoph. s) *observantur* Hal. t) §. 12. noster in ed. Gott. aliisque Cuiacianis est principium seq. tituli. Praescribitur in cod. Ver. „*II. De iuris divisione*". u) L. 1. pr. D. de statu hom. I. 5. (Gai. lib. I. inst.) x) *autem* om. Dig. y) *ac* Bi. Bu. z) Cf. Hermog. L. 2. D. de statu hom. I. 5.

Tit. III. a) *itaque* om. Bi. b) Praescribitur in cod. Ver. „*III De condicione hominum*". c) L. 3. D. de statu hom. I. 4. (Gai. lib. 1. inst.) Cf. Epit. I. 1. pr. d) §. 1. editt. Cuiacianarum. e) Florent. L. 4. pr. D. eod. f) *quidem* om. Dig. g) *nisi quod* Bi. Bu. h) §. 2. edd. Cuiac. i) *autem* om. Florent. cit. L. §. 1. k) §. 3. edd. Cuiac. l) *autem* om. Flor. cit. L. 4. §. 2. m) *iubent* add. Bi. Bu. n) Cf. Donat. in Terent. Ad. II. 1. o) Cf. Varro de l. l. V. 8. Gai. I. §. 121. Florent. cit. L. 4. §. 3. Isidor. orig. V. 25. IX. 4. p) *eo* om. Bi. Bu. q) §. 4. edd. Cuiac. Ad h. et sq. §. cf. Marcian. L. 5. pr. §. 1. D. tit. cit. r) §. 5. edd. Cuiac. s) *autem* om. G. Be. Bu. δὲ Theoph. t) *differentiae sunt* om. Hal.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

TIT. IV.
DE INGENUIS.

Ingenuus[a] **est**[b] **qui statim ut natus est**[c] **liber est, sive ex duobus ingenuis matrimonio editus est**[d], **sive ex duobus libertinis, sive ex altero libertino et altero ingenuo. sed etsi quis ex matre libera nascitur**[e], **patre vero**[f] **servo, ingenuus nihilominus nascitur, quemadmodum qui**[g] **ex matre libera et incerto patre natus est**[h], **quoniam vulgo conceptus est. sufficit autem**[i] **liberam fuisse matrem eo tempore, quo nascitur, licet ancilla conceperit; et e contrario, si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit eum, qui nascitur, liberum nasci, quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre**[k] **est. ex his**[l] **illud quaesitum est, si ancilla praegnans manumissa sit, deinde ancilla facta postea pepererit, liberum an servum pariat? et Marcianus**[m] **probat liberum nasci; sufficit enim ei, qui in ventre**[n] **est, liberam matrem vel**[o] **medio tempore habuisse**[p]**; quod et**[q] **verum est. §. Cum autem ingenuus aliquis natus sit, non officit illi**[r] **in servitute fuisse et postea manumissum esse; saepissime enim constitutum est natalibus non officere manumissionem**[s]**.**

§. *Ingenui sunt, qui liberi nati sunt;* I. pr. G. §. 11.

I. §. 1.

TIT. V.
DE LIBERTINIS.

Libertini sunt qui ex iusta servitute manumissi sunt[a]. **Manumissio autem est datio libertatis**[b]**; nam quamdiu quis**[c] **in servitute est, manui et potestati suppositus est; manumissus liberatur potestate**[d]. **quae res a iure gentium originem sumpsit, utpote cum iure naturali omnes**[e] **liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cum servitus esset incognita; sed postquam**[f] **iure gentium servitus invasit, secutum est beneficium manumissionis; et cum uno naturali**[g] **nomine omnes**[h] **homines appellaremur**[i], **iure gentium tria genera hominum**[k] **esse coeperunt: liberi, et his contrarium**[l] **servi, et tertium genus libertini**[m], **qui desierant esse servi. §. Multis autem modis manumissio procedit: aut enim ex sacris constitutionibus**[n] **in sacrosanctis ecclesiis manumittuntur**[o], **aut vindicta, aut inter amicos, aut per epistolam, aut per testamentum, aut per aliam quamlibet ultimam voluntatem**[p]. **sed et aliis multis modis libertas servo competere potest, qui tam ex veteribus, quam ex nostris constitutionibus**[q] **introducti sunt. §. Servi autem a dominis**

I. pr. G. §. 11. contin.

I. §. 1.

I. §. 2.

Tit. IV. a) Cf. Marcian. L. 5. §. 2. 3. D. de statu hom. I. 5. b) *is* add. Hal. G. Be. c) *nascitur* Bi. d) *est* om. Bi. e) *nascatur* Bu. f) *vero* om. G. Be. Bu. g) *quemadm. si quis* Bu. h) *nascitur* Bu. i) *enim* Bu. k) *utero* Bi. Bu. l) *et* ins. Bi. Bu. m) *Marcellus* Bi. Marcianum enim, cit. scil. L. 5. D., tantum ex alio probasse. *καὶ φαμὲν ἐλεύθερον εἶναι* Theoph. n) *utero* Hal. Bi. o) *in* ins. Bi. Bu. p) *ut liber nascatur* add. Hal. non agn. Theoph. q) *et* om. G. Be. r) *ei* Hal. s) C. N. „Novo iure omnes liberti ingenui sunt et habent ius aureorum annulorum, iure patronatus illaeso". Ex Nov. 78. c. 1. 2. Auth. *Sed hodie* Cod. de iur. aur. annulor. VI. 8. Cf. Ulp. L. 21. D. de capt. XLIX. 15. et passim Cod. de ingen. manum. VII. 14.

Tit. V. a) L. 6. D. de statu hom. I. 5. (Gai. lib. I. inst.) b) *est de manu datio* Hal. Nobiscum facit Theoph. Cf. Ulp. L. 4. D. de iust. et iure I. 1. c) *aliquis* Hal. d) *et m. l. p.* Hal. *m. l. a. pot.* Bi. e) *homines* ins. Bi. invitis Dig. et Theoph. f) *posteaquam* G. Be. g) *communi* Hal. Bi. Bu. Nostrae lect. favent Dig. et Theoph. h) *omnes* om. Hal. G. Be. i) *appellarentur* Hal. G. Be. Bu. Nobisc. fac. Dig. et Theoph. k) *hominum* om. c. Dig. G. Be. sed agn. Theoph. l) *contrarii* Bu. m) *liberti* Al. et Dig. n) *aut* (om. *enim*) *ex s. c.* Hal. *ut* ins. Bu. o) *manumittuntur* om. Hal. G. Be. sed agn. Theoph. p) *aut alia qualibet ultima voluntate* Bu. q) Vid. pag. 10. not. c.

semper [r] manumitti solent, adeo ut vel in transitu manumittantur, veluti cum praetor aut proconsul aut praeses in balneum vel in theatrum eat [s].

G. §. 12. §. *Rursus libertinorum [tria sunt genera: nam aut cives Romani, aut Latini, aut dediticiorum] [t] numero sunt. de quibus singulis dispiciamus; ac prius de dediticiis.*

G. §. 13. §. [u] *Lege itaque Aelia Sentia cavetur, ut qui servi a dominis poenae nomine vincti sint, quibusve stigmata inscripta sint, deve quibus ob noxam quaestio tormentis habita sit et in ea noxa fuisse convicti sint, quique, ut ferro aut cum bestiis depugnarent, traditi sint, inve ludum custodiamve coniecti fuerint, et postea vel ab eodem domino vel ab alio manumissi, eiusdem condicionis liberi fiunt, cuius condicionis sunt peregrini dediticii.*
G. §. 14. §. [v] *Vocantur autem sic, qui quondam adversus populum Romanum armis susceptis pug-*
G. §. 15. *naverunt et deinde victi se dediderunt. §. Huius ergo turpitudinis servos quocumque modo et cuiuscumque aetatis manumissos, etsi pleno iure dominorum fuerint, numquam aut cives Romanos, aut Latinos fieri dicemus, sed omni modo dediticiorum numero constitui intellegemus [w].*

G. §. 16. §. *Si vero in nulla tali turpitudine sit servus, manumissum modo civem Romanum,*
G. §. 17. *modo Latinum fieri dice|mus. §. Nam in cuius persona tria haec concurrunt, ut maior*
p. 4. *sit annorum triginta, et ex iure Quiritium domini, et iusta ac legitima manumissione liberetur, id est vindicta, aut censu, aut testamento, is civis Romanus fit; sin vero aliquid eorum deerit, Latinus erit [x].*

G. §. 18. §. [y] *Quod autem de aetate servi requiritur, lege Aelia Sentia introductum est. nam ea lex minores triginta annorum servos non aliter voluit manumissos cives Romanos fieri, quam si vindicta, apud consilium iusta causa manumissionis approbata, liberati fuerint.*
G. §. 19. §. *Iusta autem causa [z] manumissionis est veluti si quis filium filiamve, aut fratrem sororemve naturalem, aut alumnum, aut paedagogum, aut servum procuratoris habendi gra-*
G. §. 20. *tia, aut ancillam matrimonii causa, apud consilium manumittat. §. [a] Consilium autem adhibetur in urbe Roma quidem quinque senatorum et quinque equitum Romanorum puberum; in provinciis autem viginti recuperatorum civium Romanorum. idque fit ultimo die conventus; sed Romae certis diebus apud consilium manumittuntur. Maiores vero triginta annorum servi semper manumitti solent, adeo ut vel in transitu manumittantur, veluti cum praetor aut proconsule in balneum vel in thea-*
G. §. 21. *trum eat [b]. §. Praeterea minor triginta annorum servus manumissione potest civis Romanus fieri, si ab eo domino, qui solvendo non erat, testamento liber et heres relictus sit [c].*
p. 5. *si* | — *vers.* 5 — | — *litt.* 14 — | *spurios* | — *litt.* 18 — | — *vers.* 1 — | — *litt.* 21 — | *creditor* | — *litt.* 6 — | *sex* | — *vers.* 1 — | — *litt.* 26 — | *debitoris ....* | *legis* | — *litt.* 34 — | — *litt.* 24 — | *pecunia* | — *litt.* 9 — |

---

r) *Servi vero ... semper* Hal. S. *aut. a. d. saepe* Bi. Be. Bu. Sed c. f. Gai. h. C. §. 20. et Theoph. s) *aut praeses, aut proconsul. ... eant* Hal. G. B. Cf. Gai. l. c. t) Post *libertinorum* verAum excidisse manifestum est: in quo restituendo imprimis Epit. respexi. Goesch. u) Praescribitur in cod. Ver. „*De dediticiis vel lege Aelia Sentia*". Cf. Caes. de bell. civ. I. 14. Sueton. Caes. c. 31. Cf. Ulp. I. §. 11. Epit. I. 1. §. 3. Theoph. I. 5. §. 3. v) Praescribitur in cod. Ver.: „*De peregrinis dediticiis*". Cf. Theoph. l. 5. cit. §. 3. Isid. Orig. IX. cap. 4. in fin. w) Cf. Theoph. I. 5. §. 4. x) Cf. Theoph. I. 5. cit. §. 4. Ulp. I. §. §. 12. 16. 6. 10. Epit. I. 1. §. §. 1. 2. y) Praescribitur in cod. Ver.: „*VI. De manumissione vel causae probatione*". Cf. Ulp. I. §. 12. Theoph. I. 5. cit. §. 4. et infra Comm. II. §. 276. z) Cf. infra Gai. §. 39. et §. 5. Inst. quib. man. lic. I. 6. a) Praescribitur in cod. Ver.: „*VII. De recuperatoribus*". Cf. Ulp. I. §. 13a. Theoph. I. 6. §. 4. b) Cf. supra §. 2. I. h. t. c) Cf. Ulp. I. §. 14.

[illegible]

| — vers. 2 — | *ea* : *traditione* | — litt. 20 — | *mancipationibus* | — litt. 26 — | — vers. 2 — | . . . . . *La-tinum* | — litt. 48 — | *is qui a* | — litt. 12 — | — vers. 4 — | | §. [*manumissi sunt, Latini Iuniani* p. 6. G. §. 22.
dicuntur]: *Latini ideo, nam assimulati sunt L*[*atinis coloniar*]*iis*; *Iuniani ideo* [*vero*], *quia per legem Iuniam libertatem acceperunt, cum olim servi viderentur esse* [c]. §. *Non tamen* G. §. 23.
illis permittit lex Iunia nec ipsis testamentum facere, nec ex testamento alieno capere [d], *nec tutores testamento dari* [e]. §. *Quod autem diximus, ex testamento eos capere* [*non*] G. §. 24.
posse, ita intellege[*ndum est, ut nihil*] *directo hereditatis legatorumve nomine eos posse capere dicamus*; *alioquin per fideicommissum capere possunt* [f].

§. *Hi vero, qui dediticiorum numero sunt, nullo m*[*odo ex testamento*] *capere pos-* G. §. 25.
sunt [g], *non magis, quam qui liber peregrinusque* [*est*]; *nec ipsi testamentum facere possunt* [h] *secundum* [*quod plerisque*] *placuit.* §. *Pessima itaque libertas eorum est, qui dedi-* G. §. 26.
ticiorum numero sunt: nec ulla lege, aut senatusconsulto, aut constitutione principali aditus illis ad civitatem Romanam datur [i]. §. *Quin et in urbe Roma vel intra centesi-* G. §. 27.
mum urbis Romae miliarium morari prohibentur [k]. *et* [*si contra fecerint*] *ipsi bonaque eorum publice venire iubentur ea condicione, ut ne in urbe Roma vel intra centesimum urbis Romae miliarium serviant,* [*neve umquam manumittantur*; *et*] *si* [*manumissi*] *fuerint, servi populi Romani esse iubentur. et haec ita lege Aelia Sentia comprehensa sunt.*

|§. [l] *Latini multis modis ad civitatem Romanam perveniunt* [m]. §. *Statim enim ea-* p. 7. G. §. 28.
dem lege Aelia Sentia cautum est, ut minores triginta annorum manumissi [*et*] *Latini* G. §. 29.
facti si uxores duxerint vel cives Romanas, vel Latinas coloniarias, [*vel ei*] *usdem condicionis, cuius et ipsi essent, idque testati fuerint adhibitis non minus quam septem testibus civibus Romanis puberibus, et filium procreaverint* [*et*] *is filius anniculus fuerit, permittatur eis, si velint, per eam legem adire praetorem vel in provinciis praesidem provinciae, et approbare, se ex lege Aelia Sentia* [*liberorum causa*] *uxorem duxisse* [n] *et ex ea filium anniculum habere: et si is, apud quem causa probata est, id ita esse pronunciaverit, tunc et ipse Latinus et uxor eius,* [**et filius**] *si et ipse eiusdem condicionis sit* [o], *cives Romani esse iubentur.* §. *Ideo autem in ipso filio adiecimus „si et ipse eius-* G. §. 30.
dem condicionis sit", quia, si uxor Latini civis Romana [*est*], *qui ex ea nascitur, ex novo senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, civis Romanus nascitur* [p].
§. *Hoc tamen ius adipiscendae civitatis Romanae etiamsi soli minores triginta annorum* G. §. 31.
manumissi et Latini facti ex lege Aelia Sentia habuerunt, tamen postea senatusconsulto, quod Pegaso et Pusione consulibus factum est, etiam maioribus triginta annorum manumissis Latinis factis concessum est [q]. §. *Ceterum etiamsi ante decesserit Latinus,* [*quam*] G. §. 32.

---

c) Conf. infra Gaii Comm. III. §. 56. item Fragm. veter. ICti de iur. specieb. §. 8. et Ulp. I. §. 10. d) Cf. Epit. I. I. §. 4. Ulp. XX. §. 14. XXII. §. 3. XVII. §. 1. XXV. §. 7. Isidor. Origin. Lib. IX. cap. 4. in fin. e) Cf. Ulp. XI. §. 16. f) Conf. infra Gaii Comm. II. §. 275. item Ulp. Fragm. XXV. cit. §. 7. g) Cf. Epitome, I. I. §. 4. Ulp. XXII. §. 2. h) Cf. infra Gaii Comm. III. §. 75. item Epit. loc. cit. Ulp. XX. §. 14. i) Cf. Epit. I. 1. cit. §. 4. k) Cf. Isidor. Origin. Lib. IX. cap. 4. in fin. l) In cod. Ver. praescribitur: „*Quibus modis* Latini ad civitatem Romanam perveniant." m) Cf. Epit I. 1. §. 4. Ulp. III. §. 1. n) Cf. infra Gaii Comm. I. §. 66. et 73. nec non Comm. III. §. 5. et 73. item Ulp. III. §. 3. „testatione interposita quod liberorum quaerendorum causa uxorem duxerat." o) Goeschenius: „Latinus, (*et filius*) et uxor eius, si et ipsa eiusdem etc. Cf. nostra legis Serviliae fragm. Berol. 1825. p. 19. Kl. p) Cf. infra Gaii Comm. I. §. 66. et 80. Ulp. III. cit. §. 3. q) Cf. Ulp. III. §. 4.

anniculi filii causam probaret, potest mater eius causam probare [r], *et sic et ipsa fiet ci-*
p. 8. *vis Romana* | — litt. 28 — | — vers. 2 — | *ipse filius cuius* | — litt. 24 — | *debet causam probare,*
ut | — litt. 26 — | *de filio anniculo* | — litt. 19 — | — vers. 5 — | *illis* | — litt. 8 — | *'dominis* | — litt. 19 — |
| — vers. 1 — | *Quiritium* | — litt. 30 — | *caverit* | — litt. 32 — | — litt. 17 — | *in eius loc* | — litt. 16 — |
G. §. 33. | — vers. 2 — | *§. aedificio .... non minus quam partem* | — litt. 12 — | *patrimon[ii sui] im-*
G. §. 34. *penderit, ius Q[uiritium consequ]atur* [s] | — litt. 36 — | — vers. 2 — | [t]. *§. frumenti* | — litt. 9 — |
p. 9. *ad ius Quiritium ...* | | — vers. 12 — | — litt. 12 — | *consecutus* | — litt. 18 — | — vers. 1 — | — litt. 12 — |
G. §. 35. *ius Quiritium fuerit* | — litt. 9 — | [u]. *§. [si quis alicuius e]t in bonis et ex iure Quiritium*
sit, manumissus, ab eodem scilicet, et Latinus fieri potest et ius Quiritium consequi [v].

I. §. 3. §. Libertinorum autem status tripertitus antea fuerat: nam qui manumittebantur, modo maiorem et iustam libertatem consequebantur, et fiebant cives Romani; modo minorem, et Latini ex lege Iunia Norbana [x] fiebant; modo inferiorem, et fiebant ex lege Aelia Sentia dediticiorum numero [y]. sed [z] dediticiorum quidem pessima condicio iam ex multis temporibus in desuetudinem abiit [zz], nec Latinorum nomen frequentabatur [a]; ideoque nostra pietas, omnia augere et in meliorem statum reducere [b] desiderans, duabus [c] constitutionibus hoc emendavit et in pristinum statum reduxit [d], quia et in [e] primis urbis Romae cunabulis una atque simplex libertas competebat, id est eadem [f], quam habebat [g] manumissor, nisi quod scilicet libertinus sit [h] qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit; et dediticios quidem [i] per nostram constitutionem expulimus, quam promulgavimus inter nostras decisiones, per quas, suggerente nobis Tribuniano, viro excelso, quaestore [ii], antiqui iuris [k] altercationes placavimus; Latinos autem Iunianos et omnem, quae circa eos fuerat, observantiam [l] alia constitutione per eiusdem quaestoris suggestionem correximus, quae inter imperiales radiat sanctiones; et [m] omnes libertos, nullo, nec aetatis manumissi, nec dominii [n] manumissoris, nec in [o] manumissionis modo discrimine habito, sicuti [oo] antea observabatur, civitate Romana [p] ornavimus [pp]; multis additis modis, per quos possit libertas servis cum civitate Romana, quae sola in praesenti est, praestari.

TIT. VI.

QUI ET QUIBUS EX CAUSIS MANUMITTERE NON POSSUNT [a].

pr. I. G. §. 36. §. [**Non tamen cuicumque** [b] **volenti manumittere licet** [c]. §. **Nam is,**
G. §. 37. **qui] in fraudem creditorum,** *vel in fraudem patroni* **manumittit, nihil agit, quia lex Aelia Sentia impedit libertatem.**

---

r) Cf. infra Gaii Comm. III. §. 5. s) Locus in hunc fere modum restitui posse videtur: *lege Iulia cautum est, ut Latinus si in perficiendo* aedificio *Romae* non minus quam partem s — — — — (Cramerus *semissariam* vel *semisdecimam*, Andreas *sextantariam* coniicit) patrimonii sui impenderit, ius Quiritium consequatur. Goesch. t) Cf. Ulp. III. cit. §. 1. et L. 139. de verb. signif. u) Cf. Ulp. III. §. 6. Suet. Claud. cap. 18. 19. v) Cf. Fragm. veter. ICti de iur. specieb. §. 11. 16. Ulp. I. §. 16. III. §. 4. Tacit. Annal. XIII. 27. Plinius VII. epist. 16. Epitome I. 1. §. 4. ,,*Nam Latini patronorum beneficio, id est si iterum ab ipsis aut testamento, aut in ecclesia, aut ante Consulem manumittantur, civium Romanorum privilegium consequuntur.*" x) *νόμου Ἰουνίου Οὐϱβανοῦ* Theoph. Fabrot. *Ἰουνίου Νοϱβανοῦ* Reitz. y) *dediticii* Hal. Cf. Ulp. I. §. 5. z) *quoniam* ins. Hal. *et* add. Bu. zz) *abierat* Hal. a) *frequentatur* Bi. *Lat. vero nom. non frequentabatur* Hal. *Latinorum vero nomen non frequentatur* G. Be. b) *perducere* Bi. *deducere* Bu. c) L. 1. C. de lat. lib. toll. VII. 6. L. 1. C. de dedit. lib. toll. VII. 5. d) *perduxit* G. Be. e) *a* Hal. G. Bu. f) *ea* G. Be. g) *et* ins. Bu. h) *fit* Al. i) *et* ins. Bu. ii) *nostro* add. Hal. k) *omnes* ins. Bi. l) *iam* ins. Bu. m) *nos* ins. Bu. n) *δεσποτείας* Theoph. *domini* G. *domini manumittentis* Hal. o) *in* om. Bu. oo) *sicut iam* Hal. p) *civitati Romanae* Bi. pp) *decoravimus* Hal.

Tit. VI. a) *Quib.... non licet* Hal. *Quibus manumittere licet vel non licet* Bu. b) *cuique* Bi. c) Cf. Epitome, I. 1. §. 5.

§. Licet autem domino, qui solvendo non est,[d] testamento servum suum cum I. §. 1.
libertate heredem instituere, ut liber fiat heresque ei solus et[e] necessarius, si modo ei[f]
nemo alius ex eo testamento heres extiterit, aut quia nemo heres scriptus[g] sit, aut quia
is, qui scriptus est, qualibet ex causa heres[h] non extiterit; idque eadem lege Aelia Sentia
provisum est, et recte; valde enim prospiciendum erat, ut egentes homines, quibus
alius heres extiturus non esset[i], vel servum suum necessarium heredem haberent[k], qui
satis facturus esset[l] creditoribus, aut hoc eo non faciente creditores res hereditarias servi
nomine vendant, ne iniuria defunctus afficiatur. §. Idemque iuris est et si sine libertate I. §. 2.
servus heres institutus est; quod nostra constitutio[m] non solum in domino, qui solvendo
non est, sed generaliter constituit, nova humanitatis ratione, ut ex ipsa scriptura institutionis
etiam libertas ei competere videatur, cum non est[n] verisimile eum, quem heredem
sibi elegit[o], si praetermiserit libertatis donationem[p], servum remanere voluisse et neminem
sibi heredem fore. §. In fraudem autem creditorum manumittere videtur qui vel iam I. §. 3.
eo tempore, quo manumittit, solvendo non est, vel[q] datis libertatibus desiturus est[r] solvendo
esse[s]. praevaluisse tamen videtur, nisi animum quoque fraudandi manumissor habuerit,
non impediri libertatem[t], quamvis bona eius creditoribus non sufficiant: saepe
enim de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines. itaque tunc intellegimus
impediri libertatem, cum utroque modo fraudantur creditores, id est[u] et consilio
manumittentis, et ipsa re eo, quod eius[x] bona non sunt suffectura creditoribus.

§. Eadem (*Item eadem*) **lege** Aelia Sentia **minori viginti** annis (*annorum*) **do-** I.§.4.G.§.38.
mino non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta apud con-
silium iusta causa manumissionis approbata[y] fuerint manumissi (*fuerit*)[z]. p. 10.

§. **Iustae autem causae manumissionis** hae sunt: **veluti si quis pa-** I.§.5.G.§.39.
trem, aut matrem, filium filiamve, aut fratrem[a] sororemve[b] naturales, **aut paedagogum,**
aut nutricem,[c] educatorem, aut alumnum alumnamve, **aut collactaneum manumittat**[d];
aut servum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonii[e] causa, dum tamen intra sex menses uxor[f] ducatur, nisi iusta causa impediat, et[g] qui manumittitur[h] procuratoris habendi gratia, non minor decem et septem annis manumittatur[i].

sed et illae causae, quas superius in servo minore triginta annorum exposuimus, ad hunc quoque casum, de quo loquimur, afferri possunt. item ex diverso hae causae, quas in minore viginti annorum domino rettulimus, porrigi possunt et ad servum minorem triginta annorum.

§. Semel autem causa approbata, sive vera sit, sive falsa, non retractetur[k]. I. §. 6.

§. **Cum ergo**[l] **certus modus manumittendi minoribus viginti** annis I.§.7.G.§.40.
(*annorum*) **dominis per legem Aeliam Sentiam constitutus sit**[m], eveniebat

d) *in* ins. Hal. G. Be. e) *et* om. Bu. f) *ei* om. Bi. g) *scriptus* om. Bi. h) *ei* ins. Hal. Bu. i) *erat* Bu. k) *habeant* Bi. Bu. l) *facturus esset satis* Bu. m) L. 5. C. de nec. serv. her. VI. 27. n) *sit* Hal. o) *elegerit* Bu. p) *dationem* Hal. G. q) *qui* ins. Hal. Bi. Bu. r) *desiit* Bi. s) Gai. L. 10. D. qui et a quib. XL. 9. t) *libertates* Bi. u) *id est* om. Bi. x) *eius* om. Bi. Bu. y) *probata* G. z) Cf. Ulp. I. §. 13. Fragm. veter. ICti de iur. specieb. §. 15. Epit. I. 1. §. 7. a) *filiamve, fratrem* Bi. *aut filium, aut filiam, aut fratres* Bu. b) *fratres sororesve* Hal. Bu. c) *paed., nutr., educ.* G. Be. *aut nutr., aut educ.* Hal. *nutricem, educatoremve* Bi. d) *manumittit* Bu. Cf. Ulp. L. 11—13. D. de manum. vind. XL. 2. e) *habendi* add. Hal. Bu. f) *in uxorem* Hal. g) *servus* ins. Hal. h) *manumittuntur* Bi. i) *manumittatur* Hal. *minores* ... *manumittantur* Bi. Cf. Ulp. L. 1. §. 3. D. de postul. III. 1. k) *probata* ... *retractatur* G. Be. Cf. Marcian. L. 9. §. 1. D. de man. vind. XL. 2. Antonin. L. 1. Cod. de vind. lib. VII. 1. l) *autem* Bu. m) *esset*

(*evenit*), ut qui quatuordecim annos aetatis[n] expleverat[o] (*expleverit*), licet testamentum facere[p] *possit* et in eo heredem sibi instituere legataque relinquere posset[q] (*possit*), tamen, si adhuc minor sit[r] viginti annis (*annorum viginti*), libertatem servo[s] dare non posset[t] (*possit*).

G. §. 41. quod non erat ferendum, si is, cui[u] totorum bonorum suorum[x] in testamento dispositio data erat, uni servo libertatem dare non permittebatur; quare nos[y] similiter ei, quemadmodum alias res, ita et servos suos[z] in

§. *Et quamvis Latinum facere velit minor viginti annorum dominus, tamen nihilominus debet apud consilium causam probare et ita postea inter amicos manumittere.*

ultima voluntate[a] disponere quemadmodum voluerit, permittimus, ut et[b] libertatem eis possit praestare[c]. sed cum libertas res[d] inaestimabilis est[e] et propter hoc ante vicesimum aetatis annum[f] antiquitas libertatem servo dare prohibebat, ideo nos mediam quodammodo viam eligentes non aliter minori viginti annis[g] libertatem testamento[h] servo suo[i] dare concedimus, nisi septimum et decimum[k] annum impleverit et octavum decimum annum tetigerit[l]. cum enim antiquitas huiusmodi aetati et pro aliis postulare concessit[m], cur non etiam sui iudicii stabilitas ita eos adiuvare credatur, ut et[n] ad libertatem dandam[o] servis suis possint pervenire.

TIT. VII.
DE LEGE FURIA CANINIA TOLLENDA[a].

I. pr. G. §. 42. §. Lege (*Praeterea lege*) Furia Caninia certus modus constitutus erat (*est*) in servis testamento manumittendis.

G. §. 43. quam quasi libertatem[b] impedientem et quodammodo invidam tollendam esse censuimus, cum satis fuerat inhumanum vivos
p. 11. quidem licentiam habere totam suam familiam libertate[c] donare, nisi alia causa libertatem impediat[d], morientibus autem huiusmodi licentiam adimere.

§. *Nam ei, qui plures quam duos, neque plures quam decem servos habebit, usque ad partem dimidiam eius numeri manumittere permittitur. ei vero, qui plures |quam decem, neque plures quam triginta servos habebit, usque ad tertiam partem eius numeri manumittere permittitur. at ei, qui plures quam triginta, neque plures quam centum habebit,*

usque ad partem quartam | — litt. 22 — |[e] *datur. novissime ei, qui plures quam centum habebit, nec plures quam quingentos,* | — litt. 10 — |[f] *permittitur, quam ut quintam partem, neque plures .... sed praescribit lex, ne cui plures manumittere liceat quam centum .. si quis unum ser-*

Hal. *erat* G. Be. n) *aetatis* om. Hal. o) *impleverat* Bu. p) *posset* ins. Bi. mox id verbum omittens. q) *et legata ... possit* Bu. r) *esset* Hal. G. Be. s) *suo* ins. Bu. t) *poterat* Bi. Bu. C. N. „Hodie autem ex quo testari possunt, possunt et libertates relinquere, antiqua lege cessante". Ex Nov. 119. c. 2. Auth. *Sed hodie* Cod. qui manum. non poss. VII. 11. u) *ferendum. nam cui* Hal. x) *suorum* om. G. Bi. Be. y) *data erat: quare non sim.* Hal. reliquis omissis. z) *ita de servis suis* Hal. *et* om. Bu. a) *in voluntate sua ultima* Bu. b) *et* om. Bi. c) *dare possit* Bu. d) *res* om. G. Be. e) *sit* Hal. Bi. f) *viginti annos aetatis dominorum* Bu. g) *minoribus dominis annis viginti* Bu. h) *in testamento* Hal. G. Be. *testamento* om. Bu. i) *suo* om. Bi. k) *decimum septimum* Hal. l) *et dec. oct. attigerit* Hal. *impleverint .... tetigerint* Bu. m) *concesserit* Hal. n) *et* om. Hal. G. Be. o) *ut ad libertates dandas* G. Be.

Tit. VII. a) *De L.... Sublata.* G. Instit. Iust. codd. et editt. dant *Fusia*; cod. Vat. Ulpiani *Fufio*, quam scripturam etiam Pauli cod. et semel cod. Ver. Gaii exhibent. De re ipsa, quae hoc loco tractatur, cf. Iustinian. L. un. Cod. de lege Fusia Can. toll. VII. 3. infra Gaii Comm. II. §. 228. Ulp. I. 24. Paul. IV. 14. Epit. I. 2. b) *libertates* Hal. G. Be. *libertatibus* Bi. c) *libertati* Bi. Bu. d) *impediat libertati* Bi. e) Ante *datur* Blum. vestigia verbi *licentia* invenisse sibi visus est; fortasse restituendum est *illorum testamento manumittere licentia*. Kl. f) *amplius non* ex vestigiis scripturae codicis restituit Blum.

vum omnino aut duos habet | — litt. 22 — | [g] *et ideo liberam habet potestatem manumittendi.*
§. *Ac nec ad eos quidem* [h] *omnino haec lex pertinet, qui sine testamento manumittunt.* G. §. 44.
itaque licet iis, qui vindicta, aut censu, aut inter amicos manumittunt, totam familiam
suam liberare; scilicet si alia causa non impediat libertatem. §. *Sed quod de numero ser-* G. §. 45.
vorum testamento manumittendorum diximus, ita intellegem[us, ut ex eo] numero, ex
quo dimidia, aut tertia, aut quarta, aut quinta pars liberari [potest, utique tot manu-
mittere] liceat, quot ex antecedenti numero licuit. et hoc ipsa [lege pro]uisum est.
erat enim sane absurdum, ut decem servorum domino quinque liberare liceret, quia usque ad
*dimidiam partem [*ex eo*] numero manumittere ei conceditur,* | — litt. 8 — | *duodecim servos ha-*
benti non plures liceret manumittere quam quatuor. at eis, qui plures quam decem, neque
| | — vers. 17 — | *liberari* | — litt. 31 — | *concedat* | — litt. 31 — | — vers. 5 — | [i] | §. *Nam et si testamento* p. 12. p. 13.
scriptis in orbem servis libertas data sit, quia nullus ordo manumissionis invenitur, nulli liberi G. §. 46.
erunt; quia lex Furia Caninia, quae in fraudem ejus facta sint, rescindit [k]. *sunt etiam*
specialia senatusconsulta, quibus rescissa sunt ea, quae in fraudem eius legis excogitata sunt.

§. *In summa sciendum est, [*quod*] lege Aelia Sentia cautum [est, ut qui] cre-* G. §. 47.
ditorum fraudandorum causa manumissi sint, liberi non fiant, hoc etiam ad peregrinos
*pertinere, senatus [*enim*] ita censuit ex auctoritate Hadriani; cetera vero iura eius le-*
gis ad peregrinos non pertinere.

TIT. VIII.

DE HIS QUI SUI VEL ALIENI IURIS SUNT.

§. Sequitur de iure personarum alia divisio. nam quaedam perso- I. pr. G. §. 48.
nae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri sunt subiectae [a]. §. Rursus (*Sed* G. §. 49.
rursus) earum *personarum*, quae alieno iuri subiectae sunt, aliae in pot-
estate parentum, aliae in potestate dominorum [b], (*aliae in manu, aliae in mancipio*)
sunt [bb]. §. Videamus itaque [c] (*nunc*) de iis, quae alieno iuri subiectae sunt [d] G. §. 50.

---

g) Quid si post *habet* legamus *hac lege nihil cautum est?* Goesch. h) In cod. est *etia* vel *udl*, quorum neutrum Goesch. in contextum recipere potuit; corrigendum putavi *quidem*. Kl. Vix non suspicari possum, scriptum fuisse *eos vero dominos haec* Bg. i) Huc pertinent quae servantur in Epit. I. 2. §. 2. „*Nam si aliquis testamento plures manumittere voluerit, quam quot continet numerus supra scriptus, ordo servandus est: ut illis tantum libertas valeat, qui prius manumissi sunt, usque ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa: qui vero post supra constitutum numerum manumissi leguntur, in servitute eos certum est permanere. Quodsi non nominatim servi vel ancillae in testamento manumittantur, sed confuse omnes servos suos vel ancillas is, qui testamentum facit, liberos facere voluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas, sed omnes in servili condicione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt.*" Cf. praeterea Gaii Comm. II. §. 230. Ulp. I. 25. §. 25. I. de legatis II. 20. k) In Epitome aliud fraudis exemplum adiicitur I. 2. §. 3. „*Nam si aliquis in aegritudine constitutus in fraudem huius legis facere noluerit testamentum, sed epistolis, aut quibuscumque aliis rebus, servis suis pluribus, quam per testamentum licet, conferre voluerit libertates, et sub tempore mortis hoc fecerit, hi, qui prius manumissi fuerint, usque ad numerum superius constitutum, liberi erunt: qui vero post statutum numerum manumissi fuerint, servi sine dubio permanebunt. §. 4. Nam si incolumis quaecumque diverso tempore manumisit, inter eos, qui per testamentum manumissi sunt, nullatenus computentur.*"

Tit. VIII. a) L. 1. pr. D. de his qui sui vel ab iur. I. 6. (Gai. lib. I. inst.) Cf. Epit. I. 3. pr. b) *dominorum sunt, aliae in potestate parentum* Bu. bb) *sunt* om. Hal. Bi. Bu. c) *igitur* Bu. d) Hic et in duobus quae sequuntur locis Inst. Iust. cum Dig. tenent *sunt*.

(*sint*). [*nam*] si cognoverimus, quae istae personae sunt (*sint*), simul intel-
G. §. 51. legemus [dd], quae sui iuris sunt (*sint*) [e]. §. Ac prius dispiciamus [f] de iis, quae (*qui*) in *aliena* potestate dominorum sunt [ff].

I. §. 1. G. §. 52. §. In potestate itaque [g] sunt servi dominorum, quae quidem potestas iuris gentium est, nam apud omnes peraeque gentes animadvertere possumus, [h] dominis in servos vitae necisque potestatem esse [i]; et quodcumque per servum acquiritur, id domino acquiri-
I. §. 2. G. §. 53. tur [k]. §. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub [l] imperio nostro sunt, licet
p. 14. sine causa legibus cognita supra modum (*neque civibus* | *Romanis, nec ullis aliis hominibus, qui sub imperio populi Romani sunt, licet supra modum, et sine causa*) in servos suos saevire. nam ex constitutione divi Pii [ll] (*sacratissimi imperatoris*) Antonini, qui sine causa servum suum occiderit, non minus puniri (*teneri*) iubetur, quam qui alienum servum [m] occiderit. sed et maior *quoque* asperitas dominorum (*per*) eiusdem principis constitutione (*constitutionem*) coërcetur. nam [mm] consultus a quibusdam praesidibus provinciarum de his servis, qui ad sacram aedem (*fana deorum*), vel ad statuas [n] principum confugiunt, praecepit, ut, si intolerabilis videatur dominorum saevitia, cogantur servos suos [nn] bonis condicionibus vendere;

ut dominis pretium daretur, et recte; expedit enim reipublicae, ne quis re sua utatur male. Cuius rescripti [o] ad Aelium Marcianum emissi verba haec sunt: „Dominorum quidem potestatem in servos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius „suum detrahi; sed dominorum interest, ne auxilium contra saevitiam, vel famem, vel „intolerabilem iniuriam denegetur iis, qui iuste deprecantur. ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulii Sabini ad statuam confugerunt, et si vel durius habitos, „quam aequum est, vel infami iniuria affectos [p] cognoveris, venumdari [q] iube, ita ut in potestatem domini [r] non [s] revertantur. qui Sabinus si meae [t] constitutioni fraudem fecerit, „sciet [u], me hoc admissum [x] severius executurum."

et utrumque recte fit; male enim nostro iure uti non debemus. qua ratione et prodigis interdicitur bonorum suorum administratio.

G. §. 54. *§. Ceterum cum apud cives Romanos duplex sit dominium, nam vel in bonis, vel ex iure Quiritium, vel ex utroque iure cuiusquam servus esse intellegitur [y], ita demum servum in potestate domini esse dicemus, si in bonis eius sit, etiamsi simul ex iure Quiritium eiusdem non sit. nam qui nudum ius Quiritium in servo habet, is potestatem habere non intellegitur [z].*

---

dd) *intelligimus* Bu. e) L. 1. pr. D. de his qui sui. I. 6. cit. f) *inspiciamus* Hal. ff) L. 1. pr. cit. g) *autem* Bi. h) *et* ins. Hal. Bu. i) *fuisse* Hal. G. Be. k) *adquiri* Hal. L. 1. cit. §. 1. Cf. Epit. I. 3. §. 1. l) *hoc* ins. Bu. ll) *divi Antonini* Hal. m) *si al. s.* Hal. *servum* om. Bi. Be. mm) *Antoninus* ins. Hal. L. 1. cit. §. 2. n) *statuam* Hal. nn) *suos* om. Bi. Be. Bu. o) Ulp. in Coll. II. Mos. et Romm. III. 3. et L. 2. D. De his qui sui vel al. jur. I. 6. p) *esse* ins. Hal. Bu. q) *veniri* G. *venire* Hal. r) *Sabini* Coll. s) *iterum non* Bu. t) *quodsi meae* Hal. Coll. u) *sciat* Hal. Bu. x) *hoc* om. Hal. *me adversum se hoc adm.* Bi. *me hoc adm. adversum se* Bu. y) *intellegatur* Cod. z) Cf. infra Gai. Comm. II. §. 40. 88. Comm. III. §. 166.

TIT. IX.

DE PATRIA POTESTATE.

§. In (*Item in*) potestate nostra[a] sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreavimus. I. pr. G. §. 55

§. Nuptiae autem sive matrimonium est viri et mulieris coniunctio individuam vitae consuetudinem continens[b]. §. Ius autem potestatis, quod in liberos habemus, proprium est civium Romanorum. nulli enim alii sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus. §. Qui igitur ex te et uxore tua nascitur, in tua potestate est. item qui ex filio tuo et uxore eius nascitur, id est nepos tuus et neptis[c], aeque in tua sunt potestate; et pronepos et proneptis et deinceps ceteri[d]. qui tamen[e] ex filia tua nascitur, in tua potestate non est, sed in[f] patris eius[g].

quod ius proprium civium Romanorum est. I. §. 1.
fere enim nulli alii sunt homines, qui talem
in filios suos habent potestatem, qualem nos I. §. 2.
habemus. idque divus Ha|drianus edicto[h], p. 15.
quod proposuit de his, qui sibi liberisque suis ab eo civitatem Romanam petebant, significavit. nec me praeterit Galatarum
gentem credere, in potestate parentum li- I. §. 3.
beros esse.

TIT. X.

DE NUPTIIS[a].

Iustas[b] autem nuptias inter se cives Romani contrahunt, qui secundum praecepta legum coeunt; masculi quidem puberes, feminae autem[c] viripotentes, sive patresfamilias sint, sive filiifamilias, dum tamen, si filiifamilias sint, consensum[d] habeant parentum, quorum in potestate sunt. nam hoc fieri debere et civilis et naturalis ratio suadet, in tantum, ut iussus[e] parentis[f] praecedere debeat; unde quaesitum est, an furiosi filia nubere, aut[g] furiosi filius uxorem ducere possit. cumque super filio variabatur, nostra processit decisio[h], qua permis-

§. [*Habent autem in potestate liberos ci-* I. pr. G. §. 56.
ves Romani], *si cives Romanas uxores duxerint, vel etiam Latinas peregrinasve, cum quibus conubium habeant*[i]. *cum enim conubium id efficiat, ut liberi patris condicionem sequantur*[k], *evenit, ut non* [** solum **] *cives Romani fiant, sed in potestate patris*
sint. §. *Unde et veteranis quibusdam con-* G. §. 57.
cedi solet principalibus constitutionibus conubium cum his Latinis peregrinisve, quas primas post missionem uxores duxerint; et qui ex eo matrimonio nascuntur, et cives Romani, et in potestate parentum fiunt.

Tit. IX. a) L. 3. D. de his qui sui v. al. iur. I. 6. (Gai. lib. 1. inst.) Cf. Comm. I. §. 189. Epit. I. 3. §. 2. Ulp. V. §. 1. b) *retinens* Bu. Alii addunt *divini et humani iuris communicatio* e Modest. L. 1. D. de ritu nupt. XXIII. 2. quod additam. non agn. Theoph. c) *vel neptis tua* Bu. d) Ulp. L. 4. D. de his qui sui v. al. iur. I. 6. e) *autem* Hal. Bi. f) *nascuntur ... sunt, sed in* Hal. *in* om. Bi. g) *eorum* Hal. h) Cf. infra Comm. I. §. 93. Gai. L. 196. §. 1. D. de verb. sign. L. 16.

Tit. X. a) *De Iustiis Nuptiis* Bu. et Al. b) Basil. XXVIII. 4, 46. c) *autem* om. Bu. d) *patresfamiliarum et filiifamiliarum* scribit Hal. *sint et cons.* Bi. *tamen filiifamilias consensum* Bu. *tamen filiif. et cons.* Schr. e) *iussum* G. Schr. f) *parentum* Bi. Be. Bu. g) *an* G. Be. h) L. 25. Cod. de nupt. V. 4. i) Cf. Ulp. V. §. 2. 4. Epit. I. 4. pr. et infra Comm. I. §. 76. k) Cf. infra Comm. I. §. 67. 80. Ulp. V. §. 8.

sum est ad exemplum filiae furiosi filium quoque [l] posse et sine patris interventu matrimonium sibi copulare secundum datum ex nostra constitutione [m] modum.

I. §. 1. G. §. 58. §. Ergo [non omnes nobis [n] uxores ducere licet]: nam a [o] quarum-
G. §. 59. dam nuptiis abstinendum est (*abstinere debemus*). §. Inter eas enim personas [p], quae parentum liberorumve locum inter se obtinent, nuptiae contrahi non possunt, *nec inter eas conubium est;* velut inter patrem et filiam, vel avum et neptem, vel matrem et filium, (*vel avum et neptem,*) vel aviam et nepotem, et usque in [q] infinitum; et si tales personae inter se coïerint, nefarias
p. 16. |[atque incestas nuptias contraxisse dicuntur, et haec ad]eo ita [r] sunt, ut, quamvis per adoptionem parentum liberorumve loco sibi esse coeperint, non possint inter se matrimonio iungi [s] (*coniungi*); in tantum, ut etiam dissoluta adoptione idem iuris maneat. itaque eam, quae tibi per adoptionem filia aut [t] neptis (*nobis adoptione filiae aut neptis loco*) esse coeperit, non poteris (*poterimus*) uxorem ducere, quamvis eam emancipaveris (*emancipa-*
I. §. 2. G. §. 60. *verimus*) [u]. §. Inter eas quoque personas, quae ex transverso gradu cognationis (*cognatione*) iunguntur, est quaedam similis observatio [v], sed non
G. §. 61. tanta. §. Sane enim inter fratrem et sororem [w] prohibitae sunt nuptiae, sive ab eodem patre eademque matre nati fuerint [x], sive ex alterutro [y] eorum. sed si [z] qua per adoptionem soror tibi (*mihi*) esse coeperit, quamdiu quidem constat [a] adoptio, sane inter te (*me*) et eam [b] nuptiae non possunt consistere; cum vero per emancipationem adoptio dissoluta sit, poteris (*potero*) eam uxorem ducere. sed et si tu (*ego*) emancipatus fueris (*fuero*), nihil impedimento est (*erit*) nuptiis. et ideo constat, si quis generum adoptare velit, debere eum ante filiam [c] emancipare, et si quis velit nurum adoptare, debere eum ante filium emancipare [d].

I. §. 3. G. §. 62. §. Fratris vero vel [e] sororis filiam uxorem ducere non licet. sed nec neptem fratris vel sororis ducere quis uxorem [f] potest, quamvis quarto gradu sint [g]; cuius [h] enim filiam uxorem ducere non licet, eius neque neptem
p. 17. permittitur; eius vero mulieris, quam pater tuus adoptavit [i], filiam non videris impediri uxorem ducere, quia neque naturali, neque

§. *Fratris filiam uxorem ducere licet. idque primum in usum venit, cum divus Claudius Agrippinam, fratris sui filiam, uxorem duxisset* [k]; *sororis vero filiam uxorem ducere non licet. et haec ita principalibus constitutionibus significantur.* |*Item amitam et materteram uxorem ducere non licet.*

I. §. 4. civili iure tibi coniungitur. §. Duorum autem fratrum vel sororum liberi, vel fratris et
I. §. 5. sororis, iungi [l] possunt. §. Item amitam, licet adoptivam, uxorem ducere non licet; item nec [m] materteram, quia parentum loco habentur; qua ratione verum est magnam quoque amitam et materteram magnam prohiberi uxorem ducere.

---

l) *furiosi* rep. Hal. G. m) *datum nostrae constitutionis* Bi. n) *vobis* Bi. Cf. Epit. I. 4. §. 1. et 2. Ulp. V. §. 6. o) *a* om. Bi. Bu. p) *omnes* ins. Bu. q) *ad* G. Bi. Be. r) *adeo vera* Hal. *ita adeo* Bi. *vera* add. Bu. s) *non possunt ... iungi* Bi. *matrimonium iungere* Bu. t) *vel* Hal. G. Be. u) Cf. L. 53—55. 68. D. de rit. nupt. XXIII. 2. Collat. VI. §. 2. 3. v) *observantia* Bu. Cf. Basil. XXVIII. 6, 1. w) *sororemque* Hal. G. Be. x) *sint* Bi. y) *altero* Hal. z) *et si* Bi. *El δὲ* Theoph. a) *durat* Bu. b) *ipsam* Bu. c) *antea f.* Hal. *suam* add. Schr. Bu. d) *antea f. e.* Hal. *et si quis .... emancipare* om. Bi. e) *Fratris et* Bi. *Fratris vel* Schr. Cf. Diocl. et Max. L. 17. Cod. de nupt. V. 4. f) *uxorem* om. Hal. Schr. Bu. g) *sunt* Bu. h) *cum* Bi. i) *adoptaverit* Bu. k) Cf. Epit. I. 4. §. 3. 4. Ulp. V. §. 6. Tac. ann. XII. c. 5—7. Suet. Claud. c. 26. l) *coniungi* Hal. m) *nec* om. Bi. Bu. Cf. Gai. L. 17. D. eod.

§. Affinitatis quoque veneratione [mm] quarumdam nuptiis abstinendum est [n]; ut ecce privignam aut nurum uxorem ducere non licet, quia utraeque filiae loco sunt. quod scilicet ita accipi debet, si fuit nurus aut privigna tua; nam si adhuc nurus est, id est, si adhuc nupta est filio tuo, alia ratione eam ducere uxorem non possis, quia eadem [o] duobus nupta esse non potest. item si adhuc privigna tua est, id est, si mater eius tibi nupta est, ideo eam uxorem ducere non poteris, quia duas uxores eodem tempore habere non licet. I. §. 6. G. §. 63.

§. *Item eam, quae nob[is quondam] socrus, aut nurus, aut privigna, aut noverca fuit. ideo autem diximus quondam, quia, si adhuc constant eae nuptiae, per quas talis affinitas quaesita est, alia ratione [inter nos] nuptiae esse non possunt, quia neque eadem duobus nupta esse potest, neque idem duas uxores habere* [p].

§. Socrum quoque et novercam prohibitum est uxorem ducere, quia matris loco sunt; quod et ipsum dissoluta demum affinitate procedit: alioquin, si adhuc noverca est, id est, si adhuc patri tuo nupta est, communi iure impeditur tibi nubere, quia eadem duobus nupta esse non potest; item si adhuc socrus est, id est, si adhuc filia eius tibi nupta est, ideo impediuntur nuptiae, quia duas uxores habere non possis [q]. I. §. 7.

§. Mariti tamen filius ex alia uxore et uxoris filia ex alio marito, vel contra, matrimonium recte contrahunt, licet habeant fratrem sororemve ex matrimonio postea contracto natos. I. §. 8.

§. Si [r] uxor tua post divortium ex alio filiam procreaverit, haec quidem [s] non est privigna tua; sed Iulianus huiusmodi nuptiis abstineri [t] debere ait [u]: nam [v] nec sponsam filii nurum esse, nec patris sponsam novercam esse; rectius tamen et iure facturos eos, qui huiusmodi nuptiis se [x] abstinuerint. I. §. 9.

§. Illud certum est, serviles quoque cognationes impedimento esse nuptiis, si forte pater et filia, aut frater et soror manumissi fuerint. [y] I. §. 10.

§. Sunt et aliae personae, quae propter diversas rationes nuptias contrahere prohibentur [z], quas in libris digestorum seu pandectarum ex veteri iure collectarum enumerari [a] permisimus [b]. I. §. 11.

§. Si adversus ea, quae diximus, aliqui coierint, nec vir, nec uxor, nec nuptiae, nec matrimonium, nec dos intellegitur. itaque ii, qui ex eo coitu nascuntur, in potestate patris non sunt, sed tales sunt, quantum ad patriam [c] potestatem pertinet, quales sunt ii, quos mater vulgo concepit. I. §. 12. G. §. 64.

§. *Ergo si quis nefarias atque incestas nuptias contraxerit, neque uxorem habere videtur, neque liber[os. hi enim], qui ex eo coitu nascuntur, matrem quidem habere videntur, patrem vero non utique: nec ob id in potestate eius sunt, sed quales sunt ii, quos mater vulgo concepit.*

[nam nec (*et*) hi] patrem habere (*non*) intelleguntur, cum his etiam [pater] [d] incertus sit [dd]. unde solent spurii filii [e] appellari, vel [f] a

---

mm) *a* ins Hal. n) *abstinere necesse est* Hal. Bi. Schr. o) *ea* Bi. p) Cf. Epitome I. 4. §. 5. q) *potes* Hal. r) *Et si* Bi. *Si vero* Bu. s) *quidem* om Bu. t) *abstinere* Schr. u) Cf. Ulp. L. 12. §. 3. D. de ritu nupt. XXIII. 2. v) *constat* ins. Hal. x) *ab huiusmodi nuptiis abst.* Hal. *se* om. quoque Cui. et Bi. y) Cf. Paul. L. 14. §. 2. D. tit. cit. z) *non possunt* Bu. a) *enumerare* Bi. Bu. b) C. N. „Incestas nuptias contrahentis poena est confiscatio bonorum (*tam ceterorum, quam dotis* Al. *omnium* Al.), exilium (*etiam, et*) cinguli (*si quo potitur*) spoliatio, verberatio (*quoque*), infamia." Ex Nov. 12. c. 1. Auth. *Incestas nuptias* Cod. de incest. nupt. V. 5. c) *patris* Bi. Be. d) *cum et his pater* Hal. *cum is etiam pater* G. *pater* om. Schr. dd) *est* G. Bi. Be. Bu. e) *filii* om. Hal. G. Be. f) *a* om. Bi. Bu. *unde solent spurii appellari παρὰ τὴν σπορὰν, et ἀπάτωρες, quasi* Hal. Similiter Baud. *σπορὰν i. e. satione, et ἀπάτορες.*

Graeca voce quasi σπογάδην concepti, vel quasi sine patre filii. sequitur ergo [g], ut [h] dissoluto tali coitu, nec dotis [i] exactioni locus sit. Qui autem prohibitas nuptias contrahunt [k], et alias poenas patiuntur [l], quae sacris constitutionibus [m] continentur.

I.§.13.G.§.65 §. [Aliquando autem evenit, ut liberi qui statim ut na]ti sunt, parentum in potestate non fiant [mm], (*at*) postea autem (*tamen*) redigantur in potestatem [n].

G. §. 66. qualis est is, qui, dum naturalis fuerat [o], postea curiae datus potestati patris [p] subiicitur; nec non is, qui a muliere libera procreatus [q], cuius matrimonium minime legibus interdictum fuerat [r], sed ad quam pater consuetudinem habuerat, postea ex nostra constitutione [s] dotalibus instrumentis compositis in potestate patris efficitur.

p. 18.

§. Itaque [y] *[si Latinu]s, ex lege Aelia Sentia uxore ducta, filium procreaverit, aut Latinum ex Latina, aut civem Romanum ex cive Romana* [z], *non habebit eum in potestate* | — *litt.* 34 — |[a] *simul ergo eum in potestate| sua habere incipit.*

quod et aliis, si qui ex eodem matrimonio fuerint procreati [t], similiter nostra constitutio [u] praebuit [x].

G. §. 67. *§. Item* [b] *si civis Romanus Latinam aut peregrinam uxorem duxerit per ignorantiam, cum eam civem Romanam esse crederet, et filium procreaverit, hic non est in potestate, quia ne quidem civis Romanus est, sed aut Latinus* [c], *aut peregrinus, id est eius condicionis, cuius et mater fuerit, quia non aliter quisquam ad patris condicionem acce-*

---

g) *igitur* Bu. h) *ut et* G. Schr. Be. i) *nec donationis* add. Hal. Bu. k) *coeunt* Bi. Schr. Be. Bu. l) *patiantur* Bi. m) Arcad. et Honor. L. 6. Cod. de incest. nupt. V. 6. mm) sunt. Hal. *fiunt* Bi. *fuerint* Bu. n) *patris* add. Hal. *parentum* add. G. Be. Bu. o) *tamen* add. Bu. p) *patri* Bi. omittens *potestati*. q) *est* add. Bu. r) *erat* Bu. s) L. 11. Cod. de natural. lib. V. 27. t) *Quod si alii liberi ex eodem matr. f. procr.* G. *quod et aliis liberis ex eodem matrimonio procreatis* Bi. *quod et alii ex eod. matr. si fuerint procreati* Schr. *quod et aliis liberis, qui ex eod. matr. postea fuerint procreati* Hal. Be. u) L. 11. Cod. cit. x) 1. C. N. „Hoc ius locum habet, licet ante hoc consortium legitimorum pater sit ex alia coniuge, a qua separatus sit legitime (*vel ea mortua* add. Al.)" Ex Nov. 12. c. 4. Auth. *Quod ius* Cod. de nat. lib. V. 27.

2. C. N. „Sed hoc non permittitur (*nova constitutio non permittit hoc* Al.) in ancilla, nisi ei, qui sine legitimis (*liberis* add. Al.) reperitur." Ex Nov. 18. c. 11. Auth. *Sed nova const.* Cod. tit. cit.

3. C. N. „Sed his, qui ex ancilla sunt, ex ipsa dotis inscriptione simul et libertas tribuatur (*libertatem tribui* Al.) et ius suorum." Ex Nov. 78. c. 3. Auth. *Nova alia const.* Cod. tit. cit.

4. C. N. „Qui prolem legitimam non habet, potest naturales ex huiusmodi consuetudine precibus principi datis legitimos constituere sibi sine matrimonio, si mulier iam defuncta sit, vel deliquerit (*deliquit* Al.), vel occultetur, vel alias venire prohibeatur, vel quoquomodo matrimonium impediatur, ut sacerdotio." Ex Nov. 74. c. 1. Auth. *Praeterea* Cod. tit. cit. „Item sine legitimis scribens in testamento, „velle sibi naturales legitimos fore successores," licentiam habent, ut post mortem eius filii supplicent, testamentum ostendentes, et principis ac legis dono fiant heredes, si tamen voluntatem patris amplectantur (*ratum habeant* Al.), quod generaliter observatur." Ex ead. Nov. c. 2. Auth. *Item sine* Cod. tit. cit.

5. C. N. „Si quis liberos habens naturales ex muliere libera, quae uxor ei poterat esse, dicat in instrumento, sive publice, sive propria manu conscripto, habente subscriptionem trium testium fide dignorum, sive in testamento, sive sub (*in* Al.) gestis monumentorum, hos suos esse, nec adiecerit „naturales", huiusmodi filii ei legitimi successores erunt. Et si uni ex multis (*praedictis* Al.) filiis testimonium quodlibet ex praedictis modis praebuerit, ceteris ex eadem muliere natis ad legitima iura sufficiet." Ex Nov. 117. c. 2. Auth. *Si quis* Cod. tit. cit.

y) Cf. supra Gaii Comm. I. §. 29. et infra §. 73. item Comm. III. §. 5. et 73. z) Cf. et supra §. 30. et infra §. 80.

a) Sententia haec est: filio anniculo facto et causa probata, Latinum praeterquam quod civitatem adipiscatur tam ipse, quam uxor eius et filius, si eiusdem condicionis sint, incipere etiam in potestate habere filium. Goesch. Quod si restituamus: *filio autem anniculo facto apud consilium causam probare potest*; simul etc.? Kl. b) Cf. infra Gaii. Comm. II. §. 142. III. §. 5. 73. Ulp. VII. §. 4. c) Cf. Ulp. V. §. 9.

dit, quam si inter patrem et matrem eius conubium sit[d]: sed ex senatusconsulto permit-
titur, causam erroris probare, et ita uxor quoque et filius ad civitatem Romanam perve-
niunt, et ex eo tempore incipit filius in potestate patris esse. Idem iuris est si eam per
ignorantiam uxorem duxerit, quae dediticiorum numero est; nisi quod uxor non fit civis
Romana. §. Item[e] si civis Romana per errorem nupta sit[f] peregrino, tamquam civi G. §. 68.
Romano, permittitur ei causam erroris probare, et ita filius quoque et maritus ad civi-
tatem Romanam perveniunt, et aeque simul incipit filius in potestate patris esse. Idem
iuris est si peregrino, tamquam Latino, ex lege Aelia Sentia nupta sit: nam et de hoc
specialiter senatusconsulto cavetur. Idem iuris est aliquatenus si ei, qui dediticiorum nu-
mero est, tamquam civi Romano, aut Latino e lege Aelia Sentia, nupta sit: nisi quod
scilicet, qui dediticiorum numero est, in sua condicione permanet; et ideo filius, quamvis
fiat civis Romanus, in potestatem patris non redigitur. §. Item si Latina peregrino, quem G. §. 69.
Latinum esse cre|deret, nupserit, potest ex senatusconsulto, filio nato, causam erroris p. 19.
p[robare: et ita om]nes fiunt cives Romani, [et] filius in potestate patris esse inci-
pit. §. Id[em iuris omnino est] si Latinus per errorem peregrinam, quasi Latinam aut ci- G. §. 70.
vem Romanam, e lege Aelia Sentia uxorem duxerit. §. Praeterea si civis Romanus, G. §. 71.
qui se credidisset Latinum, [duxisset] Latinam, permittitur ei, filio nato, erroris cau-
sam probare [tamquam si ex] lege Aelia Sentia uxorem duxisset. Item h[is, qui, li-
cet] cives Romani essent, peregrinos se esse credidissent et peregrinas uxores duxissent,
permittitur ex senatusconsulto, filio nato, causam erroris probare: quo facto peregrina
uxor civis Romana et filius | — litt. 9 — |[g] non solum [ad civitatem Romanam pervenit],
sed etiam in potestatem patris redigitur. §. Quaecumque de filio esse diximus, eadem G. §. 72.
et de filia dicta intellegemus. §. Sed quantum ad erroris causam probandam attinet, G. §. 73.
nihil interest, cuius aetatis filius sive filia sit | — litt. 31 — | Latinus | — litt. 12 — | qui
| — litt. 20 — |[h] si minor anniculo sit filius filiave, causa probari non potest. nec me prae-
terit, in aliquo rescripto divi Hadriani ita esse constitutum, tamquam, quod ad erroris
quoque [causam] probandam | — litt. 31 — | — vers. 1 — | — litt. 8 — | imperator | — litt. 10 — |
tuendam dedit. |§. Item peregrino | — litt. 28 — | — vers. 3 — |[h] uxorem duxisset et, filio nato, p. 20. G. §. 74.
alias civitatem Romanam consecutus esset, deinde, cum quaereretur, an [causam] pro-
bare [posset,] rescripsit imperator Antoninus, perinde posse eum [causam pro]bare,
atque si peregrinus mansisset. ex quo colligimus, etiam peregrinum causam probare posse.
§. . . . . . diximus | — litt. 12 — | errore[i] | — litt. 12 — | peregrinus | — litt. 9 — |[k] — litt. 24 — | G. §. 75.

---

d) Cf. supra Gai. h. C. §. 56. et infra §. 80. e) Cf. Ulp. l. c. ubi sic legendum: „vel ei, qui dediticiorum numero est, *tamquam civi Romano*, aut etiam *quasi* Latino ex lege Aelia Sentia, nupta fuerit." Goesch. f) Non dubito, quin ante *peregrino* librario exciderit *Latino aut*. Kl. g) Quae sequuntur verba ad uxorem pertinere non possunt, ideoque restituendum conicio: *erit; filius vero causa probata*. Cf. infra Comm. I. §. 93. h) Sententia haec est: in erroris causa probanda nihil interesse, cuius aetatis filius sit; ex lege Aelia Sentia autem causam probari non posse, si minor anniculo sit filius. Goesch. h) Videntur haec fere deesse: „*Item peregrino, cui civis Romana nupta fuerit, causam erroris probare licet. nam peregrino, qui se civem Romanum credidisset et civem Romanam* uxorem duxisset etc. Kl. i) Legendum videtur: *ex iis, quae diximus, sive errore* Hollw. k) In cod. sic scriptum puto: *civem Romanam uxorem*. Id.

| — *litt.* 27 — | *errorem . . : . . matrimonium* | — *litt.* 33 — | *ea, quae superius* [l] | — *litt.* 20 — | *inter-*
venerit | — *litt.* 30 — | — *litt.* 32 — | [m]
G. §. 76. §. | — *vers.* 2 — | [n] *uxorem duxerit, si[cut supra quoque] diximus* [o], *iustum matri-*
monium contrahi. et tunc ex iis qui nascitur, civis Romanus est et in potestate patris
G. §. 77. *erit.* §. *Itaque si civis Romana peregrino* | — *litt.* 26 — | — *vers.* 1 — | . . . . . [p] *filius est tam-*
p. 21. *quam si ex peregrina eum procreasset.* |*hoc vero tempore* [q] [*e*] *senatusconsulto, quod au-*
ctore divo Hadriano factum est [r], *etsi non fuerit conubium inter civem Romanam et pe-*
G. §. 78. *regrinum, qui nascitur iustus patris filius est.* §. *Quod autem diximus, inter civem Ro-*
manam peregrinum[que matrimonio contracto, eum, qui] nascitur, peregrinum [s] | — *litt.* 21 — |
| — *vers.* 1 — | *eadem lege* | — *litt.* 21 — | *si partus . . . qua et conubium non sit* | — *litt.* 17 — |
peregrinus ex eo coitu nascatur | — *litt.* 14 — | *necessaria lex* | — *litt.* 31 — | — *vers.* 1 — | *est*
| — *litt.* 38 — | — *litt.* 7 — | *accedit* [t], *qua parte . . iubet lex . . . . . peregrina peregrinum . . . . .* [u]
| — *litt.* 17 — | *nam etiam . . . . . lege* | — *litt.* 22 — | *futurum erat* [x]. *adeo autem hoc ita est, ut*
G. §. 79. | — *litt.* 13 — | — *vers.* 2 — | — *litt.* 30 — | [y]. §. *sed etiam, qui Latini nominantur. Sed ad alios*
Latinos pertinet, qui proprios populos propriasque civitates habebant et erant peregrino-
G. §. 80. *rum numero* | — *litt.* 10 — | [z]. §. *ex contrario ex Latino et cive R[omana qui nascitur], ci-*
p. 22. *vis Romanus nascitur. fuerunt* |*tamen, qui putaverunt, ex lege Aelia Sentia contracto ma-*
trimonio Latinum nasci, quia videtur eo casu per legem Aeliam Sentiam et Iuniam co-
nubium inter eos dari, et semper conubium efficit, ut qui nascitur patris condicioni acce-
dat [a], *aliter vero contracto matrimonio eum, qui nascitur, iure gentium matris condicio-*
nem sequi | — *litt.* 12 — | *sed hoc iure utimur ex senatusconsulto* [b], *quo, auctore divo Ha-*
G. §. 81. *driano, significatur, ut . .* [c] *ex Latino et cive Romana natus civis Romanus nascatur.* §. *His*
convenienter [etiam illud] senatusconsulto, divo Hadriano sacratissimo auctore, significa-
tur, ut ex Latino [et] peregrina, item contra ex peregrin|o et Latina qui nascitur] ma-
G. §. 82. *tris condicionem sequatur.* §. *Illud quoque his conveniens est, quod ex ancilla et libero*

---

l) Cf. supra h. Comm. §. 68. m) Totius loci argumentum Hollwegius et recte quidem, quantum ego video, tale esse statuit: *Peregrinus si civem Romanam uxorem duxerit, sive interveniente errore, sive non, is qui nascitur, peregrinus est: sed matrimonio per errorem contracto admitti poterit causae probatio, quam, ubi nullus error intervenerit, cessare constat.* Goesch. n) Sensus sane huiusmodi aliquid postulare videtur: *Illud certe constat, inter civem Romanum et peregrinam, siquidem eam, cum qua conubium habeat,* uxorem duxerit etc. Goesch. o) Cf. h. C. §. 56.
p) Equidem cum Hollwegio huius loci sententiam hanc esse censeo: Itaque s. c. R. peregrino, *cui conubium sit concessum, nupserit, qui ex ea coniunctione nascitur, peregrinus et iustus patris* filius est etc. Goesch. q) *hoc . . tempore* Goesch. r) Cf. h. C. §. 92. s) Cf. Ulp. V. §. 8. t) Locum ad legem Mensiam pertinere manifestum est; in eoque Gaius hanc mihi expressisse videtur sententiam: *Quodsi civis Romana peregrino nupserit, partum semper peregrinum nasci lege Mensia cautum est: quod quidem conubio interveniente etiam citra legem illam similiter procederet propter ipsum conubium; eo autem deficiente necessaria lex Mensia fuit, cum alioquin, non interveniente conubio, ea servetur iuris regula, ut partus ad matris condicionem accedat.* Goesch. u) In Cod., opinor, est: *ex cive romano et* peregrina peregrinum *nasci.* Hollw. x) Huschk. totum hunc locum sic restituendum censet: qua parte *autem* iubet lex, *e cive Romano et* peregrina peregrinum *nasci, nihil novi introduxit*; nam etiam *sine ea* lege *e regula iuris gentium idem* futurum erat. Goesch. y) Huschk. haec verba ad sequentis paragraphi argumentum trahit: quod, quamvis rationem habeat, non tamen ita expeditum mihi visum est, ut signum paragraphi 79. loco suo movendum existimarem. Gaius hoc loco illud, ut videtur, significat, legem Mensiam non tantum ad peregrinos pertinuisse, sed etiam ad Latinos, neque tamen ad eos, qui suo aevo soli eo nomine veniebant, coloniarios puta et Iunianos. Goesch. Haec igitur vel similia deperdita videntur: „Adeo autem hoc ita est, ut *lex Mensia tam ad eos peregrinos pertineat, qui subditi dicioni p. R., quam ad eos, qui socii sunt; ideoque haec lex non tantum eos comprehendit, qui vulgo peregrini,* sed etiam qui Latini nominantur. Kl. z) An: eadem ratione, at? Huschk. a) Cf. h. C. supra §. 56. et 67. b) Cf. supra h. C. §. 30. et 66. c) *omnis aut quisque?* Bg.

iure gentium servus nascitur[ee], *et ex libera et servo liber nascitur.* §. *Animadvertere* G. §. 83.
tamen debemus, num eam iuris gentium regulam[d] *vel lex aliqua, vel quod legis vicem ob-*
tinet, aliquo casu commutaverit. §. *Ecce enim ex senatusconsulto Claudiano*[e] *poterat ci-* G. §. 84.
vis Romana, quae alieno servo volente domino eius coisset, ipsa ex pactione libera per-
manere, sed servum procreare: nam quod inter eam et dominum istius servi convenerit,
ex senatusconsulto ratum esse iubetur. sed postea divus Hadrianus, iniquitate rei et inele-
gentia iuris motus, restituit iuris gen|tium regulam, ut cum ipsa mulier libera permaneat, p. 23.
liberum pariat. §. *Ex ancilla*[f] *et libero poterant liberi nasci: nam ea lege cavetur, ut* G. §. 85.
si quis cum aliena ancilla, quam credebat liberam esse, coierit, siquidem masculi nascan-
tur, liberi sint, si vero feminae, ad eum pertineant, cuius mater ancilla fuerit. sed et in
hac specie divus Vespasianus, inelegantia iuris motus, restituit iuris gentium regulam, ut
omni modo, etiamsi masculi nascantur, servi sint eius, cuius et mater fuerit. §. *Sed illa* G. §. 86.
pars eiusdem legis salva est, ut ex libera et servo alieno, quem sciebat servum esse, servi
nascantur[g]. *Itaque apud quos talis lex non est, qui nascitur, iure gentium matris condi-*
cionem sequitur et ob id liber est.

§. *Quibus autem casibus matris et non patris condicionem sequitur qui nascitur,* G. §. 87.
iisdem casibus in potestate eum patris, etiamsi is civis Romanus sit, non esse plus quam
manifestum est. et ideo superius rettulimus[h], *quibusdam casibus per errorem non iusto*
contracto matrimonio senatum intervenire et emendare vitium matrimonii, eoque modo
plerumque efficere, ut in potestatem patris filius redigatur. §. *Sed si ancilla ex cive Ro-* G. §. 88.
mano conceperit, deinde manumissa civis Romana facta sit et tunc pariat, licet civis Ro-
manus sit, qui nascitur, |sicut pater eius, non tamen in potestate patris est, quia neque p. 24.
ex iusto coitu conceptus est, neque ex ullo senatusconsulto talis coitus quasi iustus con-
stituitur.

§. *Quod autem placuit, si ancilla ex cive Romano conceperit, deinde manumissa* G. §. 89.
pepererit, qui nascitur liberum nasci[i], *naturali ratione fit. nam hi, qui illegitime conci-*
piuntur, statum sumunt ex eo tempore, quo nascuntur: itaque si ex libera nascuntur, li-
beri fiunt, nec interest, ex quo mater eos conceperit, cum ancilla fuerit. at hi, qui le-
gitime concipiuntur, ex conceptionis tempore statum sumunt. §. *Itaque si cui mulieri* G. §. 90.
[civi Romanae praegnanti] aqua et igni interdictum fuerit, eoque modo peregrina [fiat,
e]t tunc pariat, complures distinguunt et putant, siquidem ex iustis nuptiis conceperit,
civem Romanum ex ea nasci, si vero vulgo conceperit, peregrinum ex ea nasci. §. *Item* G. §. 91.
si qua mulier civis Romana praegnans ex senatusconsulto Claudiano ancilla facta sit ob
id, quod alieno servo, [invito et] denunciante domino eius[k], *[*coierit*], complures distin-*
guunt et existimant, siquidem ex iustis nuptiis conceperit, civem Romanum ex ea nasci,
si vero vulgo concep[erit, servum] nasci eius, cuius mater facta est ancill[a. §. *Item* G. §. 92
pere]grina quoque si vulgo conceperit, deinde civis Romana [facta sit, et pari]at, civem

---

ee) Cf. Ulp. V. §. 9. d) *A. t. debemus nec iur. g. regulam,* (si eam) *vel lex* etc. Goesch. e) Cf. Tacit. Annal. XII. 53. Paul IV, 10. §. 2. Fragm. veter. ICti de iur. fisci §. 12. f) Inter *ex* et *ancilla* Goesch. inseruit *diverso ex.* g) Cf. Pap. L. 2. pr. D. ne de statu defunct. XL. 15. Antonin. L. 3. C. sol. matr. V. 18. h) Cf. supra h. C. §. 67. seqq. i) Cf. Epit. I, 4. §. 9 Ulp. V. §. 10. k) Cf. infra h. C. §. 160.

p. 25. *Romanum parit; si vero ex peregrino, [*cui*] |secundum leges moresque peregrinorum coniuncta est*[l]*, videtur ex senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum [est], peregrinus [*nasci*], nisi patri eius civitas Romana quaesita sit.*

G. §. 93. *§. Si peregrinus [*cum liberis iam natis civitate Romana donatus sit,*]*[m] *non aliter filii in potestate [eius f]iunt, quam si [imperator*[n] *eos in potest]atem redegerit*[o]*. quod ita demum is facit, si causa cognita aestimaverit, hoc filiis expedire: diligentius atque exactius vero causam cognoscit de impuberibus absentibusque, et haec ita edicto*

G. §. 94. *divi Hadriani significantur*[p]*. §. Item si quis cum uxore praegnante civitate Romana donatus sit, quamvis is, qui nascitur, ut supra diximus*[q]*, Romanus sit, tamen in potestate patris non fit. idque subscriptione divi Hadriani significatur. qua de causa qui intellegit uxorem suam esse praegnantem, dum civitatem sibi et uxori ab imperatore petit, simul*

G. §. 95. *ab eodem petere debet, ut eum, qui natus erit, in potestate sua habeat. §. Alia causa est eorum, qui Latini sunt et cum liberis suis ad civitatem Romanam perveniunt: nam horum in [potestate fiunt] liberi. quod ius quibusdam peregrinis* | — litt. 36 — | — vers. 24 — |

G. §. 96. *§. [Quod qui in colonia Latina]*[r] *|magistratum gerunt, civitatem Romanam consequun-*

p. 26. *tur, minus latum est, cum hi tantum, qui vel magistratum vel honorem gerunt, ad civitatem Romanam perveniunt. idque compluribus epistolis principum significatur.*

TIT. XI.

DE ADOPTIONIBUS.

I. pr. G. §. 97. §. [Non solum autem naturales liberi secundum ea, quae] diximus[a], in potestate nostra sunt, verum etiam hi, quos adoptamus[b].

I. §. 1. G. §. 98. §. Adoptio autem duobus modis fit: aut principali rescripto, aut imperio magistratus:

G. §. 99. imperatoris auctoritate adoptare quis potest eos easve, qui quaeve sui iuris sunt[c], quae species adoptionis dicitur arrogatio[d];

§. Adoptio autem duobus modis fit, aut populi auctoritate, aut imperio magistratus, velut Praetoris[e]*. §. Populi auctoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt, quae species adoptionis dicitur arrogatio, quia et is, qui adoptat, rogatur, id est, interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse; et is, qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiatur; et populus rogatur, an id fieri iubeat.*

imperio magistratus adoptamus[f] eos easve, qui quaeve in potestate parentium sunt, sive primum gradum liberorum obtineant[g], qualis est

---

l) Cf. supra h. C. §. 77. et infra §. 94. m) Sic restitui; Goesch. circa viginti sex litterarum spatium vacuum indicavit. Kl. n) *imperator* iam Goesch. proposuit, neque in contextum recipere equidem dubitavi. Kl. o) Cf. infra Gai Comm. III. §. 20. item Plin. X. epist. 6. et Paneg. cap. 37. p) Cf. h. C. supra §. 55. q) Cf. h. C. §. 92. r) Haec quae inde res ipsa postulare videretur loco deperditorum inserere ausus sum. Kl. Cf. Appian. B. C. l. II. c. 26. Strabo lib. IV. p. 186. 187. Casaub. et Ascon. in Cic. or. Pison. (Ed. a. 1675. p. 150.)

Tit. XI. a) Cf. supra h. C. §. 55. et pr. I. de patr. pot. 1. 9. b) *adoptavimus* Bi. Cf. Ulp. VIII. §. 1. Epit. I. 5. pr. c) *fuerint* Bi. d) Cf. Modestin. L. 1. D. h. t. 1. 7. e) L. 2. pr. D. h. t. 1. 7. (Gai. lib. 1. inst.) Cf. Ulp. VIII. §. 2. Epit. I. 5. §. 1. f) *adoptare licet* G. Be. g) *obtinent* Hal.

filius (*et*) filia, sive inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis [h].

§. *Et quidem illa adoptio, quae per populum fit, nusquam nisi Romae fit: at haec* G. §. 100.
etiam in provinciis apud praesides earum fieri solet. §. *Item per populum feminae non* G. §. 101.
adoptantur, nam id magis placuit. Apud |praetorem vero, vel in provinciis apud pro- p. 27.
consulem legatumve, etiam feminae solent adoptari [i].

§. Sed hodie ex nostra [k] constitutione, cum filiusfamilias a patre naturali extraneae I. §. 2.
personae in adoptionem datur, iura potestatis patris naturalis minime [l] dissolvuntur, nec quidquam ad patrem adoptivum transit, nec in potestate eius est, licet ab intestato iura successionis ei a nobis tributa sint. si vero pater naturalis non extraneo, sed avo filii sui materno, vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, etiam avo paterno [m], vel proavo simili modo paterno vel materno, filium suum dederit in adoptionem, in hoc casu, quia concurrunt in unam personam et naturalia et adoptionis iura, manet stabile ius patris adoptivi et naturali vinculo copulatum, et legitimo adoptionis nodo constrictum [n], ut et in familia et in potestate huiusmodi [o] patris adoptivi sit.

§. Cum autem impubes per principale rescriptum arrogatur, causa cognita arrogatio [p] permittitur, et exquiritur causa arrogationis an honesta sit expediatque pupillo, et cum quibusdam condicionibus arrogatio fit [q], ut caveat arrogator personae publicae, id est tabulario [r], si intra pubertatem pupillus decesserit, restituturum se bona illis, qui, si adoptio facta non esset [s], ad successionem eius venturi essent. item non aliter [t] emancipare eum potest arrogator, nisi causa cognita dignus emancipatione fuerit, et tunc bona sua ei [u] reddat. Sed etsi decedens pater eum exheredaverit, vel vivus sine iusta causa eum [x] emancipaverit, iubetur quartam partem bonorum suorum ei relinquere, scilicet [y] praeter bona, quae ad patrem adoptivum transtulit et quorum commodum ei postea acquisivit. I. §. 3.

§. *Item impuberem apud populum adoptari aliquando prohibitum est, aliquando permissum est. nunc ex epistola optimi imperatoris Antonini, quam scripsit pontificibus, si iusta causa adoptionis esse videbitur, cum quibusdam condicionibus permissum est. apud praetorem vero, et in provinciis apud proconsulem legatumve, cuiuscumque aetatis [* homines *] adoptare possumus* [z]. G. §. 102.

§. Minorem [a] natu maiorem non posse adoptare, placet; adoptio enim naturam I. §. 4.
imitatur et pro monstro est, ut maior sit filius, quam pater: debet itaque is, qui sibi per adoptionem vel arrogationem filium facit, plena pubertate, id est decem et octo annis [b] praecedere. §. Licet autem et [c] in locum [d] nepotis et neptis, vel pronepotis [e], vel pro- I. §. 5.
neptis, vel deinceps adoptare, quamvis filium quis non habeat [f]. §. Et tam filium alie- I. §. 6.
num quis nepotis loco [g] potest adoptare, quam nepotem in locum [h] filii. §. Sed [i] si quis I. §. 7.

---

h) L. 2. pr. cit. Cf. Ulp. VIII. §. 32. Epit. l. c. i) Cf. Gai. L. 21. D. h. t. I. 7. Ulp. VIII. §. 4. 5. Epit. I. 5. §. 2. k) L. 10. C. h. t. VIII. 48. l) *non* Bu. m) *paterno* om. Hal. n) *modo constitutum* Hal. o) *huius* Bu. p) *fieri* ins. Hal. q) *id est* ins. Hal. G. Be. r) *id est tabulario* om. Hal. et Al. s) *fuisset* Bu. t) *alias* G. u) *eos . . . dignos . . . fuerint . . . eis* Bi. x) *eum* om. Hal. y) *videlicet* Hal. Bi. z) Cf. Ulp. VIII. §. 5. a) V. infra Gai. h. C. §. 106. Basil. XXXIII. 1, 51. b) *plenam pubertatem . . . . annos* Bi. c) *et* om. Bi. d) *in loco* Bi. Bu. e) *vel neptis, pron.* Hal. f) Cf. Ulp. VIII. §. 7. g) *in locum* G. *in loco* Bi. Bu. h) *in loco* Bi. Bu. i) *et* ins. Bu.

nepotis[k] loco adoptet, vel quasi ex eo[l] filio, quem habet[m] iam adoptatum, vel quasi ex illo, quem naturalem in sua potestate habet, in[n] eo casu et filius consentire debet, ne ei invito suus heres agnascatur. sed ex contrario si avus ex filio nepotem det[o] in adoptio-
I. §. 8. nem, non est necesse, filium consentire. §. In plurimis[p] autem causis assimilatur is, qui adoptatus vel arrogatus est, ei, qui ex legitimo matrimonio natus est. et ideo si quis
(G. §. 105.) per imperatorem (*populum*) sive[q] apud praetorem, vel apud[r] praesidem provinciae, non extraneum adoptaverit, potest eumdem alii in adoptionem
I. §. 9. dare. §. Sed et[s] illud[t] (*Illud vero*) utriusque adoptionis commune est, quod
G. §. 103. et hi, qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare pos-
I. §. 10. sunt[u]; castrati autem non possunt. §. Feminae[v] quoque (*vero nullo modo*) adoptare
G. §. 104. non possunt, quia nec (*ne quidem*) naturales liberos in[x] potestate habent[y]; sed ex indulgentia principis[z] ad solatium liberorum amissorum adoptare possunt.

G. §. 105. §. *Item si quis per populum sive apud praetorem vel apud praesidem provinciae*
G. §. 106. *adoptaverit, potest eumdem alii in adoptionem dare.* §. *Sed et illa quaestio, an minor natu maiorem natu adoptare possit, utriusque adoptionis communis est*[a].

I. §. 11. §. Illud proprium est illius (*eius*) adoptionis, quae per sacrum oraculum
G. §. 107. (*populum*) fit, quod is, qui liberos in potestate habet, si se[b] arrogandum dederit, non solum ipse potestati[c] arrogatoris subiicitur, sed etiam liberi eius in eiusdem fiunt[d] potestate, tamquam[e] nepotes[f]. sic enim[g] divus Augustus non antea Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptavit[h], ut proti-
I. §. 12. nus adoptione facta incipiat[i] Germanicus Augusti nepos esse. §. Apud Catonem bene scriptum refert antiquitas, servos[k], si a domino adoptati sint[l], ex hoc ipso posse liberari. unde et[m] nos eruditi in nostra constitutione[n] etiam eum servum, quem dominus actis intervenientibus filium suum nominaverit[o], liberum esse constituimus, licet[p] hoc ad ius filii accipiendum[q] non sufficiat.

[*DE HIS QUAE IN MANU SUNT*][a].

p. 28. G. §. 108. |§. [*Nunc de his personis videamus, quae in manu nostra sunt. quod*] *et ipsum ius*
G. §. 109. *proprium civium Romanorum est.* §. *Sed in potestate quidem et masculi et feminae esse*
G. §. 110. *solent; in manum autem feminae tantum conveniunt.* §. *Olim itaque tribus modis in ma-*
G. §. 111. *num conveniebant: usu, farreo, coemptione*[b]. §. *Usu in manum conveniebat quae anno continuo nupta perseverabat; nam velut annua possessione usucapiebatur, in familiam viri transibat, filiaeque locum obtinebat. itaque lege duodecim tabularum cautum erat, si qua*

k) *vel neptis* add. Bu. l) *eo* om. Hal. m) *habebat* Bi. n) *in* om. Hal. Bi. o) *dat* Bi. Bu. p) *pluribus* Bi. q) *vel* Hal. r) *apud* om. Hal. Bu. s) Basil. XXXIII. 1, 52. t) *Sed illud* Bu. u) L. 2. cit. §. 1. Cf. Ulp. VIII. §. 6. Epit. I. 5. §. 3. v) Basil. XXXIII. 1, 53. x) *sua* ins. Hal. G. Bi. Be. y) Cf. Ulp. VIII. §. 8 a. Epit. §. 2. cit. z) Diocl. et Max. L. 5. C. h. t. VIII. 48. a) Cf. I. Iust. h. t. §. 4. b) *ad* ins. Bi. Be. c) *in potestate* Bi. d) *sunt* Bu. e) *quasi* Bu. f) L. 2. cit. §. 2. Cf. Ulp. VIII. §. 8. Epit. I. 5. §. 4. g) *etenim* Hal. h) *adoptasset* Hal. i) *inciperet* Hal. k) *servi* Bi. Bu. l) *sunt* Bi. m) *et* om. Bu. n) L. un. C. de Lat. lib. toll. VII. 6. o) *nominaverat* Hal. p) *et* ins. Bu. q) *ei* ins. Bi. Bu.

DE HIS QUAE IN MANU SUNT. a) Hanc inscriptionem addendam censuimus, ne ea, quae sequuntur et a Iustiniano plane omissa sunt, cum praecedentibus falso coniungerentur. b) Cf. Servius ad Georg. Lib. I. vers. 31. Boethius in Top. Cicer. Lib. II. (ad cap. 3.) Arnob. adv. gent. Lib. IV. med.

instantia uti ad contradicendum pervenit. at adversus infitiantes ex quibusdam causis [o] dupli [p] actio constituitur; veluti si damni iniuriae aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur [q].

diae. G. §. 172. *§. Quodsi [neque* [r] *sp]onsionis, [neque]* [s] *dupli [actionis]* [t] *periculum ei, cum quo agitur, coniungatur, ac ne statim [qui]dem ab initio pluris quam simpli sit actio, permittit praetor* [u] *iusiurandum exigere, non calumniae causa se* [x] *in[fit]ias ire. unde quamvis heredes, vel qui heredum loco [ha]bentur, [dup]li non amplius obligati sunt, item feminis pupillisque [remitti s]olet p[oena] sponsionis; i[ube]t tamen eos iura[re].*

G. §. 173. §. Statim aut[em] [y] ab initio pluris, quam simpli actio est, velut furti manifesti quadrupli, nec manifesti dupli [z], *concepti et oblati tripli* [a]; nam ex his causis et aliis quibusdam [b], sive quis neget, sive fateatur, pluris quam simpli est actio.

Item actoris quoque [c] calumnia coercetur; nam etiam [d] actor pro calumnia iurare cogitur ex nostra constitutione [e]. Utriusque etiam [f] partis advocati iusiurandum subeunt, quod alia nostra constitutione [g] comprehensum est. Haec autem omnia pro veteris calumniae actione introducta sunt, quae in desuetudinem abiit; quae [h] in partem decimam litis actores mulctabat, quod numquam [i] factum esse invenimus; sed pro his introductum est et praefatum iusiurandum,

G. §. 174. *§. Actoris quoque calumnia coercetur: modo calumniae iudicio; modo contrario; modo iureiurando; modo restipulatione.* G. §. 175. *§. Et quidem calumniae iudicium adversus omnes actiones locum habet, et est decimae partis [causae]* [k]; *adversus interdicta aut[em] quartae partis causae.* G. §. 176. *§. Liberum* [l] *est i[ll]i* [m], *cum quo agitur, aut calumniae iudicium opponere, aut [iusiurandum] exigere, non calumniae causa agere.* G. §. 177. *§. Contrarium autem iudicium ex certis causis constitui[tur]: |vel-* p. 249.

---

o) causa Bi. p) *vel tripli* ins. Hal. G. eademque verba uncis tamquam spuria vel suspecta inclusa exhibent Bi. Be. εἰς τὸ διπλοῦν, ἤγουν εἰς τὸ τετραπλοῦν Theoph. ex ed. princ. atque Reitz.; sed monet Cuiacius exemplaria manu exarata habere εἰς τὸ τριπλοῦν. Ab omnibus Contii, Russardi et Charondae mss. institutionum libris absunt verba *vel tripli*, neque extant in Cod. Erlang. qua de causa ea omittere non dubitavi, quamvis doceat Cuiacius: „*et poni potest ex iure veteri exemplum in actione furti concepti vel oblati, quae fuit in triplum ... sed ut vero simile non est, nisi adversus infitiantes*". Cf. Gai. h. C. §. 173. q) *agetur* G. Cf. supra §. 19. 23. Inst. de act. IV. 6. ibique allegata. r) *poena* inserendam conicit Hefft. s) *forte* add. Hefft. t) An: *praestandi?* Hefft. u) Cf. Paul. L. 44. §. 4. D. fam. ercisc. X. 2. x) Fortasse *eum?* Hefft. y) *etiam* Bu. z) Cf. supra §. 19. Inst. de obl. q. ex del. IV. 1. §. 18. sqq. Inst. de act. IV. 6. a) Cf. supra Comm. III. §. 189—91. b) *his et al. quibusd. causis* Hal. *causis his et al. q.* G. Be. c) *quidem* Bu. d) *namque* Bu. e) Cf. supra not. m. ad §. 1. h. t. CC. NN. (non extantes in Cod. ms. Gotting.; ap. Bend. ad finem huius paragraphi insertae): 1) „Qui agunt vel conveniuntur, coram iudicibus iurent nihil iudicibus vel alii personae pro hac causa per se vel per alium dedisse vel promisisse, neque [*vel* Be.] dabunt, exceptis his, quae advocatis praestant, aliisque personis, quibus nostrae leges dari disponunt". Ex Nov. 124. c. 1. Auth. *Principales* Cod. de iurei. propter calumn. II. 59., cuius ipsius Authenticae primam partem exhibet Vulteius. 2) „In isto iuramento adiiciendum est nullam in tota lite exactum iri probationem, nisi quam pro veritate putat quis exigendam esse necessario, ne saepius iuretur". Ex Nov. 49. c. 3. Auth. *In isto* Cod. tit. cit. Hanc quoque ipsam Codicis Authenticam transscripsit Vulteius. f) *autem* Bu. g) L. 14. Cod. de iudiciis III. 1. Cf. Iustinian. L. 2. Cod. de iurei. propt. cal. II. 59. Nov. 90. c. 9. i. f. h) *quia* Al. Cf. Diocl. et Max. L. 3. Hermog. Cod. de calumniatorib. V. (ap. Schulting. pag. 713.) ex Consult. vet. ICti. c. 6. (Ius civ. anteiust. p. 1498.) i) *nusquam* Hal. Bu. οὐκ ἦν ἐν πολιτείᾳ Theoph. k) Cf. Consultatio c. 6. Nov. 112. c. 2. l) Cf. infra h. C. §. 179. m) Husch. legendum putat: „*est autem ei*"; Bl.: „*est illi*". Equidem illam lectionem anteponerem, nisi haec ad ductus, qui in codice conspiciuntur, propius accederet. Goesch.

et ut improbus litigator et [n] damnum et impensas litis inferre adversario suo cogatur.

ut si iniuriarum agatur; et si cum muliere eo nomine agatur, quod dicatur ventris nomine in possessionem missa dolo malo ad alium possessionem transtulisse; et si quis eo nomine agat, quod dicat, se a praetore in possessionem missum ab alio quo admissum non esse. sed adversus iniuriarum quidem ac-
G. §. 178. *tion[em] decimae partis datur; adversus vero duas istas quintae.* §. *Severior autem coercitio est per contrarium iudicium. n[am] calumniae iudicio decimae partis nemo damnatur* [o], *nisi qui intellegit, non recte se agere, sed vexandi adversarii gratia actionem instituit, potiusque ex iudicis errore, vel iniquitate victoriam sperat, quam ex causa veritatis* [p]: *calumnia enim in affectu est, sicut* [q] *furti crimen. contrario vero iudicio omni modo damnatur actor, si causam non tenuerit; licet alia* [r] *opinione inductus crediderit, se recte*
G. §. 179. *agere.* §. *Utique autem ex quibus causis contrario iudicio agere potest* [s], *etiam calumniae iudicium locum habet: sed alterutro t[antum] iudicio agere permittitur. qua ratione si iusiurandum de calumnia exactum fu[er]it* [t], *quemadmodum calumniae iudicium non datur* [u],
G. §. 180. *ita et contrarium dari non debet* [x]. §. *Restipulationis* [y] *quoque poena ex certis causis fieri solet. et quemadmodum contrario iudicio omni modo condemnatur actor, si causam non te-*
p. 250. *nuerit, nec requiritur, an scierit, non recte se agere; ita etiam restipulationis poena omni|*
G. §. 181. *modo damnatur actor.* §. .... [z] *si ab act[or]e ...* [a] *[re]stipulationis poena petatur, ei neque calumniae iudicium opponitur, neque iurisiurandi religio [in]iungitur* [b]. *nam contrarium iudicium [in] his causis locum non habere, palam est.*

I. §. 2.
G. §. 182. §. Ex quibusdam (*Quibusdam*) iudiciis damnati ignominiosi fiunt [c], velut furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo; item (*p[ro socio,]*) tutelae, man]dati, depositi, directis, non contrariis actionibus; item [d] pro socio, quae ab utraque parte directa est, et ob id quilibet ex sociis eo iudicio damnatus ignominia notatur. sed furti quidem, aut vi bonorum [raptorum, aut iniuriarum, aut de dolo non solum] damnati notantur ignominia, sed et[iam [e] pacti] [f] (*– litt. 11 –* | [g] *scriptum est*); et recte: plurimum [enim interest, utrum ex delicto] aliquis an ex contractu debitor [sit]. ..... *illa parte edicti id ipsum* | *– litt. 27 –* | *– vers. 1 –* | | *– litt. 33 –* | *fid[eiuss]orio nomine iudicio convenitur. etenim* | *– litt. 14 –* |.

---

n) *etiam* Bi. o) *damnetur* c. cod. Hefft. p) Malim *ex causae veritate*. Goesch. q) Cf. supra Comm. III. §. 208. r) Praestaret: *licet falsa*. Goesch. s) Supple *reus*. Goesch. Supple *aliquis*. Hefft. t) *fuit* c. cod. Hefft. u) Cf. supra §. 176. x) *non dari debet* c. cod. Hefft. y) Cf. supra h. C. §. 13. Consultatio c. 6. z) *Nam?* Goesch. *Sane* Hefft. a) *ea* codice auctore supplet Hefft. b) *coniungitur* Hefft. c) Cf. Iulian. (? Ulp.) L. 1. Ulp. L. 4. §. 5. L. 6. D. de his qui notantur inf. III. 2. L. 5. pr. D. depos. XVI. 3. d) *item* om. G. Bi. Be. e) *sed et* Hal. f) Cf. Ulp. cit. L. 1. 6. §. 3. D. de his qui not. inf. III. 2. g) Legendum videtur: „*sicut in* (vel *idque*, vel *ita in*, vel, quod Heinio placet, *ita enim in*) *edicto* (*praetoris*)". Goesch. „*Ita enim in edicto*" Hefft. h) Locus eo pertinere videtur, quod infamia is tantum notatur, qui suo nomine damnatus est. Goesch. Heffterus omnia sic restituit: „*et Praetor* illa parte edicti id ipsum *notat. nam contractus separavit a delictis. ceterum si quis alieno nomine conveniatur, velut procuratorio ab ignominia liber erit. idem est, si quis* fideiussorio nomine iudicio convenitur. etenim (*et hic pro alio damnatur*).

I. §. 3.

§. Omnium autem[i] actionum instituendarum principium ab ea parte edicti proficiscitur, qua praetor edicit de in ius vocando[k]. utique enim imprimis adversarius in ius vocandus est ad eum[l], qui ius dicturus sit. qua parte praetor parentibus et patronis, item parentibus liberisque[m] patronorum et patronarum hunc praestat honorem, ut non aliter liceat liberis libertisque eos in ius vocare, quam si id ab ipso praetore[n] postulaverint et impetraverint[o]; et si quis aliter vocaverit, in eum poenam solidorum quinquaginta constituit[p].

G. §. 183.

§. *In*[q] *summa sciendum est, eum, qui* | — *litt.* 10 — | *agere et eum, qui vocatus est,* | — *litt.* 15 — | — *vers.* 2 — | ...... *patrono et liberto* | — *litt.* 20 — | *et in eum, qui adversus ea egeri[t, poen]a con[stitut]a [est].*

[*DE VADIMONIO*][a].

§. *Qui*[b] *autem in ius vocatus fuerit* [* *ab* *] *adversario, ni eo die finiverit negotium, vadimonium ei faciendum est, id est, ut promittat se certo die sisti.* G. §. 184. §. *Fiunt aut[em] vadimonia quibusdam ex causis pura, id est, sine satisdatione; quibusdam cum satisdatione;* G. §. 185. |*quibusdam iureiurando; quibusdam recuperatoribus suppositis, id [est], ut qui non s[tet]erit, is protinus a recuperatoribus in summam vadimonii condemnetur: eaque singula diligenter praetoris edicto significantur.* p. 251. §. *Et siquidem iudicati depensive agetur, tanti fiet vadimonium, quanti ea res erit: si vero ex ceteris causis, quanti actor iuraverit non [ca]lumniae causa postulare sibi vadimonium promitti; nec tamen pluribus, quam sestertium centum*[c] *milibus fit vadimonium. itaque si centum milium res erit, nec iudicati depensive agetur, non plus quam sestertium quinquaginta mili[um] fit vadimonium.* G. §. 186. §. *Q[uas]*[d] *autem personas sine permissu praetoris impune in ius vocare non possumus, easdem nec vadimonio invitas obligare possumus, praeterquam si praetor aditus permittit.* G. §. 187.

---

i) *vero* Bu. k) Cf. Paul. L. 1. D. de in ius voc. II. 4. l) *vocandus est, id est ad eum vocandus* Hal. m) *liberis parentibusque* Bu. n) *id a Praetore ipso* Bu. o) Ulp. L. 4. §. 1. D. tit. cit. „*Praetor ait:* „ „*Parentem, patronum, patronam; liberos, parentes patroni, patronae in ius sine permissu meo ne quis vocet*" ". Cf. seqq. §. §. hui. L. et legg. seqq. p) Cf. Modestin. L. 25. D. tit. cit. q) Cf. supra h. C. §. 46. et infra §. 187. r) Perscrutatus scripturae vestigia Hefferus locum ita restituit: „In summa sciendum est, eum, *qui in ius aliquem vocare vult,* et *cum eo agere* et eum, qui vocatus est, *naturali ratione* ac lege iustam personam *habere debere*. *quare etiam sine permissu Praetoris nec liberis cum parentibus constituetur* actio nec patrono et liberto, *si non impetrabitur venia edicti,* et in eum, qui adversus ea egerit *poena pecuniaria statuitur*". Cf. Gord. L. 2. C. de in ius voc. II. 2., Mod. L. ult. D. de in ius voc. II. 4.

[*DE VADIMONIO*]. a) Ita hunc postremum articulum notavimus, licet Goeschenius (cf. Add. p. 524.) addere voluerit „*DE IN IUS VOCANDO ET*"; quae enim ad in ius vocationem pertinent in §. 183., a postremo loco institutionum Iustiniani seiungi non poterant. b) Cf. supra Comm. III. §. 224. c) Haud scio, an in hoc numero erraverit librarius. Gosch. Vel pro C reponendum est L., vel, quod mihi magis placet, statuendum, post verba *fit vadimonium* excidisse integrum versum, ita fere: „nec tamen pluribus quam SS. C. milibus fit vadimonium. *nec si res ipsa CC milium tantum sit, vel minoris ultra partem dimidiam.* Itaque si milium res erit, non plus quam SS. quinquaginta milium fit vadimonium." Heff. d) Cf. supra h. C. §. 183.

TIT. XVII.
DE OFFICIO IUDICIS.

1, pr. Superest, ut de officio iudicis dispiciamus. et quidem imprimis illud observare debet
iudex, ne aliter iudicet, quam [a] legibus aut constitutionibus aut moribus proditum est [b].
1. §. 1. §. Ideoque [c] si noxali iudicio addictus [d] est, observare debet, ut, si condemnandus videtur
dominus, ita debeat condemnare: „Publium Maevium Lucio Titio in decem aureos con-
1. §. 2. demno, aut noxam dedere" [e]. §. Et si in rem actum sit [f], sive [g] contra petitorem iudi-
caverit, absolvere debet possessorem [h]; sive contra possessorem, iubere eum [i] debet, ut
rem ipsam restituat cum fructibus [k]. sed si possessor neget in praesenti se restituere
posse, et sine frustratione videbitur tempus restituendi causa petere, indulgendum est ei;
ut tamen [m] de litis aestimatione caveat cum fideiussore, si intra tempus, quod ei datum
est, non restituisset [n]. et si hereditas petita sit, eadem circa fructus interveniunt, quae
diximus intervenire in [o] singularum rerum petitione [p]. illorum autem fructuum, quos cul-
pa sua possessor non perceperit [q], in utraque actione eadem ratio paene habetur, si praedo
fuerit [r]. sin vero bona fide [s] possessor fuerit, non habetur ratio [t] consumptorum, neque [u]
non perceptorum [x]. post inchoatam [y] autem petitionem etiam illorum [z] ratio habetur, qui
1. §. 3. culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumpti sunt [a]. §. Si ad exhibendum
actum fuerit, non sufficit, si exhibeat rem is, cum quo actum est, sed opus est, ut etiam
rei [b] causam debeat exhibere [c], id est ut eam causam habeat actor, quam habiturus esset,
si, cum primum ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset; ideoque si inter moras [d] usu-
capta sit res a possessore, nihilominus condemnabitur [e]. praeterea fructuum medii tem-
poris, id est eius, quod post acceptum ad exhibendum iudicium ante rem iudicatam inter-

---

Tit. XVII. a) *quod* ins. G. b) Cf. Macer. L. 1. §. 2. D. quae sententiae sine app. resc. XLIX. 8. Iustinian. L. 13. Cod. de sentent. et interloc. VII. 45. item Alexand. L. 2. Cod. quando provoc. non est nec. VII. 64. Nov. 126. c. 1. c) *Ideo* Bi. Bu. d) *aditus* Hal. Cf. de iudice addicendo Ulp. L. 4. §. 1. i. f. D. de eo quod certo loco XIII. 4. Paul. L. 60. §. 1. D. ad SCtum Trebell. XXXVI. 1. Varro de l. l. V. c. 7. (ed. Spengel. VI. p. 239.) e) Cf. Ulp. L. 1. §. 11. D. si quadrupes paup. IX. 1. Id. L. 1. pr. D. de his qui eff. IX. 3. Id. L. 6. §. 1. D. de re iud. XLII. 1. Gordian. L. 2. Cod. de noxal. act. III. 41. f) *coram iudice* ins. Hal. g) *si* Bi. Bu. h) Cf. Diocl. et Max. L. 28. Cod. de rei vind. III. 32. Antonin. L. 2. Cod. de probat. IV. 19. i) *ei* Hal. k) Cf. Ulp. L. 68. D. de rei vind. VI. 1. Diocl. et Max. L. 17. 22. Cod. de rei vind. III. 32. l) *Sed si in pr. se neg. posse rest.* Bi. *Sed si in pr. neg. se posse rest.* Bu. m) *tamen* om. Cod. Erlang. n) *restituerit* Hal. Cf. Iustinian. L. 3. §. 1. Cod. de usur. rei iud. VII. 54. o) *de* Hal. Bi. p) Cf. supra §. 35. Inst. de rer. div. II. 1. Paul. L. 19. §. 3. Ulp. L. 20. §. 2. sqq. L. 25. §. 11. Paul. L. 40. §. 1. D. de her. pet. V. 3. Ael. Anton. L. 1. §. 1. Sever. et Ant. L. 2. Cod. de petit. hered. III. 31. q) *percepit* Bi. *sive illorum, quos perceperit* add. Hal. sed non agn. Theoph. r) Cf. Ulp. L. 25. §. 3. sqq. D. de her. petit. V. 3. Paul. L. 33. Papin. L. 62. D. de rei vind. VI. 1. L. 48. D. de acq. rer. dom. XLI. 1. Diocl. et Max. L. 22. Cod. de rei vind. III. 32. s) *bonae fidei* Hal. t) *neque* ins. Hal. u) *nec* Bu. x) Cf. Labeo L. 78. D. de rei vind. VI. 1. Paul. L. 13. D. quib. mod. ususfr. VII. 4. Iulian. L. 25. §. 1. D. de usur. Paul. cit. L. 48. D. de acq. rer. dom. XLI. 1. y) *incohatam* Hal. z) *fructuum* ins. Hal. G. Be. a) Cf. Ulp. L. 25. §. 7. D. de her. pet. V. 3. Paul. L. 4. §. 2. D. fin. reg. X. 1. Diocl. et Max. cit. L. 22. Cod. de rei vind. III. 32. Valent. et Valens L. 2. Cod. de fruct. et lit. exp. VII. 51. b) *rei* om. Cod. Erlang. c) Cf. Ulp. L. 9. §. 5. sqq. D. ad exhib. X. 4. Gai. L. 20. D. de rei vind. VI. 1. Paul. L. 31. pr. D. de reb. cred. XII. 1. Papin. L. 2. D. de usur. XXII. 1. Diocl. et Max. L. 7. Cod. ad exhib. III. 42. d) *exhibendi* add. Hal. e) *condemnatur* Bi. Cf. Pomp. L. 246. §. 1. D. de verb. sign. L. 16. Ulp. cit. L. 9. §. 6. D. ad exhib. X. 4. Paul. L. 12. §. 4. D. eod.

cessit [f], rationem habere debet iudex [g]. quodsi neget is [h], cum quo ad exhibendum actum est, in praesenti [i] exhibere posse, et tempus exhibendi causa petat, idque sine frustratione postulare videatur, dari ei debet [k]; ut tamen caveat se restituturum [l]. quodsi neque [m] statim [n] iussu iudicis rem exhibeat, neque [m] postea exhibiturum se caveat, condemnandus sit in id, quod actoris intererat ab initio rem exhibitam esse [o]. §. Si familiae erciscun- I. §. 4.
dae [p] actum sit, singulas res singulis heredibus adiudicare debet, et si in alterius persona praegravare videatur adiudicatio, debet hunc invicem coheredi certa pecunia, sicut iam dictum est [q], condemnare [r]. eo quoque nomine coheredi quisque suo condemnandus est, quod solus fructus hereditarii fundi perceperit, aut rem hereditariam corruperit aut consumpserit [s]. quae quidem similiter [t] inter plures quoque, quam duos coheredes subsequuntur. §. Eadem interveniunt et si communi dividundo de pluribus rebus actum fue- I. §. 5.
rit [u]. quodsi de una re, veluti [x] fundo [y], siquidem iste fundus commode regionibus [z] divisionem recipiat, partes eius singulis adiudicare debet [a], et si unius pars praegravare videbitur [b], is invicem certa pecunia alteri condemnandus est; quodsi commode dividi non possit, vel [c] homo forte, aut mulus erit, de quo actum sit, tunc totus uni adiudicandus est, et is invicem alteri certa pecunia condemnandus [d]. §. Si [e] finium regundorum actum I. §. 6.
fuerit, dispicere debet iudex, an necessaria sit adiudicatio; quae sane uno casu necessaria est, si evidentioribus finibus distingui agros commodius sit, quam olim fuissent distincti: nam tunc necesse est ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari; quo casu conveniens est, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari [f]. eo quoque nomine damnandus [g] est quisque hoc iudicio, quod forte circa fines aliquid malitiose commisit, verbi gratia quia lapides finales furatus est, vel arbores finales cecidit [h]. contumaciae quoque nomine quisque eo iudicio condemnatur; veluti si quis iubente iudice metiri agros passus non fuerit [i]. §. Quod autem istis iudiciis alicui adiudicatum fuerit [k], id statim eius I. §. 7.
fit, cui adiudicatum est [l].

---

f) *intercesserit* Hal. *g*) Cf. Papin. L. 2. Paul. L. 38. D. de usuris XXII. 1. *h*) *reus* Hal. *i*) *se ius*. Hal. *k*) *oportet* Bu. *l*) Cf. Paul. L. 12. §. 5. D. ad exhib. X. 4. African. L. 9. i. f. D. comm. div. X. 3. *m*) *nec* Bu. *n*) *statim* om. Cod. Erlang. *o*) *si ab initio res exhibita esset* Hal. Cf. Ulp. L. 9. §. 8. D. ad exhib. X. 4. item legg. sqq. *p*) *iudicio* add. Hal. G. Be. sed non agn. Theoph. *q*) Supra scil. §. 20. Inst. de act. IV. 6. *r*) Cf. Ulp. L. 2. Gai. L. 3. 19. Iulian. L. 52. §. 2. Ulp. L. 55. D. fam. erciscundae X. 2. item passim Cod. eod. tit. III. 36. *s*) *percepit* ... *corrupit* .. *consumsit* Bi. Bu. Cf. supra §. 3. Inst. de obl. q. quasi ex contr. III. 27. (28.) *t*) *similiter* om. Bu. *οὐ μόνον* ... *ἀλλὰ καὶ* Theoph. *u*) *sit* Hal. Bo. Cf. Ulp. L. 3. pr. L. 4. §. 3. L. 6. §. 1. sqq. et passim D. comm. div. X. 3. *x*) *de ius*. Hal. *y*) *actum sit* repetit Cod. Erlang. *z*) *regionis* Bi. Be. Bu. *εἰς κλίματα δύναται ὁ ἀγρὸς διαιρεθῆναι* Theoph. *a*) Cf. Antonin. L. 1. Cod. comm. divid. III. 37. *b*) *videtur* Bu. *c*) *veluti* Hal. G. *ἢ καὶ ἐαθ' ὅτε οἰκέτης ἐστὶν ὁ κ. τ. λ.* Theoph. *d*) *est* repetit Hal. Cf. Ulp. L. 55. D. fam. erc. X. 2. Alexand. L. 3. Cod. comm. div. III. 37. *e*) *Sed si* Bu. invito Theoph. *f*) Cf. Ulp. L. 2. Gai. L. 3. Paul. L. 4. D. fin. regund. X. 1. *g*) *condemnandus* Hal. *h*) *excidit* Hal. Cf. Paul. cit. L. 4. §. 4. D. fin. reg. Callistrat. L. 3. §. 2. D. de termino moto XLVII. 21. Alexand. L. 1. Cod. de accusationibus IX. 2. *i*) Cf. Paul. cit. L. 4. §. 3. D. fin. reg. X. 1. *k*) *sit* Bi. Be. Bu. *l*) Ulp. fragm. XIX. §. 16. „*Adiudicatione dominia nanciscimur per formulam familiae erciscundae, quae locum habet inter coheredes; et per formulam communi dividundo, cui locus est inter socios; et per formulam finium regundorum, quae est inter vicinos. Nam si iudex uni ex heredibus, aut sociis, aut vicinis rem aliquam adiudicaverit, statim illi acquiritur, sive mancipi, sive nec mancipi sit.* Cf. Id. eod. §. 2. et L. 6. §. 3. D. de statuliberis XL. 7.

TIT. XVIII.

DE PUBLICIS IUDICIIS.

I. pr. Publica iudicia neque per actiones ordinantur, neque omnino quidquam simile ha-
bent cum ceteris iudiciis, de quibus locuti sumus, magnaque diversitas est eorum et in in-
I. §. 1. stituendis et in exercendis [a]. §. Publica autem dicta sunt, quod cuivis ex populo execu-
I. §. 2. tio eorum plerumque [b] datur. §. Publicorum [c] iudiciorum quaedam capitalia sunt, quae-
dam non capitalia: capitalia dicimus quae ultimo supplicio [d] afficiunt [e], vel [f] aquae et ignis
interdictione, vel deportatione, vel metallo. cetera si quae [g] infamiam irrogant cum damno
I. §. 3. pecuniario, haec publica quidem [h] sunt, non tamen capitalia [i]. §. Publica autem iudicia [k]
sunt haec: lex Iulia maiestatis [l], quae in eos, qui contra imperatorem vel rempublicam
aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit [m]. huius [n] poena animae amissionem sustinet,
I. §. 4. et memoria rei etiam [o] post mortem damnatur [p]. §. Item lex Iulia de adulteriis coercen-
dis [q], quae non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed et eos, qui cum
masculis nefandam libidinem exercere audent. sed eadem lege Iulia etiam stupri flagi-
tium punitur, cum quis sine vi vel virginem vel viduam honeste viventem stupraverit.
poenam autem eadem lex irrogat peccatoribus [r], si honesti sunt, publicationem partis di-
I. §. 5. midiae bonorum [s]; si humiles, corporis coercitionem cum relegatione. §. Item lex Corne-
lia de sicariis [t], quae homicidas ultore ferro persequitur, vel eos, qui hominis occidendi
causa cum telo ambulant. telum autem, ut Gaius noster in [u] interpretatione legis [x] duo-
decim tabularum scriptum reliquit [y], vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur,
sed et omne significatur [z], quod manu cuiusdam mittitur [a]. sequitur ergo, ut [b] lapis et
lignum [c] et ferrum hoc nomine contineatur; dictumque [d] ab eo, quod in longinquum mit-
titur, a Graeca voce figuratum [e] ἀπό τοῦ [f] τηλοῦ; et [g] hanc significationem invenire pos-
sumus et in Graeco nomine: nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant [h], ἀπὸ

Tit. XVIII. a) *eorum est, et in instituendo, et in exercendo* Hal. b) *Cf.* Ulp. L. 43. §. 10. D. de ritu nupt. XXIII. 2. „ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον" δὲ εἶπεν, ἐπειδή ἐστί τινα πρόσωπα, οἷς οὐκ ἐπιτέτραπται κινεῖν πούβλικον δικαστήριον. Theoph. c) Paul. L. 2. D. h. t. XLVIII. 1. d) Cels. L. 21. D. de poenis XLVIII. 19. „*Ultimum supplicium esse mortem solam interpretamur*". e) *homines* add. Hal. „*Capitalia sunt, ex quibus poena mors aut exilium est, hoc est aquae et ignis interdictio; per has enim poenas eximitur caput de civitate. nam cetera non exilia, sed relegationes proprie dicuntur; tunc enim civitas retinetur. Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria aut in corpus aliqua coercitio poena est*". Dig. l. c. Cf. Ulp. L. 2. D. de poenis XLVIII. 19. f) *etiam* ins. Hal. g) *si quam* Hal. G. Be. *si qua* Bu. h) *quidem* om. Cod. Erlang. i) *Cf.* Macer. L. 7. D. h. t. k) *iudicia* om. G. Bi. Be. *Publica iudicia quidem* Bu. Cf. Macer. L. 1. D. h. t. l) Cf. tit. D. ad L. Iul. maiest. XLVIII. 4. Cod. eod. IX. 8. Paul. sent. rec. V. 29. Theod. Cod. eod. tit. IX. 5. m) *rigorem ostendit* Bu. n) *Cuius* Hal. o) *etiam* om. Bi. Bu. sed agn. Theoph. p) Cf. supra §. 6. Inst. de her. q. ab intest. III. 1. q) Cf. tit. D. ad L. Iul. de adult. coerc. XLVIII. 5. Cod. ad L. Iul. de adult. et stupro. IX. 9. Theod. Cod. ad L. Iul. de adult. IX. 7. r) *stupratoribus* Hal. s) *eorum* add. Cod. Erlang. t) Cf. tit. D. ad L. Corn. de sicariis et veneficiis XLVIII. 8. Cod. ad L. Corn. de sicariis IX. 16. Paul. sent. rec. V. 23. Theod. Cod. ad L. Corn. de sicariis IX. 14. u) *ex* Hal. *in* om. Bi. Bu. x) *legum* Hal. G. Be. y) L. 233. §. 2. D. de verb. sign. L. 16. (Gai. lib. 1. ad L. XII. tabb.), unde quae usque ad verba *καὶ λίθοι* sequuntur, ad verbum fere transscripta sunt. z) *significat* Hal. a) *cuiusque iacitur* Hal. b) *quod* Cod. Erlang. c) *lignum et lapis* Hal. d) *dictum* Hal. e) *figuratum* om. G. Be. σχηματισθὲν Theoph. Verbum digestis quoque agnoscitur. f) *à graeca voce τηλοῦ figuratum* Hal. g) *sic* ins. Hal. h) In locum eorum, quae usque ad

τοῦ βάλλεσθαι. admonet nos Xenophon [i]; nam ita scribit: *καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο
λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι.* sicarii autem [k] appellantur a sica,
quod significat ferreum cultrum. Eadem lege et venefici capite damnantur, qui artibus
odiosis, tam venenis, quam susurris magicis, homines occiderint, vel mala medicamenta
publice vendiderint. §. Alia deinde lex asperrimum crimen nova poena persequitur, quae I. §. 6.
Pompeia de parricidiis [l] vocatur; qua cavetur, ut, si [m] quis parentis, aut filii, aut omnino
affectionis [n] eius, quae nuncupatione parricidii [o] continetur, fata properaverit [p], sive clam
sive palam id ausus [q] fuerit, nec non is, cuius dolo malo id factum est, vel conscius cri-
minis existit [r], licet extraneus sit [s], poena parricidii puniatur, et [t] neque gladio, neque igni-
bus, neque ulli alii sollenni poenae [u] subiiciatur [x], sed insutus culeo cum cane et gallo
gallinaceo et vipera et simia [y], et inter eas [z] ferales angustias comprehensus [a], secundum
quod regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare vel in amnem proiiciatur, ut omnium [b]
elementorum usu vivus carere incipiat, et ei caelum superstiti [c], terra mortuo auferatur.
si quis autem alias cognatione vel affinitate personas coniunctas necaverit, poenam legis
Corneliae de sicariis sustinebit. §. Item lex Cornelia de falsis [d], quae etiam testamentaria I. §. 7.
vocatur, poenam irrogat ei, qui [e] testamentum vel aliud instrumentum falsum scripserit,
signaverit, recitaverit, subiecerit, quive [f] signum adulterinum fecerit, sculpserit [g], expres-
serit, sciens dolo malo. eiusque legis poena in servos ultimum supplicium est, quod etiam [h]
in lege de sicariis et veneficis servatur; in liberos [i] vero deportatio. §. Item lex Iulia de I. §. 8.
vi publica [k] seu privata [l] adversus eos exoritur, qui vim vel armatam vel sine armis com-
miserint. sed siquidem armata vis [m] arguatur [n], deportatio ei [o] ex lege Iulia de vi publica
irrogatur; si vero sine armis, in tertiam partem bonorum [p] publicatio imponitur. sin au-
tem per vim raptus virginis vel viduae vel sanctimonialis vel alterius [q] fuerit perpetratus,
tunc et peccatores [r] et ii, qui opem [s] flagitio dederunt, capite puniuntur secundum nostrae
constitutionis [t] definitionem, ex qua hoc apertius possibile [u] est scire. §. Item lex Iulia I. §. 9.

---

finem Graecorum legatur, Hal. haec corrupta, quae eodem fere modo in veteribus tam mss. quam impressis libris ostenduntur, verba substituit: „*Admonent nos epigrammata in Xerolopho urbis faustissimae scripta*". Tum sequitur versu paullo maius spatium vacuum. In Cod. Erlang. pro Graecis hic et supra monstrosa signa sueto more adhibita esse monet Bu.
i) Cf. Xenophontis exped. Cyri lib. V. cap. 2. k) *autem* om. Cod. Erlang. l) Cf. Dig. de L. Pompeia de parricidiis XLVIII. 9. Paul. sent rec. V. 24. m) Quae usque ad verba *mortuo auferatur* sequuntur, verbotenus fere leguntur in Constantin. L. un. Cod. de his, qui parentes vel liberos occiderunt IX. 17., quae est L. un. Theod. Cod. de parricidio IX. 15. n) *adfinitatis* Hal. *διαθέσεως* Theoph. o) *parentum* Hal. *τῷ ὀνόματι τοῦ parricidii* Theoph. Cf. Io. Laur. Lydi de mag. Rom. I. cap. 26. p) *praeparaverit* Hal. q) *cuius* uterque Cod. l. c. r) *extiterit* Bu. s) *sit* om. Bu. *vel conscius ... sit* om. uterque Cod. t) *poena ... et* om. Theod. Cod. u) *ulla alia sol. poena* G. Bi. Be. *ulli sol. poenae* Bu. x) *subiugetur* uterque Cod. y) *cum cane ... simia* om. Theod. Cod. z) *has* Bu. *eius* Theod. Cod. ex rec. Gothofr. et in Iure civ. antei.; sed Sichardi recensio nobiscum facit. a) *comprehensus serpentium contuberniis misceatur et ut regionis* uterque Cod. Serpentium nulla apud Theoph. mentio. b) *omni* Bi. et uterque Cod. *ὥστε παντὸς στοιχείου στερεῖσθαι αὐτόν* Theoph. c) *et* ins. Hal. G. Be. d) Cf. Dig. de L. Corn. de falsis et de SCto Liboniano XLVIII. 10. Cod. ad L. Corn. de falsis IX. 22. Paul. sent. rec. IV. 7. Theod. Cod. ad L. Corn. de falso IX. 19. e) *falsum* hic ins. mox omittens Bu. f) *vel* Hal. g) *sculpserit* om. Cod. Erlang. h) *et* Bu. i) *liberis* Bi. Bu.
k) Cf. Dig. ad L. Iul. de vi publ. XLVIII. 6. Cod. ad L. Iul. de vi publ. vel privata IX. 12. Paul. sent. rec. V. 26. Theod. Cod. ad. L. Iul. de vi publ. et priv. IX. 10. l) Cf. Dig. ad L. Iul. de vi privata IX. 7. m) *vis armata* Bu.
n) *redarguatur* G. Be. o) *ei* reiecit Bi. p) *suorum* ins. Hal. q) *alius mulieris* Bu. r) *raptores* Hal.
s) *huic* ins. Hal. t) L. un. Cod. de raptu virginum seu viduarum, nec non sanctimonialium IX. 13. Cf. Theod. Cod. eod. tit. IX. 25. u) *possibile* om. G. Be.

peculatus[x] eos punit, qui pecuniam vel[y] rem publicam vel sacram vel religiosam furati fuerint. sed siquidem ipsi iudices tempore administrationis publicas pecunias[z] subtraxerint, capitali animadversione puniuntur[a]; et non solum hi, sed etiam qui ministerium eis ad hoc exhibuerint, vel qui subtractas[b] ab his scientes susceperint. alii vero, qui in hanc
I. §. 10. legem inciderint, poenae[c] deportationis subiugantur[d]. §. Est et inter publica iudicia lex Fabia[e] de plagiariis[f], quae interdum capitis poenam ex sacris constitutionibus irrogat, in-
I. §. 11. terdum leviorem. §. Sunt praeterea publica iudicia lex Iulia de ambitu[g], lex Iulia repetundarum[h] et[i] lex Iulia de annona[k] et[i] lex Iulia de residuis[l], quae de certis capitulis[m] loquuntur, et animae quidem amissionem non irrogant, aliis autem[n] poenis eos subiiciunt, qui praecepta earum neglexerint. sed de publicis iudiciis haec exposuimus, ut vobis possibile sit summo digito et quasi per indicem ea tetigisse; alioquin diligentior eorum scientia vobis ex latioribus digestorum seu pandectarum libris deo propitio adventura est.

---

x) Cf. Dig. ad L. Iul. peculatus et de sacrilegis et de residuis XLVIII. 13. Cod. de crimine peculatus IX. 28. Paul. V. 19. 27. Theod. Cod. de crimine peculatus IX. 28. y) *qui publicam pecuniam, vel rem* s. Hal. *pecuniam vel* om. Bu. *οἵτινες χρήματα ἢ πράγματα δημόσια, ἢ ἱερὰ κ. τ. λ.* Theoph. z) *publicam pecuniam* Bu. a) *puniantur* G. Bi. Be. Bu. *τιμωροῦνται* Theoph. b) *subtracta* Bi. c) *poena* Bi. Be. d) *subiugentur* Hal. Bu. e) *Flavia* Hal. f) Cf. Dig. de L. Fab. de plagiariis XLVIII. 15. Cod. ad L. Fab. de plag. IX. 20. Collat. legg. Mos. et Romm. tit. XV. Theod. Cod. ad L. Fabiam IX. 18. g) Cf. Dig. de lege Iul. de ambitu XLVIII. 14. Cod. ad L. Iul. de amb. IX. 26. Paul. sent. rec. V. 30a. h) *ὁ Ἰούλιος ὁ de repetundis* Theoph. Cf. Dig. de L. Iul. repetundarum XLVIII. 11. Cod. ad L. Iul. repet. IX. 27. Paul. sent. rec. V. 28. Theod. Cod. eod. tit. IX. 27. i) *et* om. Bi. k) Cf. Dig. de L. Iul. de annona XLVIII. 12. l) Cf. Dig. ad L. Iul. pecul. et de sacril. et de residuis XLVIII. 13. Bucher singulas leges expresso *et* in Cod. Erlang. coniungi annotat, sed ipse, procul dubio incuria, omisit *lex Iulia repetundarum et lex Iulia de annona.* m) *περὶ ἑτέρων τινῶν κεφαλαίων* Theoph. n) *vero* Bu.

INDEX TITULORUM.

INDEX

LEGUM SENATUSCONSULTORUM PRINCIPALIUM CONSTITUTIONUM ET NOMINUM

QUAE

IN UTRISQUE INSTITUTIONIBUS MEMORANTUR.

J. designat Iustiniani, G. Gaii institutiones. Maiores numeri Romani ad Iustiniani institutionum libros et ad Gaii institutionum commentarios, minores ad titulos institutionum Iustiniani, Arabici numeri ad paragraphos referendi sunt.

(Quae tantum exempli gratia memorantur nomina, ut *Titius, Maevius, Lucius, Publius, Eros, Stichus, Pamphilus, Aulus Agerius, Numerius Negidius,* et si quae similia sunt, ea in hoc indice omittuntur.)

ADDENDA ET EMENDANDA.

Versus contexti et annotationis seorsim quoque numeravimus, illosque asterisco apposito distinximus.

Pagina 4. lin. 21* corr:] societas^{f}, depo-
— 5. — 5. —] *ἐργίου*
— 8. — 10* —] *autem* [*sic*], *qui* — Ad vocem *sic* adde notam: Ex Theophili Isidorique locis citatis pro „sic" legendum „certi" proposuit Puggé.
— 12. — 17* in margine dele:] I. pr.
— 14. — 5. corr.:] *venire*
— 17. — ult* — :] vel a^{f}
— 19. — 4. in fine notae *g*) appone:] Kl.
— 36. — 4* corr.:] proximiores^{f}
— 36. — 7* in marg. dele:] I. pr.
— 38. — 24* corr.:] *legis actiones*
— 39. — 1. — :] *μέχρι γὰρ τῆς Ῥώμης*
— 39. — 3. Notam *s*) corr.:] *pendebant* Bi.
— 43. — 20* corr.:] nam *et* tutores
— 46. — 1* — :] ut nec^{aa} — Adde notam *aa*) *ut ne* Bi.
— 49. — 11. — :] *ἐπιλεγόμενος*
— 49. — 12. — :] *ἐπιλεγόμενος*
— 56. — 6* deleatur comma inter petas et tuos
— 62. — 2. corr.:] editionis nostrae pag. 164.
— 72. — 2. —] *rerum* [illegible]
— 73. in rubrica paginae co[illegible]omm. II. §. 80 — 85.
— 79. lin. ult* corr.:] *adhibe*[illegible].
— 93. — 17* adde in margine:] I. §. 4.
— 94. — 5. not. *k*) corr.:] VI. 26.
— 100. — 16. corr.:] *de inoff. ad p.*
— 114. — 10. Ad notam *k*) adde:] cf. pag. 100. not. *k*) posterior.

Pagina 116. lin. ult* corr.:] constitutionem [l] et
— 117. — 2. Ad not. *p*) adde:] cf. Iustinian. L. 11. Cod. de contr. et comm. stip. VIII. 38
— 125. — 3* corr.:] *de quarta parte*
— 154. — 26* — :] *exposita est* [v].
— 162. — 18* — :] decimā [n] veteri
— 176. — 10* — :] institutionibus
— 178. — 5. Notam *t*) sic corr.:] L. 14. Cod. de contr. et comm. stip. VIII. 38.
— 183. — 1* in margine adde:] I. §. 4. contin.
— 183. — 5. in nota *o*) corr.:] maruit *iq.* Goesch.
— — — — Notam *p*) — :] Malim *item.* Goesch.
— 186. — 1. in margine dele:] I. pr.
— 198. in rubrica paginae corr.:] Tit. XXVII.
— 199. lin. 10. Ad not *q*) adde:] cf. Iustinian. L. 45. Cod. de episc. et cler. I. 3.
— 217. — 28* corr.:] iumentum tam [ii] — et adde notam *ii*) *ita* Hal.
— 219. — 2* — :] pluribus [o] modis
— 219. — 13* — :] in [tt] potestate — et adde notam *tt*) *eius* ins. Hal.
— 220. — 22* — :] vulneratus [l] *aut verberatus* vel
— 224. — 1* — :] possideat
— 225. — 17. Notam *g*) sic corr.:] L. 2. Cod. de pec. constit. IV. 18. Cf. Ulp. L. 6. D. de edendo II. 13.
— 230. — 3. corr.:] commodati XIII. 6.
— 230. — 6. dele:] Cf.
— 237. — 3. Notam *b*) corr.:] *dumtaxat* (Bluhmio suadente) *decem milia* (Puchta suadente. Cf. Rhein. Mus. f. Jurispr. vol. 3. p. 80. 81.)
— 257. — 5. pro *i*) corr.:] *h*)
— 280. — 7. corr.:] *ὁ Ἰούλιος*
— 287. — 30. — :] J. III. xv. 1.

Ea loca, quae in annotatione ita allegantur, ut cum contexti verbis comparentur, ab iis, quorum non argumento tantum, sed etiam verba cum contexto conspirant, praeposito „Cf." distincta sunt.

nollet eo modo in manum mariti conve[nire, ut quotan]nis trinoctio abesset, atque [ita
usum] cuiusque anni interrumperet [c]. *sed hoc totum ius partim legibus sublatum est, par-*
tim ipsa desuetudine oblitteratum est. §. *Farreo* [d] *in manum conveniunt per quoddam ge-* G. §. 112.
nus sacrificii | – litt. 16 – | [e] *in quo farreus panis adhibetur: unde etiam confarreatio di-*
citur. [*sed com*]*plura praeterea huius iuris ordinandi gratia cum certis et sollennibus ver-*
bis, praesentibus decem testibus, aguntur et fiunt. quod ius etiam nostris temporibus in
usu est: nam flamines maiores [f], *id est, Diales, Martiales, Quirinales* . . . . [g] | . . . . . [h] *sa-* p. 29.
crorum nisi | – litt. 40 – | [i] . . . . *confarreatio* | – litt. 30 – | §. [*Coemptione* [k] *in*] *manum con-* G. §. 113.
veniunt per mancipationem, [*id est*], *per quamdam imaginariam venditionem,* [*adhi*]*bitis*
non minus quam quinque testibus, civibus Romanis puberibus, item libripende [l], ... *mulie-*
rem, cuius in manum convenit [m]. §. *Potest autem coemptionem facere mulier non solum* G. §. 114.
cum marito suo, sed etiam cum extraneo [n]: . . . [o] *aut matrimonii causa* [p] *facta coemptio*
dicitur, aut fiduciae causa. [*quae*] *enim cum marito suo facit coemptionem,* [**ut**] *apud*
eum filiae loco sit [q], *dicitur matrimonii causa fecisse coemptionem: quae vero alterius rei*
causa facit coemptionem cum extraneo, velut tutelae evitandae causa, dicitur fiduciae
causa fecisse coemptionem. §. *Quod est tale: si qua velit quos habet tutores reponere,* G. §. 115.
ut alium nanciscatur | – litt. 12 – | [r] *coemptionem facit; deinde a coemptionatore remanci-*
pata [s] *ei, cui ipsa velit, et ab eo vindicta* [*manumissa incipit eum habere tutorem,* [**a**] p. 30.
quo manumissa est: qui tutor fiduciarius dicitur, sicut inferius apparebit. §. *Olim etiam* G. §. 115 a.
testamenti faciendi gratia fiduciaria fiebat coemptio. tunc enim non aliter feminae testa-
menti faciendi ius habebant, exceptis quibusdam personis, quam si coemptionem fecissent
remancipataeque [*et*] *manumissae fuissent* [t]. *sed hanc necessitatem coemptionis faciendae ex*
auctoritate divi Hadriani senatus remisit. | – litt. 16 – | *femina* | – litt. 31 – | [u] §. *fiduciae* G. §. 115 b.
causa cum [*viro suo*] *fecerit coemptionem, nihilominus filiae loco incipit esse. nam si om-*
nino qualibet ex causa uxor in manu viri sit, placuit, eam [**ius**] *filiae nancisci.*

[*DE HIS QUI IN MANCIPIO SUNT.*] [a]

§. *Superest, ut exponamus, quae personae in mancipio sint* [b]. §. *Omnes igitur li-* G. §. 116.
berorum personae, sive masculini, sive fem[*inini sexus, si*] *in potestate parentis sunt,* G. §. 117.

---

c) Cf. Cic. pro Flacco, cap. 34. Gell. III. 2. Macrob. Sat. I. 3. d) Cf. Ulp. IX. Servius l. c. et ad Aeneid. Lib. IV. v. 104. 374. Dion. Hal. Antiquitat. Rom. Lib. II. cap. 25. (pag. 95.) e) Goesch. vestigiis codicis ductus conicit: *quod adoreo farre fit, id est.* f) Cf. Tac. Ann. IV. 16. Servius et Boeth. ll. cc. g) *item?* Kl. h) *reges?* Sav. i) *sint confarreatis nuptiis geniti, inaugurari non videmus?* Cf. Tac. Annal. IV. 16. Servius ad Virgil. Aeneid. IV. v. 103. 214. et ad Georg. I. v. 31. Goesch. k) Cf. Cic. pro Flacco, cit. cap. 34. de Orat. I. 56. Servius ad Aeneid. item ad Georg. et Boeth. ll. cc. Isidor. Orig. Lib. V. cap. 24. vers. fin. l) Verba *adhibitis — libripende* exhibet ex Nostri primo institutorum Priscianus lib. VI. in fin. (Putsch. p. 726.) m) Goesch. in contexto restituit „*praeter mulierem eumque* cuius etc." malim „venditionem. [*nam adhi*]bitis — libripende, *mancipatur* (vel *venum datur*) mulier *ei*, cuius etc." Kl. n) Cf. infra h. C. §. 118. et Comm. II. §. 139. item Cic. pro Muraena. cap. 12. o) *unde* Bz. p) Cf. Gell. IV. 3. q) Cf. infra h. C. §. 115 b. 118. 136. Comm. II. §. 139. 159. et Comm. III. §. 3. 40. Boeth. l. c. et Servius, ad Georg. l. c. r) Hollw. legendum existimat: nanciscatur *illis auctoribus*. Conf. infra h. C. §. 195. Goesch. s) Cf. Fest. v. Remancipatam. t) Cf. Cic. Topic. cap. 4. Liv. XXXIX. 9. Gell. I. 12. Plutarch. Numa, cap. 10. (pag. 66.) De mulierum testamentis praeterea conf. infra h. C. §. 192. Comm. II. §. 112. 113. 118. 119. 121. 122. Comm. III. §. 43. 44. item Ulp. XX. §. 15. XXIX. §. 3. u) Versus fuerat *si qua tamen*, vel quid simile scriptum esse arbitror. Goesch.

DE HIS QUI IN MANCIPIO SUNT. a) Etiam haec, quae de liberis hominibus mancipio dandis sequuntur, cum Iustinianus in institutionibus plane omiserit, peculiari titulo discernenda censuimus. b) Cf. Fest. v. Deminutus.

G. §. 118. *mancipari ab hoc eodem modo possunt, quo etiam servi mancipari possunt.* §. *Idem iuris
est in earum personis, quae in manu sunt. nam feminae a coemptionatoribus eodem modo
possunt* | — litt. 17 — | *apud coemptionatorem filiae loco sit ..... nupta sit .., nihilominus* [c]
p. 31. *etiam* |*quae ei nupta non est, nec ob id filiae loco sit, ab eo mancipari possit.* §. *Ple-*
G. §. 118 a. *rumque solum et a parentibus et a coemptionatoribus mancipantur, cum velint parentes
coemptionatoresque e suo iure eas personas dimittere, sicut inferius* [d] *evidentius apparebit.*
G. §. 119. §. *Est* [e] *autem mancipatio, ut supra quoque diximus* [f], *imaginaria quaedam venditio: quod
et ipsum ius proprium civium Romanorum est* [g]. *eaque res ita agitur, adhibitis non mi-
nus quam quinque testibus, civibus Romanis puberibus, et praeterea alio eiusdem condi-
cionis, qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens* [h]: *is, qui mancipio accipit, rem
tenens ita dicit: „hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio, isque mihi em-
ptus est hoc aere aeneaque libra": deinde aere percutit libram, idque aes dat ei, a quo*
G. §. 120. *mancipio accipit, quasi pretii loco.* §. *Eo modo et serviles et liberae personae mancipan-
tur. animalia quoque, quae mancipi sunt, quo in numero habentur boves, equi, muli, asi-
ni; item praedia tam urbana, quam rustica, quae et ipsa mancipi sunt* [i], *qualia sunt Ita-*
G. §. 121. *lica* [k], *eodem modo solent mancipari.* §. *In eo solo praediorum mancipatio a ceterorum
mancipatione differt, quod personae serviles et liberae, item animalia, quae mancipi sunt,*
p. 32. *nisi in praesentia sint, mancipari non possunt: adeo quidem,* |*ut eum,* [**qui**] *mancipio
accipit, apprehendere id ipsum, quod ei mancipio datur, necesse sit: unde etiam mancipa-*
G. §. 122. *tio dicitur, quia manu res capitur* [l]. *praedia vero absentia solent mancipari* [m]. §. *Ideo
autem aes et libra adhibetur, quia olim aereis tantum nummis utebantur; et erant asses,
dupondii, semisses [et quadrantes], nec ullus aureus vel argenteus [nummus in usu] erat* [n],
*sicut ex lege duodecim tabularum intellegere possumus: eorumque nummorum vis et pot-
estas non in numero erat, sed in pondere* | — litt. 13 — | *asses librales erant, et dipondii
erant* | — litt. 14 — | *dipondius dicitur* | — litt. 13 — | *ponderis nomen adhuc in usu retinetur.
semisses .. et quadrantes pro rata scilicet portione ....* | — vers. 1 — | — litt. 13 — | [*non*] *nu-
merabat eam, sed appendebat. unde servi, quibus* | — litt. 35 — | *appellati sunt et ad*
G. §. 123. | — litt. 13 — | §. *Si tamen quaerat ali[quis, qua]re ..... coemptio* | — litt. 18 — | *nam ea
quidem, quae coemptionem facit* | — litt. 10 — | *servilem condicionem* | — litt. 37 — | *mancipati
mancipataeve servorum loco constituuntur* [o]: *adeo quidem, ut ab eo, cuius in mancipio*
p. 33. |*sunt, neque hereditatem, neque legata aliter capere possint, quam si simul eodem testa-
mento liberi esse iubeantur, sicuti iuris est in persona servorum. sed differentiae ratio*

---

c) Ex Blumii sententia universi loci lectio sic constituenda est: „nam feminae a coemptionatoribus eodem modo possunt *mancipari: adeo ut, quamvis ea sola* apud coemptionatorem filiae loco sit, *quae ei* nupta sit *in manu*, nihilominus etc." Quamquam autem, quae de dubiis codicis ductibus coniicit Blumius, ingeniosa sunt, non tamen ita certe mihi visa sunt, ut ea in contextum recipere auderem. Goesch. *d*) Cf. supra h. C. §. 132. 134. 141. *e*) Integrum paragraphum exhibet Boëth. (Comm. in Cic. Top. c. 5. lib. III.) ex Nostri inst. lib. I. Cf. Ulp. XIX. §. 3. Epitome I. 6. §. 3. Theoph. I. 12. §. 6. *f*) Cf. supra h. C. §. 113. *g*) Cf. Gaii Comm. II. §. 66. Ulp. XIX. §. 4. *h*) Verba *qui libram — libripens* exhibet Priscianus lib. VI. in fin. (Putsch. p. 726) ex Nostri *primo institutorum*. *i*) Cf. Ulp. XIX. §. 1. *k*) Cf. Gaii Comm. II. §. 19. 21. 27. 35. *l*) Cf. Isidor. orig. V. c. 25. *m*) Cf. Ulp. XIX. §. 6. *n*) Cf. Isid. Origin. XVI. cap. 17. 24. Plin. Hist. nat. XXXIII. 3. Varro, de Ling. Lat. Lib. V. (ed. Spengel. p. 100) Fest. v. Grave aes. Dion. Hal. Antiq. Rom. Lib. IX. cap. 27. (pag. 586.) Gell. XX. 1. *o*) Conf. infra h. C. §. 138. item Comm. II. §. 160. et Comm. III. §. 114.

manifesta est, cum a parentibus et a coemptionatoribus iisdem verbis mancipio accipiantur, quibus servi; quod non similiter fit in | — litt. 10 — |[p]

TIT. XII.

QUIBUS MODIS IUS[a] POTESTATIS SOLVITUR.

§. Videamus nunc, quib[us modis ii, qui a]lieno iur[i subi]ecti pr. G. §. 124.
sunt, eo iure liberentur[b]. §. [*Ac*] *prius de his dispiciamus, qui in potestate sunt.* G. §. 125.
§. Et quidem [servi que]madmodum [potestate liberentur[c], ex iis in- G. §. 126.
tellege]re possumus, quae de servis manum[ittendis su]perius expo-
suimus. §. Hi vero[d], qui [in potestate parentis sunt, mortuo eo sui iu- G. §. 127.
ris fiunt, sed hoc di]stinctionem recipit. nam [mortuo[e] patre sane] omni modo filii filiaeve[f] sui iuris efficiuntur[g]: mortuo vero[h] av[o non omni modo nepotes neptesve][i] sui [iuris fiunt, sed ita, si post mortem avi] in patris sui potestatem[k] recasuri non s[unt. ita]que si [moriente avo pater eorum[l] vivit (*vivat*) et in potestate] patris [*sui*] est (*fuerit*), tunc post [obitum avi][m] in potestate pat[ris sui fiunt: si vero is][n], quo tempore avus moritur, [aut iam[o] mortuus est, aut[p] exiit de potestate patris[q], tunc ii, qui][r] in potestatem eius cadere non possunt, sui iuris
fiunt. §. Cum [autem is[s], qui (*cui*) ob aliquod maleficium in insulam depor- I. §. 1.
tatur (*ex lege poenali aqua et igni interdicitur*), civitatem *Romanam* amittit (*amittat*)[t], G. §. 128.
sequitur, ut, qui[u] eo modo ex numero civium Romanorum tollitur, per- p. 34.
inde ac si[x] (*proinde ac*) mortuo eo desinant liberi in potestate eius esse. *nec enim ratio patitur, ut peregrinae homo condicionis civem Romanum in potestate habeat.* Pari ratione et si is (*ei*), qui in potestate parentis sit[y], in insulam deportatus fuerit[z] (*aqua et igni interdictum fuerit*), desinit in potestate parentis esse;

sed si ex indulgentia principali[a] restituti fuerint, per omnia pristinum statum recipiunt.	*quia aeque ratio non patitur, ut peregrinae condicionis homo in potestate sit civis Romani parentis.*

---

p) Mihi quidem huic loco convenire videtur verbum *coemptione*. Gaius enim, quantum divinando assequi possum, cum iis personis, quae mancipio datae sunt, eas hic componit, quae coemptionem fecerunt, harumque condicionem meliorem esse docet. Goesch. Equidem ut haec mihi probentur non possum a me impetrare. mihi plane necessaria videntur verba *confarreatione vel usu*. Bg.

Tit. XII. a) *patriae* add. Hal. Bu. b) *liberantur* G. Bi. Be. Bu. c) *liberentur servi a potestate dominorum* Hal. *a potestate liberantur* Bi. *liberantur* G. Be. Bu. d) Cf. Epit. I. 6. pr. Ulp. X. §. 2. e) *mortuo enim* Bi. f) *filius filiave* Bi. Bu. g) *fiunt* Bu. h) *autem* Bu. i) *neptesque* Hal. k) *potestate* Bi. l) *et* ins. Bi. m) Verba *obitum avi*, quae ex Inst. deprompsi, implendae lacunae non videntur sufficere. Accedit quod Cod. linea sequente ante vocem *in* exhibet litteram *s*, unde inserendum crediderim *nepotes*. Goesch. n) *pater* ins. Bu. o) *etiam* G. Be. quod et Goesch. recepit. p) *per emancipationem* ins. Hal. q) Quae ex inst. huc transtuli lacunae modum excedunt aliquantum. omittenda fortasse est vox *patris*. Goesch. r) *quia* G. Be. Bu. recepit etiam Goesch. sed a se translata in lineam mutilatam lacunae modum excedere ipse annotans. s) Cf. Epit. I. 6. §. 1. Ulp. X. §. 3. Basil. XXXI. 4. 1. t) Apographum cod. Ver. utrum scriptum fuerit *amittit*, an *amittat*, in ambiguo reliquit; editor vero scripsit *amittat*. u) *quia* Bi. Be. Bu. Cf. supra not. r. *quia* Goesch. contra codicis Ver. auctoritatem recepit. x) *perinde quasi* Hal. y) *est* Bi. z) *sit* Bu. a) *principis* Hal.

I. §. 2. §. Relegati autem patres in insulam in potestate sua[b] liberos retinent; et[c] e contrario liberi relegati in potestate parentum remanent.
I. §. 3. §. Poenae servus effectus filios in potestate habere desinit. servi autem poenae efficiuntur, qui in metallum[d] damnantur et qui bestiis subiiciuntur[e].
I. §. 4. §. Filiusfamilias si militaverit, vel si senator vel consul fuerit factus, manet[f] in potestate patris. militia enim, vel consularis[g] dignitas[h] potestate patris filium non liberat[i]. sed ex constitutione nostra[k] summa patriciatus dignitas illico imperialibus codicillis praestitis a potestate patris[l] filium liberat. quis enim patiatur, patrem quidem posse per emancipationis modum suae potestatis nexibus filium relaxare[m], imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate?

I. §. 5.
G. §. 129. §. Si (*Quodsi*) ab[n] hostibus captus fuerit parens, quamvis ser[vus[o] *inte*]*rim* hostium fiat, tamen pendet ius liberorum propter ius postliminii; quia hi, qui ab hostibus capti sunt, si reversi fuerint, omnia[p] pristina iura recipiunt. idcirco[q] (*itaque*) reversus[r] habebit liberos in potestate;

quia postliminium fingit eum, qui captus est, semper in civitate fuisse; si vero ibi decesserit, exinde[s] ex quo captus est pater, filius sui iuris esse[t] videtur[u].

si vero illic mortuus sit, erunt quidem liberi sui iuris, sed utrum ex hoc tempore, quo mortuus est apud hostes parens, an ex illo, quo ab hostibus captus est, dubitari potest.

Ipse quoque filius nepos ve si ab hostibus captus fuerit, similiter dicimus, propter ius postliminii ius quoque potestatis (*potestatem quoque*) parentis in suspenso esse. Dictum est[x] autem postliminium a limine et post; unde[y] eum, qui ab hostibus captus[z] in fines nostros postea pervenit, postliminio reversum recte dicimus[a]; nam[b] limina sicut in domibus finem quemdam faciunt, sic et imperii finem limen esse veteres voluerunt. hinc et limes dictus est[c] quasi finis quidam et terminus; ab eo[d] postliminium dictum[e], quia

---

b) *sua* om. Hal. Bi. c) *et* om. Bi d) *qui metallo* Bi. e) C. N. „Sed hodie nemo bene natus a principio ex supplicio fit servus (*et ideo matrimonium non dissolvitur* add. Al.)". Ex Nov. 22. c. 8. Auth. *Sed hodie nemo.* Cod. de don. int. v. et ux. V. 16. f) *remanet* Hal. g) *consularia* Al. h) *de* ins. Hal. Bi. *a* ins. Bu. i) C. N. „Sed hodie omnis dignitas liberans a curia et episcopalis ordinatio liberos a potestate patria eximit, peculio eis concesso omnique iure legitimo eis integro servato." In aliis editt. inserta est sequens Authentica: „Sed episcopalis dignitas solvit ius patriae potestatis, sicut etiam et consularis, et praefectura sacrorum praetoriorum, et urbicaria et magisterium militare; et omnis dignitas valens liberare a curia liberat a patria potestate, cum hoc quodcumque cingulum suae potestatis praemium honoratis praestet; ita tamen, ut filii eorum post mortem avorum recidant in potestatem, ac si contigisset eos morte parentum et non ex praesenti lege suae potestatis fieri." Ex Nov. 81. Auth. *Sed episcop. dign.* Cod. de episc. et cler. I. 3.
k) L. 5. Cod. de consulib. XII. 3. l) *patria potestate* Hal. m) *liberare* Hal. n) Cf. Epit. I. 6. §. 2. Ulp. X. §. 4. et Tryphonin. L. 12. D. de captivis XLIX. 15. o) *servus* om. G. Be. p) *per omnia* Bi. q) *et* ins Bu. r) *parens* ins. Bi. Bu. *etiam* ins. Hal. G. Be. s) *exinde* om. Bi. t) *fuisse* Hal. G. Be. u) C. N. „Cum incestas nuptias pater contraxerit, liberi ex priori matrimonio supplicio patris sui iuris fiunt." Ex Nov. 12. c. 1. Auth. *Incestas nuptias* Cod. de incept. nupt. V. 5. x) *est* om. Bu. y) *ut* Bi. Bu. z) *captus est, et* Hal. *captus* om. Bi. *captus est, ut* Bu. a) Cf. Cic. top. cap. 8. b) *reversum dicimus; recte, nam* Bu. c) *Hinc et limen dictum est* Hal. *dicitur* Bu. d) *limine* add. Bu. e) *est* add. Bu.

eodem limine[f] revertebatur, quo amissus fuerat[g]. sed[h] et qui captus[i] hostibus victis recuperatur, postliminio rediisse existimatur.

§. *Praeterea*[k] *exeunt liberi virilis sexus de patris potestate, si flamines Diales* G. §. 130.
inaugurentur[l], *et* |*feminini sexus, si virgines Vestales capiantur*[m]. §. *Olim quoque*[n], p. 35.
quo tempore populus Romanus in Latinas regiones colonias deducebat, qui iussu parentis G. §. 131.
| — *litt.* 11 — | — *vers.* 1 — | — *litt.* 11 — | *acciperentur*[o] *alterius civitatis cives.*

§. Praeterea emancipatione[p] (*Emancipatione*)[q] [quoque desinunt liberi in pote]state pare[ntium[r] esse. I. §. 6. G. §. 132.

Sed[s] emancipatio antea quidem vel[t] per antiquam legis observationem procedebat, quae per imaginarias venditiones et intercedentes manumissiones celebrabatur, vel ex[u] imperiali rescripto; nostra autem providentia et[x] hoc in melius per constitutionem[y] reformavit, ut, fictione pristina explosa, recta via apud[z] competentes iudices vel magistratus parentes intrent et[a] filios suos, vel filias, vel nepotes, vel neptes ac deinceps[b] sua manu dimittant[c]. et[d] tunc ex edicto praetoris in huius[e] filii vel filiae,[f] nepotis vel neptis bonis, qui vel quae[g] a parente[h] manumissus vel manumissa fuerit[i], eadem iura praestantur parenti, quae tribuuntur patrono in bonis liberti, et praeterea, si impubes sit filius vel filia vel ceteri, ipse parens ex manumissione tutelam eius nanciscitur.

sed] *filius quidem*[k] *ter* [*mancipatus sui iuris fit, ceteri*] *vero liberi, sive masculini sexus sive feminini, una mancipatione exeunt de parentium potestate: lex enim duodecim tantum in persona filii de tribus mancipationibus loquitur,* [*his*] *verbis: „si pater filium* [*ter venum duit, filius a patre*][l] *liber esto".* [*eaque*] *res ita agitur: mancipat pater filium alicui: is eum vindicta manumittit: eo facto revertitur in potestatem patris. is eum iterum mancipat vel eidem, vel alii, sed in* [*usu est, ei*]*dem mancipari: isque manumittit postea simi*[*liter vindicta*] — *litt.* 14 — |[m] *rursus in potestatem patris* ......[n] *reverti*[*tur. tunc*] *tertio pater eum mancipat vel eidem, vel alii; sed hoc in usu est, ut eidem mancipet* | — *litt.* 8 — | *mancipat* | — *litt.* 30 — |[o] *nam si nondum manumissus sit, sed adhuc in causa mancipii* | — *pag.* 1 — |[p] p. 36.

---

f) *quia ad idem limen* Hal. *g*) *quod amiserat* Hal. *erat* Bi. Bu. *h*) Cf. Florentin. L. 26. D. de captiv. XLIX. 15. *i*) *ab* ins. Bu. *k*) Cf. Ulp. X. §. 5. *l*) Cf. Gai. Comm. III. §. 114. Tac. Annal. IV. 16. *m*) Cf. Gell. I. 12. *n*) Cf. Cic. pro Caec. c. 33. 34. pro Balbo c. 11—13. Or. pro domo c. 30. *o*) Tam re ipsa quam vestigiis codicis (*esserui*) ductus Goesch. sagacissime sic restituendum proposuit: „*desinebant enim esse* (*cives*) R. ut (*qui*) *acciperentur.*" Kl. *p*) *per emancipationem* Bu. *q*) Praecedit hunc §. in cod. Ver. versus vacuus. De re ipsa cf. Theoph. I. 12. §. 6. Epit. I. 6. §. 3. Ulp. X. §. 1. *r*) *parentes* Pn. *s*) *Et* Bi. *t*) *vel* om. Bu. *u*) *ex* om Bu. *x*) *etiam* Hal. *y*) L. 6. Cod. de emancipationib. VIII. 49. *z*) *ad* Hal. G. Be. *a*) *sic* ins. G. Be. *b*) *a* ins. Hal. *c*) *dimitterent* G. *d*) *sed* Bi. *e*) *huiusmodi* Hal. *f*) *vel* ins. Hal. G. Be. *g*) *quaeve* Hal. Bi. *h*) *a parente* om. Bu. *i*) *manumissi vel manumissae fuerint* Bi. *k*) Cf. Gai. Comm. IV. §. 79. et h. C. §. 135. it. Dion. Hal. lib. II. c. 27. (p. 97.) et Boeth. in Cic. top. Lib. II. (ad c. 4). *l*) Ex Ulp. l. c. restitutum. Cf. Gai. Comm. II. §. 141. Comm. III. §. 6. *m*) Nonne: „*vindicta; manumissus rursus*? Kl. Equidem iam olim sic restituere ausus sum: *vindicta, quo facto filius rursus* Bg. *n*) *eo facto*? Kl. Potius restituendum videtur *ut ante* Bg. *o*) Non sine auctoritate cod. sic legendum suspicor: „*itaque mancipatus liber est a patre naturali, verum nondum sui iuris;*" Kl.

p) In hac pagina nihil quicquam legere licuit. Initium sic fere restituerim: „*condicio eius pendet ab eo, in cuius mancipio est.*" Kl. Non dubitandum est, quin posteriore eius parte ea contineantur, quae leguntur in L. 28. de adopt. I. 7. (§. 133.); prioris autem partis argumentum colligi potest ex Epit. I. 6. §. 3.: *Tamen cum tertio mancipatus fuerit filius a patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei a fiduciario patre remancipetur, et a naturali patre manumittatur, ut si filius ille mortuus fuerit, ei in hereditate naturalis pater, non fiduciarius, succedat. Feminae vel nepotes masculi ex filio una emancipatione de patris vel avi exeunt potestate et sui iuris efficiuntur. Et hi ipsi*

I. §. 7. G. §. 133. §. Admonendi autem [q] sumus, liberum esse arbitrium (*Liberum* [r] *arbitrium est*) ei, qui [s] filium et ex eo nepotem vel neptem in potestate habebit [t], filium quidem [u] potestate dimittere, nepotem vero vel neptem (*in potestate*) retinere; et (*vel*) ex diverso [x] filium quidem in potestate retinere, nepotem vero vel neptem manumittere, vel omnes sui iuris efficere [y]. eadem et de pronepote dicta esse intelleguntur (*intellegemus*).

p. 37. G. § 134. |§. .... [z] *ac intercedentes manumissiones proinde fiunt, ac fieri solent cum ita eum pater de potestate dimittit, ut sui iuris efficiatur* [a]. *deinde aut patri remancipatur, et ab eo is, qui adoptat, vindicat apud praetorem filium suum esse* [b], *et, illo contra non vindicante,* [* a *] *praetore vindicanti filius addicitur; aut iure mancipatur* [c] *patri* .. | — vers. 1 — | *mancipatione* [*est*]: *sed sane commodius est, patri remancipari. In ceteris vero liberorum personis, seu masculini seu feminini sexus, una scilicet mancipatio sufficit, et aut remancipantur parenti, aut iure mancipantur. Eadem et in provinciis apud praesides provinciarum solent fieri.* G. §. 135. §. *Qui ex filio semel iterumve mancipato conceptus est, licet post tertiam mancipationem patris sui nascatur, tamen in avi potestate est, et ideo ab eo et* [*e*]*mancipari, et in adoptionem dari potest. At is, qui ex eo filio conceptus est, qui in tertia mancipatione est, non nascitur in avi potestate. sed eum Labeo quidem existimat in eiusdem mancipio esse, cuius et pater sit. utimur autem hoc iure, ut quamdiu pater eius in mancipio sit, pendeat ius eius: et si quidem pater eius ex mancipatione manumissus erit, cadit in eius potestatem; si vero is, dum in mancipio sit, de*|*cesserit, sui iuris fit.* p. 38. *Et de* | — litt. 15 — | *licet* | — litt. 15 — | — vers. 1 — | *ut supra diximus, quod in filio faciunt tres mancipationes, hoc facit una mancipatio in nepote.*

I. §. 8. §. Sed si [d] pater filium, quem in potestate habet, avo vel proavo naturali secundum nostras constitutiones [e] super his habitas in adoptionem dederit, id est, si hoc ipsum actis intervenientibus apud competentem iudicem manifestaverit, praesente eo, qui adoptatur, et non contradicente, nec non eo praesente [f], qui adoptat, solvitur quidem [g] ius potestatis patris naturalis, transit autem in huiusmodi parentem adoptivum, in cuius persona [h] adoptionem esse plenissimam antea diximus. I. § 9. §. Illud autem scire oportet, quod, si nurus tua ex filio tuo conceperit, et filium postea emancipaveris vel in adoptionem dederis praegnante nuru tua, nihilominus quod ex ea nascitur, in potestate tua nascitur; quodsi post emancipationem vel adoptionem fuerit conceptus [i], patris sui emancipati, vel avi ado-

---

quamlibet una mancipatione de patris vel avi potestate exeant, nisi a patre fiduciario remancipati fuerint et a naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater non potest, nisi fiduciarius, a quo manumissi sunt. Nam si remancipatum eum sibi naturalis pater vel avus manumiserit, ipse ei in hereditate succedit. Goesch. q) *tamen* Bi. r) L. 28. D. de adopt. I. 7. (Gai. lib. I. inst.) s) *liberos, scilicet* ins. Bu. t) *habet* Bi. u) *de* ins. Bi. Bu. x) *e converso* Hal. G. Be. y) Verba *eadem . . . intelliguntur* ap. Hal. Bi. et Bu. post vocem *manumittere*, ap. Bi. Bu. parenthesi inclusa leguntur. *intelligantur* Hal. z) Initium sic fere restituerim: „*Adoptione quoque liberi desinunt in potestate parentium esse; sed si filius quidem a parente in adoptionem datur, mancipationes* | *tres ac intercedentes*," Kl. Cf. Cic. de fin. I. 7. Suet. Octav. c. 64. Gell. V. 19. a) Cf. supra h. C. §. 132. b) Cf. Ulp. L. 1. §. 2. D. de rei vind. VI. 1. c) In Comm. de mancipii causis (Berol. 1826, 8.) p. 68. sq. ita restituere ausus sum „*patri adoptivo vindicanti. nam iure mancipatio fit, quoties addicitur filius sine remancipatione eius* (pro *est*, quod in Cod. Ver. est *e*, qua litera tam *est*, quam *eius* significatur. Bg. Cf. Ulp. L. 25. pr. D. de adopt. I. 7. d) *etsi* G. Bi. *et si* Hal. Be. e) L. 11. 12. C. de adopt. VIII. 48. f) *praesente* om. Bu. g) *quidem* om. G. Be. h) *et* ins. G. Be. i) *post emancip. fuerit conceptus, vel post adoptionem patris* Bu.

ptivi potestati subiicitur. §. Et quidem neque naturales liberi, neque adoptivi ullo paene I. §. 10.
modo possunt cogere parentem, de potestate sua eos dimittere [k].

§. .. | — litt. 29 — | [l] *fecer* ..... | — vers. 1 — | — litt. 31 — | *Maximi et Tuberonis. [cum* G. §. 136.
enim] haec quod [ad] sacra tantum videatur in manu esse, quod vero ad cetera perinde habeatur, atque si in manum n[on convenisset] ... | — vers. 1 — | ...... *potestate parentis liberantur. nec interest, an in viri sui manu s[int, aut] extra[nei, quamvis] hae solae loco filiarum habeantur, quae in viri manu sunt.*

[QUIBUS MODIS MANUS MANCIPIUMQUE SOLVITUR] [a].

§. | — litt. 33 — | — vers 2. — | — litt. 24 — | *in manu esse et vel* .... *mancipationem* G. §. 137.
| — litt. 24 — | — vers. 2 — | — litt. 36 — | *vel ita* | — litt. 17 — | *nihilo magis potest cogere, |quam* p. 39.
filia patrem. sed filia quidem nullo modo patrem [potest] cogere etiamsi adoptiva sit: haec autem repudio misso [virum *] proinde compell[ere potest], atque si ei numquam nupta fuisset.*

§. *Ii, qui in causa mancipii sunt, quia servorum loco habentur* [b], *vindicta, censu,* G. §. 138.
testamento manumissi sui iuris fiunt. §. *Nec tamen in hoc casu lex Aelia Sentia* [c] *lo-* G. §. 139.
cum habet. itaque nihil requirimus, cuius aetatis sit is, qui manumittit, et qui manumittitur: ac ne illud quidem, an patronum creditoremve manumissor habeat. Ac ne numerus
quidem legis Furiae Caniniae finitus in his personis locum habet. §. *Quin etiam invito* G. §. 140.
quoque eo, cuius in mancipio sunt, censu libertatem consequi possunt. Excepto eo, quem pater ea lege mancipio dedit, ut sibi remancipetur: nam quodammodo tunc pater potestatem propriam reservare sibi videtur eo ipso, quod mancipio recipit. Ac ne is quidem dicitur invito eo, cuius in mancipio est, censu libertatem consequi, quem pater ex noxali causa mancipio dedit [d]*: velut qui furti eius nomine damnatus est, et eum mancipio actori*
dedit: nam hunc actor pro pecunia habet. §. *In summa admonendi sumus, adversus eos,* G. §. 141.
quos in mancipio habemus, nihil nobis |contumeliose facere licere, alioquin iniuriarum p. 40.
[actione tenebimur]. Ac ne diu quidem in eo iure detinentur homines, sed plerumque hoc fit dicis gratia uno momento [e]*; nisi scilicet ex noxali causa mancipentur.*

---

k) Cf. Marcian. L. 31. D. de adopt. I. 7. l) Recte quidem, ut videtur, Goesch. observavit, Gaium hoc loco de ea in manum conventione, quae farreo fit, locutum esse, propter quam, secundum legem sub Tiberio latam, flaminica solum sacrorum causa in potestate viri cetera promiscuo feminarum iure ageret (Tac. Ann. IV. 16.); verum enimvero quod idem nomen Maximi ad Q. Cornelium, C. Trebatii Testae praeceptorem, referendum censuit, ei accedere nequeo ob aetatis diversitatem. Quid, si utrumque nomen, quod etiam inter ordinarios illius aetatis consules occurrit, ad suffectos referamus, quorum auctoritate illa lex, quam Tacitus commemorat, lata fuerit? Tunc ex vestigiis codicis totum locum ita fere restituerim: „*Verum etiam desinit in potestate parentis esse, quae coemptionem fecerit, non autem quae farreo in manum convenerit, secundum legem latam ex auctoritate consulum* Maximi et Tuberonis — — *non convenerit, feminae per eam in manum conventionem, quae farreo fit, non desinunt esse in potestate parentis; per coemptionem autem* potestate etc. P. et Q. Fabium Maximum et L. Seium Tuberonem annis 743. 744. 771. inter ordinarios consules repperimus Kl.

QUIBUS MODIS MANUS MANCIPIUMQUE SOLVITUR. a) Goeschenii secuti coniecturam, quae hoc loco deperdita sint ad eam quaestionem pertinuisse, quibus modis feminae quae in manu sint eo iure liberentur, non solum hanc inscriptionem addidimus, ne haec perperam cum praecedentibus coniungerentur, sed etiam signum §. initio loci posuimus.
b) Cf. supra h. C. §. 123. c) Cf. supra h. C. §. 38. 18. 37. 42. d) Cf. Gaii Comm. IV. §. 75. et 79. et Papin. Collat. Tit. II. §. 3. Ulp. L. 3. §. 4. de hom. liber. exhib. XLIII. 29. e) Cf. supra h. C. §. 115. 118 a. 132. 134.

TIT. XIII.
DE TUTELIS.

I. pr. G. §. 142. §. Transeamus nunc ad aliam divisionem personarum. nam ex his
personis, quae in potestate non sunt (*neque in potestate, neque in manu, neque in*
mancipio sunt), quaedam vel in tutela sunt, vel in curatione [a], quaedam
neutro iure tenentur. videamus igitur [b] de his, quae in tutela, vel in [c]
curatione sunt (*sint*): ita enim [d] intellegemus ceteras personas, quae neu-
G. §. 143. tro iure tenentur. §. Ac prius [e] dispiciamus de his, quae in tutela sunt.
I. §. 1. §. Est [f] autem tutela, ut Servius definivit, vis ac potestas in capite libero ad tuen-
I. §. 2. dum eum, qui propter aetatem [g] se defendere nequit, iure civili data ac permissa. §. Tu-
tores [h] autem sunt, qui eam vim ac [i] potestatem habent, exque re ipsa [k] nomen accepe-
runt; itaque tutores appellantur quasi tuitores ac [l] defensores, sicut aeditui dicuntur, qui
aedes tuentur.

I. §. 3. §. Permissum est itaque parentibus, liberis impuberibus, quos in pot-
G. §. 144. estate sua habent [m], testamento [*tuto*]res dare [n], et hoc in filios filiasque
omni modo procedit. *masculini quidem sexus impuberibus* [**dumtaxat*; *feminini autem*
*tam impuberibus**], *quam nubilibus* [o]. *veteres enim voluerunt, feminas, etiam si perfectae*
G. §. 145. *aetatis sint, propter animi levitatem in tutela esse* [p]. §. *Itaque si quis filio filiaeque te-*
stamento tutorem dederit, et ambo ad pubertatem pervenerint, filius quidem desinit habere
tutorem, filia vero nihilominus in tutela permanet: tantum enim ex lege Iulia et Papia
p. 41. *Poppaea iure liberorum a tutela liberantur feminae* [q]. *loquimur autem* |*exceptis virgini-*
bus Vestalibus [r], *quas etiam veteres in honorem sacerdotii liberas esse voluerunt: itaque*
G. §. 146. *etiam lege duodecim tabularum cautum est.* §. Nepotibus [s] tamen [t] (*autem*) nepti-
busque ita demum parentes possunt (*possumus*) test[amento] tutores dare, si
post mortem eorum (*nostram*) in patris sui potestatem non sunt *iure* recasuri
(*non sint*). itaque si filius tuus (*meus*) mortis tuae (*meae*) tempore in pote-
state tua (*mea*) sit, nepotes *quos* ex eo [**habeo**] non poterunt (*possunt*) ex [u] te-
stamento tuo (*meo*) habere tutorem [v], quamvis in potestate tua (*mea*) fue-
rint, scilicet quia mortuo te (*me*) in patris sui potestatem recasuri (*potestate*
I. §. 4. *futuri*) sunt. §. Cum autem (*tamen*) in compluribus aliis causis postumi pro
G. §. 147. iam natis habeantur [x], et in hac causa placuit, non minus postumis,
quam iam natis, testamento tutores dari posse, si modo in ea causa
sint, ut, si vivis parentibus nascerentur (*nobis nascantur*), sui [y] et in potestate eo-

---

Tit. XIII. *a*) *tutela vel in curatione sunt* Bu. *b*) *ergo* Hal. *c*) *in* om. G. Bi. Be. Bu. *d*) *enim* om. Bu. *e*) *primum* Bi. *f*) Paul. L. 1. pr. D. de tutelis XXVI. 1. *g*) *suam sponte* add. Dig. *h*) L. 1. cit. §. 1. *i*) *vel* Bu. *k*) *ex qua re ipsa* Bi. Bu. *l*) *atque* Hal. *m*) *in ius.* Bu. *n*) Cf. Epit. I. 7. §. 2. Ulp. XI. §. 15. *o*) Cf. Ulp. XI. §. 1. *p*) Cf. infra h. C. §. 190. Isid. Orig. IX. c. ult. Cic. pro Mur. c. 12. Boëth. in Cic. Top. lib. II. (ad c. 4.) et lib. IV. (ad c. 11.) *q*) Cf. infra h. C. §. 194. *r*) Plut. Numa c. 10. Dio Cass. LVI. c. 10. *s*) Cf. Epit. I. 7. §. 2. et Gai. L. 1. D. de test. tut. XXVI. 2. *t*) *vero* Hal. *u*) *in* Bi. Bu. *ex* om. G. Be. *v*) *tutores* Hal. *x*) *habentur* G. Bi. *y*) *haeredes* add. Hal.

rum fierent (*nostra fiant*). *Hos etiam heredes instituere possumus*[z]; *cum extraneos po-*
stumos heredes instituere permissum non sit. §. [* *Uxori* *], *quae in manu est, proinde* G. §. 148.
ac filiae[a]; *item nurui, quae in filii manu est, proinde ac nepti*[b] *tutor dari potest.* §. *Re-* G. §. 149.
ctissime[c] *autem tutor sic dari potest: „Lucium Titium liberis meis tutorem do". sed et*
si ita scriptum sit: „liberis meis" vel „uxori meae Titius tutor esto", recte datus intelle-
gitur. §. *In persona*[d] *tamen* |*uxoris, quae in manu est, recepta est etiam tutoris optio,* G. §. 150.
id est, ut liceat ei permittere, quem velit ipsa, tutorem sibi optare; hoc modo: „Titiae p. 42.
uxori meae tutoris optionem do". quo casu licet uxori vel in omnes res, vel in unam forte
aut duas [* *optare* *]. §. *Ceterum aut plena optio datur, aut angusta.* §. *Plena ita dari* G. §. 151.
solet, ut proxime ac supra diximus. angusta ita dari solet: „Titiae uxori meae dum- G. §. 152.
taxat tutoris optionem semel do"; aut: „dumtaxat bis do". §. *Quae optiones plurimum* G. §. 153.
inter se differunt. nam quae plenam optionem habet, potest semel et bis et ter et saepius
tutorem optare. quae vero angustam habet optionem, si dumtaxat semel data est optio,
amplius quam semel optare non potest: si tantum bis, amplius quam bis optandi facul-
tatem non habet. §. *Vocantur*[e] *autem hi, qui nominatim testamento tutores dantur, da-* G. §. 154.
tivi; qui ex optione sumuntur, optivi.

§. Sed si emancipato filio tutor a patre[f] testamento datus fuerit, confirmandus est I. §. 5.
ex sententia praesidis omni modo, id est sine inquisitione.

TIT. XIV.

QUI TESTAMENTO TUTORES DARI POSSUNT[a].

Dari autem[b] potest tutor[c] non solum paterfamilias, sed etiam filiusfamilias. §. Sed I. pr. §. 1.
et servus proprius testamento cum libertate recte tutor dari potest. sed sciendum est eum
et[d] sine libertate tutorem datum tacite[e] libertatem directam accepisse videri, et per hoc
recte tutorem esse. plane si per errorem quasi liber tutor datus sit, aliud dicendum est.
servus autem alienus pure inutiliter testamento tutor datur, sed ita „cum liber erit" uti-
liter datur; proprius autem servus inutiliter eo modo tutor datur. §. Furiosus[f] vel mi- I. §. 2.
nor viginti quinque annis tutor[g] testamento datus tutor[h] erit, cum compos mentis aut
maior viginti quinque annis factus fuerit. §. Ad certum tempus, seu ex certo tempore, I. §. 3.
vel sub condicione, vel ante heredis institutionem posse dari tutorem non dubitatur.
§. Certae autem rei vel causae tutor dari non potest, quia personae, non rei vel causae I. §. 4.
datur[i]. §. Si quis[k] filiis suis vel filiabus[l] tutores dederit, etiam postumo vel postu- I. §. 5.
mae[m] dedisse videtur; quia filii et filiae appellatione et[n] postumus vel[o] postuma conti-

---

z) Cf. Gaii Comm. II. §. 130. 242. 287. a) Cf. supra h. C. §. 114. b) Cf. Gaii Comm. II. §. 159. et III. §. 3. c) Cf. Gaii Comm. II. §. 289. d) Cf. Liv. XXXIX. 19. Plaut. Trucul. IV. 4., 6. e) Cf. Ulp. XI. §. 14. f) *in* ins. Bu.

Tit. XIV. a) *De His Qui In Test. Dari Tutores Possunt* Bu. b) *autem* om. Bu. c) *testamento* add. Hal. G. d) *etiam* Bi. om. G. Bu. e) *et* add. Bi. f) *autem* ins. Bu. g) *in* ins. Bu. h) *tutor tunc* Hal. *tunc tutor* Bu. i) *non causae, vel rei* (*tutor* ins. Hal.) *datur* Hal. Bi. Verba *quia . . . , datur* sunt Marcian. L. 14. D. de test. tut. XXVI. 2. k) Ulp. L. 5. 6. D. tit. cit. l) *filiabus suis vel filiis* G. Bi. Be. m) *etiam postumae vel postumo* G. Be. *et postumae vel postumo* Bi. n) *et* om. G. Be. o) *et* Bu.

nentur [p]. quodsi nepotes sint [q], an appellatione filiorum et ipsis tutores dati sint [r]? dicendum est, ut [s] ipsis quoque dati videantur, si modo „liberos" dixit [t]; ceterum si „filios" dixit, non continebuntur; aliter enim filii, aliter nepotes appellantur. plane si postumis [u] dederit, tam filii postumi quam ceteri liberi continebuntur.

TIT. XV.

DE LEGITIMA AGNATORUM TUTELA.

I. pr. G. §. 155. §. **Quibus** [a] **autem testamento** *quidem* **tutor datus non sit** [b], **iis ex lege**
I. §. 1. **duodecim tabularum agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi.** §. **Sunt** [c]
G. §. 156. **autem agnati** [d] **per virilis sexus personas cognatione iuncti** [e], **quasi a patre cognati; veluti frater** [f] **eodem patre natus, fratris filius, nepos**ve
p. 43. **ex eo, item patruus et patrui** [**filius, nepos**ve ([*et*] *nepos*) **ex eo. At** *hi* **qui per feminini sexus** [**personas cognatione iunguntur, non sunt agnati, sed alias**] **naturali iure cognati.**

itaque amitae tuae filius non est tibi agnatus, sed cognatus, et invicem scilicet [g] tu illi eodem iure coniungeris; quia qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur.

i[*taque*] *inter avunculum et sororis filium non agnatio est, sed cognatio. item amitae, materterae filius non est mihi agnatus, sed cognatus, et invicem scilicet ego illi eodem iure coniungor; quia qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur.*

I. §. 2. §. Quod autem lex [h] ab intestato vocat ad tutelam agnatos, non hanc habet significationem, si omnino non fecerit testamentum is, qui poterat [i] tutores dare; sed si, quantum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit; quod tunc quoque accidere intellegitur, cum is, qui datus est tutor, vivo testatore decesserit [k].

G. §. 157. §. *Sed olim quidem* [l], *quantum ad legem duodecim tabularum attinet, etiam feminae agnatos habebant tutores. sed postea lex Claudia lata est, quae, quod ad feminas attinet,* [**agnatorum**] [m] *tutelas sustulit. itaque masculus quidem impubes fratrem puberem, aut patruum habet tutorem; feminae vero talem habere tutorem non* [*possunt, licet impuberes sint*] [n].

I. §. 3. §. **Sed agnationis quidem ius** omnibus modis **capitis diminutione ple-**
G. §. 158. rumque **perimitur:** nam agnatio iuris [o] est nomen; **cognationis vero ius** [*capitis diminutione*] **non** omnibus modis **commutatur** [p], **quia civilis ratio** [q] **civilia quidem iura corrumpere potest, naturalia vero non utique** (*potest*).

---

p) Cf. Ulp. L. 1. L. 52. Iavol. L. 84. D. de verb. sign. L. 16. q) *quaeritur* ins. Bu. r) *sunt* Bi. s) *et* ins. Hal. t) *dixerit* Hal. u) *posteris* Hal.

Tit. XV. a) Cf. Epit. I. 7. pr. §. 1. b) *est* Hal. c) Usque ad verba *nepos ex eo* L. 7. D. de leg. tut. XXVI. 4. (Gai. lib. I. inst.) Cf. §. 1. Inst. de leg. agn. succ. III. 2. Gaii Comm. III. §. 10. Epit. I. 7. §. 1. Ulp. XI. §. 4. d) *agnati cognati* Hal. G. Be. e) *per virilis sexus cognationem coniuncti* Hal. G. Bi. Be. Bu. Nos lectionem Cherond., quae et in quibusdam Contii est, nec non Gaio (tam in Inst. quam L. 7. cit.) atque Theoph. adiuvatur, recipere non dubitavimus. f) *ex* ins. Hal. g) *scilicet* om. Hal. Bi. h) *duodecim tabularum* add. Hal. i) *posset* Bu. k) Cf. Paul. L. 6. D. tit. cit. l) Cf. infra h. C. §. 171. Ulp. XI. §. 8. et Leo L. 3. Cod. de leg. tutela V. 30. m) Cf. §. 171. cit. n) Sic plenius tredecim litterarum spatium explevimus; Goesch. dedit *non possunt.* o) *civilis* add. Hal. Bu. quod placet Kl. *ἡ γὰρ ἀδνατίων νόμιμόν τί ἐςιν ὄνομα* Theoph. p) Cf. Gaii Comm. III. §. 27. et Pompon. L. 8. D. de reg. iur. L. 17. q) Cf. §. 11. Inst. de hered. quae ab int. def. III. 1.

TIT. XVI.

DE CAPITIS DIMINUTIONE.

§. Est autem capitis diminutio prioris status commutatio [a] ([*capitis*] *permutatio*). eaque tribus modis accidit. nam aut maxima est capitis diminutio, aut minor, quam quidam mediam vocant, aut minima. §. Maxima [b] est capitis diminutio, cum aliquis simul et civitatem et libertatem amittit, I. pr. G. §. 159. I. §. 1. G. §. 160.

quod accidit in his, qui servi poenae efficiuntur atrocitate sententiae, vel libertis ut ingratis erga patronos condemnatis [c], vel [d] qui se ad pretium participandum venumdari passi sunt.

| — *litt.* 17 — | [e] *qui ex patria* . . . . [f] || — *vers.* 3 — | — *litt.* 17 — | [*item* [g] *feminae liberae ex senatusconsulto*] *Claudiano ancillae fiunt eorum dominorum*, [*qui*]*bus invitis et denunciantibus*, [*nihilominus*] *cum servis eorum coierint*. p. 44.

§. Minor [h] sive media est [i] capitis dim[inutio (*est*), cum civitas quidem amit]titur, libertas vero retinetur, [quod accidit ei, cui a]qua et igni interdictum [fuerit], vel ei, qui in insulam deportatus est. §. Minima [capitis] diminutio est, [cum et [k] civ]itas et libertas ret[inetur, sed status hominis commutatur [l]. quod accidit] in his, I. §. 2. G. §. 161. I. §. 3. G. §. 162.

qui, cum sui iuris fuerunt [m], coeperunt alieno iuri subiecti esse, vel contra, veluti si filiusfamilias a patre emancipatus fuerit, est capite diminutus [n].

qui adoptantur [o]: *item in his, qui* [p] *coemptionem faciunt* [q]: *et in his*, *qui mancipio dantur*, *quique ex mancipatione manumittuntur* [r]; *adeo quidem, ut quotiens quisque mancipetur, a* | — *litt.* 12 — | *tur* [s], *totiens capite diminuatur*. §. *Nec solum maioribus diminutionibus ius agnationis corrumpitur, sed etiam minima. et ideo si ex duobus liberis alterum pater emancipaverit* | — *litt.* 13 — | [t] *neuter alteri agnationis iur*[*e coniunctus esse*] *poterit*. G. §. 163.

§. Servus autem manumissus [u] capite non minuitur, quia nullum caput habuit [x]. I. §. 4. §. Quibus autem dignitas magis quam status permutatur, capite non minuuntur, et ideo I. §. 5. senatu motum [y] capite non minui constat [z]. §. Quod autem dictum est, manere cognationis ius et [a] post capitis diminutionem, hoc ita est, si minima capitis diminutio interveniat [b]; manet enim cognatio. nam si maxima capitis diminutio incurrat [c], ius quoque I. §. 6.

Tit. XVI. a) Cf. Gai. L. 1. D. de cap. min. IV. 5. Boëth. in Cic. Top. lib. II. (ad cap. 4.) Ulp. XI. §. 10. b) *autem* ins. Bi. Cf. Ulp. XI. §. 11. c) *vel liberti ingrati circa patronos condemnati* Bi. *libertis ut* .. *circa condemnatis* Bu. d) *his* ins. Hal. e) An *quod verbi gratia evenit in his?* Goesch. f) *aguntur* in cod. esse videtur. g) Cf. supra h. C. §. 91. Ulp. l. c. Paul. sent. rec. II. 21 A. §. ult. Inst. de succ. subl. III. 12. et Theoph. eod. h) Cf. Ulp. XI. §. 10—13. i) *fit* Bu. k) *et* om Hal. l) Cf. Paul. L. 11. D. h. t. IV. 5. m) *fuerint* Hal. Bu. n) Verba glossam redolentia *veluti* ... *diminutus* om. G. Bi. Be. o) Cf. Ulp. XI. §. 13. p) nonne *quae?* Kl. q) Cf. Gaii Comm. III. §. 82—84. et IV. §. 38. item Ulp. et Boëth. l. c. r) Cf. supra h. C. §. 135. s) Goesch. in contexto restituit „a(*ut manumitta*)*tur*; verum, sola manumissione aliquem capite minui, neque usquam edocemur, neque id fieri potuisse arbitror. fortasse igitur legendum *aut manumissus in potestatem revertitur*. Kl. t) *alterum retinuerit?* Kl. u *qui manumissus est* Bu. x) Cf. Paul. L. 3. D. h. t. IV. 5. y) *a senatu motos* Hal. z) Cf. Paul. L. 5. D. eod. Modest. L. 3. D. de senatorib. I. 9. a) *etiam* Hal. b) *intercedat* Bu. *intercurrat* Al. c) *interveniat* Hal. Be. *currat* G.

cognationis perit, ut puta servitute alicuius cognati, et ne[d] quidem si manumissus fuerit, recipit cognationem; sed et si in insulam quis deportatus sit, cognatio solvitur.

I. §. 7. G. §. 164. §. Cum autem[e] ad agnatos tutela [pertinet, non] simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum, qui proximiores (*proximo*) gradu sunt, vel si plures eiusdem gradus sunt, ad omnes pertinet[g], veluti si fratres plures sunt, qui unum gradum obtinent, ideoque[h] pariter ad tutelam vocantur[i].

TIT. XVII.

DE LEGITIMA PATRONORUM TUTELA.

I. pr. G. §. 165. p. 45. | — *pag.* 1 — |[a] §. [Ex eadem lege[b] duodecim tabularum libertorum et[c] libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet[d], quae et ipsa legitima tutela vocatur, non quia nominatim[e] ea[f] lege de ea[g] tutela cavetur[h], sed quia perinde accepta est per interpretationem[i], ac si verbis legis[k] introducta esset[l]. eo enim ipso, quod[m] hereditates liberto-
p. 46. rum libertarumque, si] [intestati decessissent, [iusserat lex ad patronos] liberosve eorum pertinere, crediderunt veteres, voluisse legem etiam tutelas[n] ad eos pertinere, cum et agnatos[o], quos ad hereditatem[p] vocat (*vocavit*), eosdem et tutores esse iusserit[q]. quia plerumque, ubi successionis est emolumentum, ibi et[r] tutelae onus esse debet. Ideo autem diximus „plerumque", quia, si a femina impubes manumittatur, ipsa ad hereditatem vocatur, cum alius sit tutor[s].

[*DE FIDUCIARIA ET CESSICIA TUTELA*][a].

G. §. 166. §. *Exemplo patronorum* | — *litt.* 23 — | *sunt* | — *litt.* 18 — | *fiduciariae* | — *litt.* 11 — | *quae ideo nobis competunt, quia* [*liberum ca*]*put*[b] *mancipatum nobis vel a parente, vel a*
G. §. 167. *coemptionatore manumiserimus.* §. *Sed Latinarum et Latinorum impuberum* | — *litt.* 23 — | *ad* | — *litt.* 27 — |[c] *pertinet, sed ad eos, quorum* [*ante manu*]*missionem ex iure Quiritium*

---

d) *tunc* ins. Bu. *e*) Cf. Epit. I. 7. §. 1. *f*) *proximiore* G. Be. *g*) Cf. Gai. L. 9. D. de legit. tutor. XXVI. 4. *h*) *ideoque* om. Hal. *i*) C. N. „Hodie sicut hereditas defertur proximis, agnatione non inspecta, ita et tutela." In aliis editt. haec leguntur: „Sicut hereditas, agnatione non inspecta, proximis defertur; sic et tutelae onus comitatur emolumentum, si masculi et perfectae sint aetatis et nulla lege prohibeantur suscipere." Ex Nov. 118. c. 5. Auth. *Sicut hereditas* Cod. de legit. tutela V. 30.

Tit. XVII. *a*) In principio huius paginae, cuius bis rescriptae fere omnia vestigia in codice evanuerunt, de legitima gentilium tutela Gaium egisse Hollw. suspicatus est. Cf. Gaii Comm. III. §. 17. Quae in h. t. sequuntur, non nisi ex Iustin. institut. desumpta sunt. *b*) Cf. Ulp. XI. §. 3. *c*) *vel* Bu. *d*) Cf. infra h. C. §. 175. *e*) *in* ins. Hal. G. Be. *f*) *eadem* Bu. *g*) *hac* Hal. Bi. *h*) *caveatur* Hal. G. Be. Bu. *i*) *legum* add. Bu. *k*) *interpr. atque si v. l.* G. Be. *legis* om. Bu. *l*) Cf. Ulp. XI. §. 3. et L. 3. D. de legit. tut. XXVI. 4. *m*) *ipso quo iure* Bi. Bu. *n*) *tutelam* Bi. Bu. *o*) Cf. Epit. I. 7. §. 1. cit. *p*) *lex* ins. Hal. *q*) *iussit* G. Bi. Bu. Be. *r*) *et* om. Bi. *s*) *tutor est* Bi. De re ipsa cf. Gai. L. 1. §. 1. D. de legit. tut. XXVI. 4.

DE FIDUCIARIA ET CESSICIA TUTELA. *a*) Quae sequuntur ex Gaio in Iustiniani institutionibus ex parte mutata et disiuncta, ex parte plane omissa videntur; itaque ista peculiari titulo a praecedentibus seiungenda et Iustiniani titulis de legitima parentium et de fiduciaria tutela praemittenda censuimus. *b*) Cf. Ulp. XI. §. 5. Theoph. I. 19. pr. item supra h. C. §. 115. et infra h. C. §. 195. *c*) Ducius vestigiis codicis sic fere restituerim: „*tutela legitima patronorum non ad manumissores, quorum antea in bonis fuerunt*", Kl. De re ipsa cf. Ulp. XI. §. 19. item supra h. C. §. 19. et Gai. Comm. II. §. 88. et Comm. III. §. 56. et §. 166.

[**fuerunt. unde si ancilla ex iure Quiritium**] *tua sit, in bonis mea, a me quidem solo non etiam a te manumissa, Latina fieri potest, et bona e*[*ius ad me perti*]*nent ....*[d] [*tu-tela t*]*ibi competit: nam ita lege Iunia cavetur. itaque si ab eo, cuius et in bonis et ex iure Quiritium . ancilla fuerit, facta sit Latina, ad eumdem et bona et tutela pertinet.*

§. *Ag*[*natis*[e], *qui legitimi tutores sunt, item manu*]*missoribus, permissum est, fe-* G. §. 168.
minarum tutelam alii in iure cedere: pupillorum autem tutelam non est permissum cedere,
quia [*non videtur one*]|*rosa, cum tempore pubertatis finiatur.* §. *Is autem*[f], *cui ceditur* p. 47. G. §. 169.
tutela, cessicius tutor vocatur. §. *Quo mortuo aut capite diminuto, revertitur ad eum* G. §. 170.
tutorem tutela, qui cessit. ipse quoque, qui cessit, si mortuus aut capite diminutus sit, a cessicio tutela discedit, et revertitur ad eum, qui post eum, qui cesserat, secundum
gradum in tutela habuerit. §. *Sed quantum*[g] *ad agnatos pertinet, nihil hoc tempore de* G. §. 171.
cessicia tutela quaeritur, cum agnatorum tutelae in feminis lege Claudia sublatae sint.
§. *Sed fiduciarios quoque quidam putaverunt cedendae tutelae ius non habere, cum ipsi* G. §. 172.
se oneri subiecerint. quod etsi placeat; in parente tamen, qui filiam, neptemve, aut proneptem alteri ea lege mancipio dedit, ut sibi remanciparetur, remancipatamque manumisit, idem dici non debet, cum is et legitimus tutor habeatur[h]*: et non minus huic, quam patronis honor praestandus est.*

TIT. XVIII.

DE LEGITIMA PARENTUM TUTELA.

Exemplo patronorum recepta est et[a] alia tutela, quae et ipsa[b] legitima vocatur. nam si quis filium aut[c] filiam, nepotem aut[d] neptem ex filio et[e] deinceps impuberes emancipaverit, legitimus eorum[f] tutor erit[g].

TIT. XIX.

DE FIDUCIARIA TUTELA.

Est et alia tutela, quae fiduciaria appellatur. nam si parens[a] filium vel filiam, nepotem vel[b] neptem, vel deinceps impuberes manumiserit, legitimam nanciscitur eorum tutelam. quo defuncto si liberi[c] virilis sexus ei[d] extant, fiduciarii tutores filiorum suorum[e], vel fratris vel sororis et ceterorum[f] efficiuntur; atque[g] patrono legitimo tutore mortuo liberi quoque eius legitimi sunt[h] tutores, quoniam filius quidem defuncti, si non

---

d) *sed eius?* Kl. e) Cf. Ulp. XI. §. 6. 8. f) Cf. Ulp. XI §. 7. g) Cf. Ulp. XI. §. 8. et supra h. C. §. 157. h) Cf. infra h. C. §. 175. 192. seqq. item Gaii Comm. II. §. 122. et Ulp. L. 3. §. ult. D. de leg. tut. XXVI. 4.

Tit. XVIII. a) *et* om. Bi. b) *et ipsa* om. Bu. c) *aut* om. Bi. d) *vel* Bi. e) *vel* Bi. f) *eorum* om. Bi. *legitimus is eorum* Bu. g) Cf. Ulp. fr. XI. §. 5. et in L. 3. §. 10. D. de leg. tut. XXVI. 4.

Tit. XIX. Cf. Gai. h. C. §. 166. sqq. a) *pater* Hal. b) *aut* Bu. c) *eius* ins. Bi. Bu. d) *ei* om. Bi. Bu. e) *filiorum suorum* om. Hal. f) *et ceterorum* om. Hal. secutus Modestin. L. 4. D. de leg. tut. XXVI. 4. „*Quo defuncto si liberi perfectae aetatis existant, fiduciarii tutores fratris vel sororis efficiuntur.*" g) *efficiuntur atque* Bi. *efficiuntur. Atque* Bu. h) *fiunt* Bi.

esset a vivo patre emancipatus, post obitum eius sui iuris efficeretur, nec in fratrum potestatem recideret, ideoque nec in tutelam. libertus autem si servus mansisset, utique eodem iure apud liberos domini post mortem eius futurus esset. Ita tamen hi ad tutelam vocantur, si perfectae aetatis sunt [i]; quod nostra constitutio [k] generaliter in omnibus tutelis et curationibus observari praecepit.

TIT. XX.

DE ATILIANO TUTORE ET EO QUI EX LEGE IULIA ET TITIA DABATUR.

G. §. 173. §. *Praeterea* [a] *senatusconsulto mulieribus permissum est, in absentis tutoris locum*
G. §. 174. *alium petere: quo petito prior desinit. nec interest, quam longe aberit is tutor.* §. *Sed*
G. §. 175. *excipitur, ne in absentis patroni locum liceat libertae tutorem petere.* §. *Patroni* [b] *|au-*
p. 48. *tem loco habemus etiam parentem, qui in ....* [c] *sibi remancipatam filiam neptemve aut proneptem manumissione legitimam tutelam nanctus est. Huius quidem liberi fiduciarii tutoris loco numerantur: patroni autem liberi eamdem tutelam adipiscuntur, quam*
G. §. 176. *et pater eorum habuit.* §. *[Sunt tamen causae, ex quibus] etiam in patroni absentis lo-*
G. §. 177. *cum* [d] *| — litt. 11 — |* [e] *tutorem petere, veluti ad hereditatem adeundam.* §. *Idem senatus*
G. §. 178. *censuit in persona pupilli patroni filii.* §. *Nam [et] lege Iulia* [f] *de maritandis ordinibus ei, quae in legitima tutela pupilli sit, permittitur, dotis constituendae gratia a praetore*
G. §. 179. *urbano tutorem petere.* §. *Sane* [g] *patroni filius, etiamsi impubes sit, libertae [quidem] tutor, [at in nulla re auct]or fieri potest, cum ipsi nihil permissum sit sine tutoris aucto-*
G. §. 180. *ritate agere.* §. *Item* [h] *si qua in tutela legitima furiosi aut muti sit, permittitur ei sena-*
G. §. 181. *tusconsulto, dotis constituendae gratia tutorem petere.* §. *Quibus casibus salvam manere*
G. §. 182. *tutelam patrono patronique filio, manifestum est.* §. *Praeterea* [i] *senatus censuit, ut si tutor pupilli pupillaeve suspectus a tutela remotus sit, sive ex iusta causa fuerit excusa-*
G. §. 183. *tus, in locum eius alius tutor [detur], quo [dato pr]ior [tutor] amittit tutelam.* §. *Haec* [k]
p. 49. *[omnia] similiter et Romae et in pro|vinciis so[lent observari] | — litt. 17 — | si vero | — litt. 21 — |*
G. §. 184. §. *Olim* [l] *cum leges actiones in usu erant, etiam ex illa causa tutor dabatur, si inter tutorem et mulierem pupillumve legis actione agendum erat. [nam] qu[ia ipse] quid[em tutor] in re sua auctor esse non poter[at, alius dabatur, quo aucto]re | — litt. 9 — | [act]io perager[etur]: qui dicebatur praetorius [tutor], quia a praetore urbano dabatur. post sublatas legis actiones quidam putant, hanc speciem dandi t[utoris] | — litt. 32 — | in usu [est legiti]mo iudicio agatur.*

pr. G. §. 185. §. **Si cui** [m] **nullus omnino tutor** fuerat (*sit*), **ei** dabatur (*datur*) **in urbe** quidem **Roma** [n] (*ex lege Atilia*) **a praetore urbano et** [o] **maiore parte tribuno-**

i) *sint* Hal. Bi. k) L. 5. Cod. de leg. tut. V. 30.

Tit. XX. a) Cf. Ulp. XI. §. 22. b) Cf. supra h. C. §. 172. item Modestin. L. 4. D. de leg. tut. XXVI. 4. c) Legendum videtur *mancipatam sibique* Goesch. Quidni *mancipatum et sibi?* Kl. d) Cf. Ulp. XI. §. 22.] e) An *permissum est?* Goesch. f) Cf. Ulp. XI. §. 20. it. Ter. Clem. L. 61. pr. D. de iure dot. XXIII. 3. g) Cf. Inst. L. ult. C. de leg. tutela V. 30. h) Cf. Ulp. XI. §. 21. i) Cf. Ulp. XI. §. 23. k) Cf. Ulp. XI. §. 20. l) Cf. Ulp. XI. §. 24. item Gai. Comm. IV. §. 30. m) Cf. Ulp. XI. §. 18. Epit. I. 7. §. 2. n) *Roma* om. Hal. *Romana* Bi. o) *a* ins. Bo.

rum plebis tutor ex lege Atilia, *qui Atilianus tutor vocatur;* in provinciis vero a praesidibus provinciarum ex lege Iulia et Titia[p]. §. Sed et si[q] (*Et ideo* I. §. 1.
si cui) testamento tutor sub condicione aut ex[r] die certo datus fuerat (*sit*), G. §. 186.
quamdiu condicio aut dies pendebat[s] (*pendet*), ex iisdem legibus tutor dari poterat[t] (*potest*). item si pure datus fuerat (*fuerit*), quamdiu nemo ex eo[u] testamento heres existat[x], tamdiu ex iisdem (*his*) legibus tutor petendus erat (*est*), qui desinebat (*desinit*) tutor esse, si condicio existeret, aut dies veniret[y], aut[z] heres existeret (*posteaquam quis ex testamento tutor esse coeperit*). §. Ab hostibus I. §. 2.
quoque tutore capto ex his legibus tutor petebatur (*datur*), qui desinebat (*de-* G. §. 187.
sinit) tutor esse, si is, qui captus erat (*est*), in civitatem reversus fuerat (*fuerit*); nam reversus recipiebat (*recipit*) tutelam iure postliminii[a].

§. Sed ex his legibus pupillis tutores desierunt dari, posteaquam primum[b] consu- I. §. 3.
les pupillis utriusque sexus tutores ex inquisitione dare coeperunt, deinde praetores[c] ex constitutionibus[cc]; nam supradictis[d] legibus neque de cautione a tutoribus exigenda[e], salvam rem pupillis fore, neque de compellendis tutoribus ad tutelae administrationem quidquam cavebatur. §. Sed hoc iure utimur, ut Romae quidem praefectus urbi[f] vel prae- I. §. 4.
tor secundum suam iurisdictionem, in provinciis autem praesides ex inquisitione tutores crearent, vel magistratus iussu praesidum, si non sint[g] magnae pupilli facultates. §. Nos I. §. 5.
autem per constitutionem nostram[h] et[i] huiusmodi difficultates omnimodo[k] resecantes, nec exspectata iussione praesidum disposuimus, si facultates pupilli vel adulti usque ad quingentos solidos valeant[l], defensores civitatum una cum eiusdem civitatis religiosissimo antistite vel aliis publicis personis, vel[m] magistratus vel iuridicum Alexandrinae civitatis tutores vel curatores creare, legitima cautela secundum eiusdem constitutionis normam praestanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt.

|§. *Ex his apparet, quot sint species tutelarum. si vero quaeramus, in quot genera* p. 50.
hae species deducantur, longa erit disputatio: nam de ea re valde veteres dubitaverunt. G. §. 188.
nos, qui diligentius hunc tractatum executi sumus et in edicti interpretatione, et in his libris, quos ex Quinto Mucio fecimus, hoc solum tantisper sufficit admonuisse, quod quidam quinque genera esse dixerunt, ut Quintus Mucius; alii tria[n], *ut Servius Sulpicius; alii duo, ut Labeo: alii tot genera esse crediderunt, quot etiam species essent.*

§. Impuberes autem (*Sed impuberes quidem*) in tutela esse, *omnium civitatium* I. §. 6.
iure contingit, *quia id* naturali iuri (*rationi*) conveniens est, ut is, qui per- G. §. 189.
fectae aetatis non sit[o], alterius tutela regatur. *nec fere ulla civitas est, in*

---

p) *Ἀτιλίου νόμου . . . ξενοτάτη δὲ ἡ τούτου νομοθεσία· μέχρι γε τῆς Ῥώμης, καὶ οὐ περαιτέρω προβαίνει· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις κατὰ μίμησιν τούτου γεγόνασι β̄ νόμοι, Ἰούλιος καὶ Τιτιανὸς, οἳ ἐκέλευσαν κ. τ. λ.* Theoph. Cf. Ulp. *pr.* XI. §. 18. q) *in ins.* Hal. r) *ex om.* G. Bi. Be. Bu. s) *pendebant* Bu. t) Cf. Ulp. L. 11. pr. D. de test. tut. XXVI. 2. et L. 9. §. 2. 3. D. de tutel. et ration. distr. XXVII. 3. u) *eo om.* Hal. G. Be. x) *existebat* Hal. y) *extiterat a. d. venerat* Hal. z) *vel* Bi. a) Cf. Ulp. L. 1. §. 2. D. de leg. tut. XXVI. 4. Papin. L. 3. D. de tut. et ration. distr. XXVII. 3. b) *primo* Hal. c) *Praetor* Bi. cc) Cf. Sueton. Claud. c. 23. Plin. ep. IX. 13. Capitolin. Marc. c. 10. c. interpp. d) *suprascriptis* Bi. Bu. e) *cautionibus . . . exigendis* Bi. f) *urbis* Bi. Be. Bu. g) *sunt* Bu. h) L. 30. Cod. de episcop. aud. I. 4. i) *et om.* Hal. Bi. Be. k) *hominum* Hal. G. Bi. Be. l) *facultas . . . valent* G. m) *vel alias publicas personas, i. e. mag.* Hal. G. Bu. Cf. Paul. L. 19. D. de tut. dat. XXVI. 5. n) Cf. Ulp. XI. §. 2. o) *est* Bi.

qua non liceat parentibus, liberis suis impuberibus testamento tutorem dare: quamvis, ut supra diximus, soli cives Romani videantur tantum liberos in potestate habere.

G. §. 190. *§. Feminas vero perfectae aetatis in tutela esse, fere nulla pretiosa ratio* [p] *suasisse videtur. nam quae vulgo creditur, quia levitate animi plerumque decipiuntur, et aequum erat, eas tutorum auctoritate regi* [q], *magis speciosa videtur, quam vera. mulieres enim,*
p. 51. *quae perfectae aetatis sunt, ipsae sibi negotia tractant: et in quibusdam |causis dicis gratia tutor interponit auctoritatem suam* [r]; *saepe etiam invitus auctor fieri a praetore cogi-*
G. §. 191. *tur* [s]. *§. Unde cum tutore nullum ex tutela iudicium mulieri datur.* §. Cum igitur [t] (*at*
I. §. 7. *ubi*) pupillorum pupillarumque (*ve*) negotia tutores gerunt [u] (*tractant*, [*eis*])
G. §. 192. post pubertatem tutelae iudicio rationem reddunt [x]. *§. Sane* [y] *patronorum et parentum legitimae tutelae vim aliquam habere intelleguntur, eo, quod hi neque ad testamentum faciendum* [z], *neque ad res mancipi alienandas* [a], *neque ad obligationes suscipiendas* [b] *auctores fieri coguntur, praeterquam si magna causa alienandarum rerum mancipi obligationisque suscipiendae interveniat. eaque omnia ipsorum causa constituta sunt, ut quia ad eos intestatarum mortuarum hereditates pertinent, neque per testamentum excludantur ab hereditate, neque alienatis pretiosioribus rebus susceptoque aere alieno minus locuples ad*
G. §. 193. *eos hereditas perveniat. §. Apud peregrinos* [c] *non similiter, ut apud nos, in tutela sunt feminae; sed tamen plerumque quasi in tutela sunt: ut ecce lex Bithynorum, si quid mulier ...* [d], *maritum auctorem esse iubet, aut filium eius puberem.*

TIT. XXI.

DE AUCTORITATE TUTORUM [a].

I. pr. Auctoritas autem [b] tutoris in quibusdam causis necessaria est pupillis, in quibusdam non est necessaria. ut ecce, si quid dari sibi stipulentur [c], non est necessaria tutoris auctoritas; quod si aliis pupilli [d] promittant, necessaria est [e]; namque placuit meliorem quidem suam [f] condicionem licere eis facere etiam sine tutoris auctoritate [g]; deteriorem [h] vero non aliter, quam tutoris auctoritate [i]. unde in his causis, ex quibus obligationes mutuae nascuntur, ut [k] in emptionibus venditionibus, locationibus conductionibus, mandatis, depositis, si [l] tutoris auctoritas non interveniat, ipsi quidem, qui cum iis contrahunt, obligantur [m],
I. §. 1. at invicem [n] pupilli non obligantur. §. Neque tamen hereditatem adire, neque bonorum possessionem petere, neque hereditatem ex [o] fideicommisso suscipere aliter possunt, nisi

---

p) Cf. Gaii Comm. II. §. 232. *q*) Cf. Isidor. orig. lib. IX. c. ult. in fine. Cic. pro Mur. c. 12. Ulp. XI. §. 1. et supra h. C. §. 144. *r*) Cf. Ulp. XI. §. 26. 27. *s*) Cf. Gaii Comm. II. §. 122. *t*) *ergo* Hal. *u*) *gerant* Hal. *x*) *rationes* G. Bi. Be. Bu. *reddent* Bi. *reddant* Bu. Cf. Ulp. L. 1. pr. D. de tut. et rat. distr. XXVII. 3. *y*) Cic. pro Flacco c. 34. *z*) Cf. Gaii Comm. II. §. 112. 118. 122. et Comm. III. §. 43. item Ulp. XX. §. 15. XXIX. §. 3. Boëth. in Cic. top. c. 4. *a*) Cf. Ulp. XI. §. 27. Gaii Comm. II. §. 80. 81. 85. 47. Cic. top. c. 11. *b*) Cf. Gai. Comm. III. §. 108. et 91. Ulp. l. c. Cic. pro Caec. c. 25. pro Flacco c. 35. *c*) Cf. Cic. pro Flacco. c. 30. *d*) *agat?* Bg.

Tit. XXI. *a*) *Tutoris* Bu. *b*) *autem* om. Bi. Ad pr. §. 1. et 2. cf. Gai. L. 9. D. de auct. et cons. tut. XXVI. 8. *c*) *stipulatur* G. *stipuletur* Bi. *d*) *pupilli* om. Bu. *e*) *tutoris auctoritas* repetit Bu. *f*) *suam* om. Hal. *g*) *cum t. a.* G. Be. *tutore auctore* Bi. *h*) Verba *deteriorem .... auctore* tamquam suspecta uncis inclusit Bi. *i*) *quam tutore auctore* Bi. *quam cum tutoris auctoritate* Bu. Cf. Marcian. L. 11. D. de acq. rer. dom. XLI. 1. *k*) pro *ut* Bu. habet *id est*. *l*) *et si* Bu. *m*) *obligantur* om. Bu. *n*) *adinvicem* Bi. Be. Bu. pro *at invicem*. *o*) *ex* om. Bu.

tutoris auctoritate, quamvis [p] lucrosa sit, nec [q] ullum damnum habeant [r]. §. Tutor autem statim in ipso negotio praesens debet auctor fieri, si hoc pupillo prodesse existimaverit; post tempus vero, aut [s] per epistolam interposita tutoris [t] auctoritas nihil agit. §. Si inter tutorem et pupillum [u] iudicium agendum sit, quia ipse tutor in rem suam [x] auctor esse non potest [y], non praetorius tutor, ut olim, constituitur, sed curator in locum eius datur, quo [z] interveniente iudicium peragitur, et eo peracto curator esse desinit [a]. I. §. 2. I. §. 3.

TIT. XXII.

QUIBUS MODIS TUTELA FINITUR.

§. *Tutela [a] autem liberantur ingenuae quidem trium liberorum [iure, si in]* [b] *legitima tutela sint, [*libertinae vero quatuor, si in patronorum tutela sint*]* [c]*: nam et ceterae, quae alterius generis tutores habent, velut Atilianos, aut fiduciarios, trium liberorum |iu[re liberantur].* G. §. 194. p. 52.

§. *[Pote]st autem pluribus modis libertina alterius generis [* tutorem *] habere: veluti si a femina manumissa sit; tunc enim e lege Atilia petere debet tutorem, vel in provincia [e lege Titia] ....* [d] *patronae ... | — vers. 1 — | [Sed et cum a mascu]lo manumissa [*fuerit*], et auctore eo coemptionem fecerit, deinde remancipata et manumissa sit, patronum quidem habere tutorem desinit, incipit autem habere eum tutorem, a quo manumissa est: qui fiduciarius dicitur* [e]. *Item si patron[us paterfamil]ias* [f] *in adoptionem se dedit, debet sibi [e lege Atilia vel Titia]* [g] *tutorem petere* [h]. *Similiter* [i] *ex iisdem legibus petere debet tutorem [liber]ta, si patronus decedit, nec ullum virilis sexus liberorum in familia [relinquit].* G. §. 195.

Pupilli pupillaeque cum puberes esse coeperint, [ii] tutela liberantur. pubertatem autem veteres quidem non solum ex annis, sed etiam ex habitu corporis in masculis aestimari [k] volebant [l]. nostra autem maiestas dignum esse castitate nostrorum tempo- I. pr.

§. *M[asculi autem* [m] *cum] puberes esse coeperint, tutela liberantur. | — litt. 21 — | quidem ...... [nostri praeceptores puberem e]um esse putant, qui habitu corporis pubertatem ostendi[t, hoc est] qui generare potest; sed in his, qui pubescere non possunt, quales* G. §. 196.

---

p) *illis* ins. Hal. G. Be. q) *neque* Bi. r) *habeat* G. Dig. s) *vel* Hal. t) *tutoris* om. Hal. G. Be. u) *pupillumque* Hal. x) *in re sua* G. y) Cf. Ulp. L. 1. pr. L. 7. pr. D. eod. z) *curatore* ins. Hal. Ba.
a) Cf. Antonin. L. 1. Cod. de in lit. dando tut. vel curat. V. 44. C. N. „Novo iure debitor minoris vel creditor eius tutor fieri vel curator prohibetur, quia, et si postea creditor efficiatur, non sine adiuncto curatore administrabit, et ab initio vel probet vel iuret, se creditorem et minorem sibi obligatum vel res eius habere. nam si taceat, ab actione cadit. Item debitor tacens non iuvatur solutione vel redhibitione postea facta, et si cessionem adversus minorem accepit, finita cura nec qui cessit, agere debet, cum in legem commiserit (*licet cessio pro iustis causis facta sit, sed minor lucrabitur.* add. Al.)". Ex Nov. 72. c. 2. Auth. *Minoris* Cod. qui dare tutores. V. 34.

Tit. XXII. a) Cf. Fragm. vet. ICti de iuris spec. §. 17. Plutarch. Numa c. 10. Ulp. XXIX. §. 3. et supra h. C §. 145. et Comm. III. §. 44. b) Quae in cod. legi possunt, hoc loco et minimi sunt momenti, neque Goeschenii restitutionem *licet in* ullo modo confirmant; ideoque haec, quae aptius mihi videantur et congruant cum spatio, reponere non dubitavi. Kl. c) De his, quae hoc loco inserui, aliunde satis constat, eaque plane abesse non posse ratus ita restitui, ut appareat librarium ὁμοιοτέλευτον omisisse. Kl. d) malim *Iulia et Titia*. Kl. e) Cf. supra h. C. §. 115. f) Goesch. 14 litterarum spatium vacuum indicavit; restitui locum ex alia simili oratione, quam videmus apud Nostrum Comm. III. §. 82. g) Atiliae legis vestigium in cod. nullum reperitur. h) Cf. Ulp. XI. §. 9. i) Cf. Liv. XXXIX. 9. ii) a ins. Hal. k) *existimari* Hal. *aestimare* Bi. Ba. l) Cf. Ulp. fr. XI. §. 28. m) Cf. Ulp. l. c. Isidor. orig. XI. c. 2. Quintil. Inst. or. lib. IV. c. 2. §. 5.

rum bene putavit, quod in feminis et [n] antiquis inpudicum esse visum est, id est inspectionem habitudinis corporis, hoc etiam in masculos extendere, et ideo [o] sancta constitutione [p] promulgata pubertatem in mas-
p. 53. culis post quartum decimum annum completum [q] illico initium accipere disposuimus [r], antiquitatis normam in femininis personis [s] bene positam [t] suo ordine relinquentes,
I. §. 1. ut post duodecimum annum completum [u] viripotentes esse credantur. §. Item tutela finitur [x], si arrogati sint adhuc impuberes, vel deportati; item si in servitutem [y] pupillus re-
I. §. 2. digatur, vel si ab hostibus fuerit captus. §. Sed et si usque ad certam condicionem datus
I. §. 3. sit tutor [z] testamento, aeque evenit, ut desinat esse tutor existente condicione. §. Simili
I. §. 4. modo morte finitur tutela, vel pupillorum, vel tutorum [a]. §. Sed et capitis diminutione tutoris, per quam libertas vel civitas eius [b] amittitur, omnis tutela perit. minima autem capitis diminutione tutoris, veluti si se in adoptionem dederit, legitima tantum tutela perit [c], ceterae non pereunt. sed pupilli et pupillae capitis diminutio, licet minima sit, om-
I. §. 5. nes tutelas tollit [d]. §. Praeterea qui ad certum tempus testamento dantur tutores, finito [e]
I. §. 6. eo deponunt tutelam [f]. §. Desinunt etiam [g] esse tutores, qui vel removentur a tutela ob id, quod suspecti visi sunt, vel [h] ex iusta causa sese excusant et onus administrandae tutelae deponunt, secundum ea, quae inferius [i] proponemus.

sunt spadones, eam aetatem esse spectandam, cuius aetatis puberes fiunt. sed diversae scholae auctores annis putant pubertatem aestimandam, id est, eum puberem esse exi[stimant, qui quatuordecim annos explevit] [v] |– pag. 1 –|

TIT. XXIII.

DE CURATORIBUS [a].

I. pr. p. 54.
G. §. 197. Masculi [b] puberes et feminae viripotentes usque ad vicesimum quintum annum com-
G. §. 198. pletum curatores accipiunt, qui [c], licet puberes sint, adhuc tamen eius [d] aetatis sunt [e], ut negotia sua tueri non possint.

|§. *aetatem pervenerit, in qua res suas tueri possit* [f]. [*idem*] *apud peregrinas gentes custodiri superius indicavimus.* §. *Ex iisdem causis et in provinciis a praesidibus earum curatores dari voluit.*

---

n) *etiam* Hal. o) *nostra* ins. Hal. p) L. 3. Cod. quando tut. esse des. V. 60. q) *impletum* Bu. r) Cf. Ulp. L. 5. D. qui test. fac. XXVIII. 1. Paul. sent. rec. III. 4 a. §. 1. Diocl. et Max. L. 4. Cod. eod. tit. VI. 22. Infra §. 1. Inst. quib. non perm. test. II. 12. s) *feminis* omissa v. *personis* Hal. *femineis* Bu. t) *in* ins. Hal. u) *duodecim annos completos* Hal. *impletum* Bi. Bu. v) Huius paginae argumentum duplex sit necesse est. Apparet enim ex iis, quae praecedunt, tractatum de causis finiendae tutelae in ea continuari; quae autem sequuntur, caput de curationibus in ea incipere demonstrant. Quod in Epit. I. 8. quidem tale est: *Peractis pupillaribus annis, quibus tutores absolvuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatoribus sunt minores aetate, maiores eversores, insani. Hi, qui minores sunt, usque ad viginti et quinque annos impletos sub curatore sunt. Qui vero eversores, aut insani sunt, omni tempore vitae suae sub curatoribus esse iubentur, quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.* Goesch. x) Ad §. 1. et 2. cf. Ulp. L. 14. D. de tut. XXVI. 1. y) Verba *ut ingratus a patrono* add. G. Bu. uncis inclusa in text. rec. Be. desunt in Dig. l. c. plerisque Inst. mss., nec non in compluribus Theoph., cuius ed. princ., nec non Reitz. hab. *ἐὰν καταδουλωθῶσιν, ἀχάριστοι τυχὸν ὀφθέντες περὶ τοὺς οἰκείους πάτρωνας.* z) *tutor* om. G. Be. *tutor in* Bi. a) Cf. Paul. L. 4. pr. D. de tut. et rat. distr. XXVII. 3. b) *eius* om. Hal. c) Cf. Ulp. L. 6. §. 6. D. de legit. tutor. XXVI. 4. d) Cf. Ulp. L. 2. D. eod. e) *tempore* ins. Bu. f) Cf. Ulp. L. 14. §. 3. D. de tut. XXVI. 1. g) *autem* G. h) *qui* ins. Hal. *quod* ins. Bu. i) huj. lib. tit. XXV.

Tit. XXIII. a) De curationibus G. Be. b) *quidem* ins. Hal. De re ipsa cf. Ulp. fragm. XII. §. 4. Paul. L. 2. D. de curat. furios. XXVII. 10. c) *quia* Hal. Bi. Bu. d) *huius* Bi. e) *sint* Be. f) Illud quidem

§. Dantur autem curatores ab iisdem magistratibus, a quibus et[g] tutores; sed cu- I. §. 1.
rator testamento non datur, sed datus[h] confirmatur decreto praetoris vel[i] praesidis. §. Item I. §. 2.
inviti adolescentes curatores[k] non accipiunt, praeterquam in litem; curator enim[l] ad cer-
tam causam dari potest. §. Furiosi quoque et prodigi, licet maiores viginti quinque annis I. §. 3.
sint, tamen in curatione sunt agnatorum ex lege duodecim tabularum[m]; sed solent Ro-
mae praefectus urbi[n] vel praetor[o] et in provinciis praesides ex inquisitione eis curatores
dare. §. Sed et mente captis, et surdis, et mutis[p], et qui morbo perpetuo laborant, quia I. §. 4.
rebus suis superesse non possunt, curatores dandi sunt[q]. §. Interdum autem et pupilli I. §. 5.
curatores accipiunt, ut puta si legitimus[r] tutor non sit idoneus; quia[s] habenti tutorem
tutor dari non potest[t]. item si testamento datus tutor, vel a praetore, vel a[u] praeside,
idoneus non sit ad administrationem, nec tamen fraudulenter negotia administret, solet ei
curator adiungi. item in locum[x] tutorum, qui non in perpetuum, sed ad tempus a tutela
excusantur, solent curatores dari. §. Quod si tutor[y] adversa valetudine vel alia necessi- I. §. 6.
tate impediatur[z], quo minus negotia pupilli administrare possit, et pupillus vel absit vel
infans sit, quem velit actorem periculo ipsius tutoris[a] praetor, vel qui provinciae praeerit,
decreto constituet[b].

TIT. XXIV.

DE SATISDATIONE TUTORUM ET[a] CURATORUM.

§. Ne tamen *et* pupillorum pupillarumve, et eorum[b], qui quaeve in cu- I. pr. G. §. 199.
ratione sunt, negotia a tutoribus curatoribusve (*que*) consumantur aut[c]
diminuantur, curat[d] praetor, ut et[e] tutores et [*curatores*] eo nomine
satisdent. §. Sed hoc non est perpetuum[f]. nam et tutores testamento G. §. 200.
dati satisdare non coguntur, quia fides eorum et diligentia ab ipso te-
statore probata[g] est;

item ex inquisitione tutores vel curatores dati satisdatione non onerantur, quia idonei electi sunt.

*[*et*] curatores, ad quos non e lege curatio pertinet, sed [*qui*] vel a consule, vel a praetore, vel a praeside provinciae dantur, plerumque non coguntur satisdare, scilicet quia satis [idonei electi] sunt.*

---

planum est, Gaium hoc loco de curatoribus minorum agere. Sed si quid coniecturae detur, iam eo progredi licebit, ut Gaium maxime in exponenda notissima illa divi Marci constitutione occupatum fuisse dicamus, qua statutum est, ut omnes adulti curatores acciperent, non redditis causis: quae si ita sint, ad imperatorem Marcum referendum erit verbum *voluit*, quod in fine §. seq. legitur. Cf. Ulp. l. c. Epit. I. 8. Capitol. in Marco cap. 10. et supra h. C. §. 180. g) *et* om Bu. h) *datus tamen* Hal. i) *et* Bu. k) *curatorem* Bi. l) *et* ins. Hal. m) Cf. Ulp. fr. XII. §. 2. et L. 1. D. tit. cit. XXVII. 10. n) *urbis* Bi. Bu. o) *Praetores* Bu. Cf. Gai. L. 13. D. eod. Ulp. fr. XII. §. 3. p) Cf. Ulp. L. 8. §. 3. D. de tut. et cur. XXVI. 5. q) Cf. Paul. L. 2. D. de cur. fur. XXVII. 10. r) *eorum* ins. Bi. s) *quoniam* Hal. G. Be. t) *quia . . . potest* Tryphonin. L. 27. pr. D. de test. tut. XXVI. 2. u) *aut* omissa v. *a* Hal. *a* om. G. Be. x) *loco* omissa v. *in* Hal. *in loco* Bi. y) *vel* ins. Bi. z) *impeditur* G. a) *tutoris* om. Bi. b) *constituat* Bu. Cf. Pompon. L. 13. D. de tutel. XXVI. 1.

Tit. XXIV. a) *vel* Hal. G. Bu. b) *earumve* add. Bu. c) *vel* Hal. d) *curet* Hal. Bi. Bu. e) *et* om. Bu. f) *in omnibus tutelis* ins. Bu. De re ipsa cf. Modestin. L. 21. §. 5. Paul. L. 24. D. de tut. vel curat. XXVI. 5. g) *approbata* Hal. Bi. Bu.

I. §. 1. §. Sed si ex testamento vel inquisitione duo pluresve dati fuerint, potest unus offerre satis [h] de indemnitate pupilli vel adolescentis et contutori [i] vel concuratori praeferri, ut solus administret vel ut contutor [k] satis offerens praeponatur ei, ut [l] ipse solus administret. itaque per se non potest petere satis [m] a contutore vel [n] concuratore suo, sed offerre debet, ut electionem det contutori vel concuratori [o] suo, utrum velit satis accipere, an satis dare [p]. quod si nemo eorum satis offerat, si quidem adscriptum [q] fuerit [r] a testatore, quis gerat, ille gerere debet; quod si non fuerit adscriptum [s], quem maior pars elegerit, ipse gerere debet, ut edicto praetoris [t] cavetur; sin autem ipsi [u] tutores dissenserint circa eligendum eum vel eos, qui gerere debent, praetor partes suas interponere debet. Idem et in pluribus [x] ex inquisitione datis probandum [y] est, id est [z], ut maior pars eli-
I. §. 2. gere possit, per quem administratio fieret [a]. §. Sciendum autem est, non solum tutores vel curatores pupillis et [b] adultis ceterisque personis ex administratione [c] teneri, sed etiam in eos, qui satisdationem [d] accipiunt, subsidiariam actionem esse, quae ultimum eis praesidium possit afferre. subsidiaria autem actio datur in eos, qui aut [e] omnino a tutoribus vel curatoribus satisdari non curaverunt, aut non idonee passi sunt [f] caveri; quae quidem tam ex prudentium responsis [g], quam ex constitutionibus imperialibus [h] et [i] in heredes eo-
I. §. 3. rum extenditur. §. Quibus constitutionibus et [k] illud exprimitur, ut, nisi caveant tutores
I. §. 4. vel curatores, pignoribus captis coerceantur. §. Neque autem praefectus urbi, neque praetor [l], neque praeses provinciae, neque quis [m] alius, cui tutores dandi ius est, hac actione tenebitur, sed hi tantummodo, qui satisdationem exigere solent [n].

TIT. XXV.

DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM VEL [a] CURATORUM.

I. pr. Excusantur autem tutores vel [b] curatores variis ex causis, plerumque autem [c] propter liberos, sive in potestate sint, sive emancipati. si enim tres liberos superstites Romae quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in provinciis quinque, a tutela vel cura potest excusari [d], exemplo ceterorum munerum; nam et tutelam et [e] curam placuit publicum munus esse. sed adoptivi liberi non prosunt [f]; in adoptionem autem dati naturali patri pro-

---

h) *satisdationem* Hal. Bu. i) *suo* ins. Hal. k) *aut concurator* add. Hal. l) *et* G. Bi. Be. *ut et* Bu. m) *satisdationem* Hal. Bu. n) *a* ins. Bu. o) *vel concuratori* om. Bu. p) *satis dare, an satis accipere* Bu. Cf. Modestin L. 7. D. rem pupilli XLVI. 6. q) *scriptum* Bu. r) *sit* Bi. s) *scriptum* Bi. t) Ulp. L. 3. §. 1. 7. D. de adm. et per. tut. XXVI. 7. „*Si parens vel pater, qui in potestate habet, destinaverit testamento, quis tutorum tutelam gerat, illum debere gerere praetor putavit ... Si non erit a testatore electus tutor, aut gerere nolet* (*nollet* Flor.), *tum is gerat, cui maior pars tutorum tutelam decrevit.*" u) *ipsi* om. G. x) *compluribus* Bu. y) *comprobandum* Bi. z) *id est* om. Bi. a) *fiat* Hal. Cf. Ulp. L. 19. §. 1. D. de test. tut. XXVI. 2. b) *vel* Hal. G. Be. c) *rerum* ins. Hal. G. B. d) *satisdationes* Bi. e) *vel* Bi. f) *curaverint ... essent* Bi. Bu. g) Cf. Dig. de mag. conven. XXVII. 8. h) Alex., Gordian., Diocl. et Maxim. Ll. 2—6. Cod. de mag. conv. V. 75. cf. Basil. XXXVIII. 8. i) *etiam* Hal. k) *et* om. Bu. l) *urbis ... Bi. Praefectus neque Praetor urbis* Bu. οὔτε δὲ ὁ (δὲ ὁ om. Reitz.) ῥώμης, οὔτε δὲ ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος κ. τ. λ. Theoph. ex ed. princ. cf. interpr. m) *quisquam* Hal. n) *debent* Bi.

Tit. XXV. a) *Et* Bi. *De excusatione tutorum et ..* Bu. b) *et* Hal. c) *tamen* Hal. *autem* om. Bi. d) *possunt excusari* Bi, *potest se excusare* Bu. Sever. et Anton. L. 1. Cod. qui num. liber. V. 66. e) *vel* G. Be. f) Cf. Ulp. L. 2. §. 2. D. de vac. et exc. mun. L. 5.

sunt. item nepotes ex filio prosunt, ut in locum patris [g] succedant; ex filia non prosunt [h]. filii autem superstites tantum ad tutelae vel curae muneris excusationem prosunt, defuncti [i] non prosunt. sed si in bello amissi sunt, quaesitum est, an prosint? et constat, eos solos prodesse, qui in acie amittuntur; hi enim, qui pro republica ceciderunt [k], in perpetuum per gloriam vivere intelleguntur. §. Item divus Marcus in semestribus [l] rescripsit, I. § 1.
eum, qui res fisci administrat, a tutela vel cura, quamdiu administrat, excusari posse. §. Item I. §. 2.
qui rei publicae causa absunt, a tutela vel cura excusantur; sed et si fuerint [m] tutores vel curatores [n], deinde rei publicae causa abesse coeperint [o], a tutela vel cura excusantur [p], quatenus rei publicae causa absunt, et interea curator loco eorum datur. qui si reversi fuerint, recipiunt onus tutelae, [q] nec anni habent vacationem, ut Papinianus libro quinto responsorum scripsit [r]; nam hoc spatium habent ad novas tutelas vocati [s]. §. Et qui pot- I. §. 3.
estatem aliquam habent, excusare se possunt [t], ut divus Marcus rescripsit, sed coeptam [u] tutelam deserere non possunt. §. Item propter litem, quam cum pupillo vel adulto tutor I. §. 4.
vel curator habet, excusare nemo [v] se potest, nisi forte de omnibus bonis vel [x] hereditate controversia sit [y]. §. Item tria onera tutelae vel curae non affectatae praestant vacatio- I. §. 5.
nem, quamdiu administrantur, ut tamen plurium pupillorum tutela vel cura eorumdem bonorum, veluti fratrum, pro una computetur [z]. §. Sed et propter paupertatem excusatio- I. §. 6.
nem tribui, tam divi fratres, quam per se divus [a] Marcus rescripsit, [b] si quis imparem se oneri iniuncto possit docere [c]. §. Item propter adversam valetudinem, propter quam nec [d] I. §. 7.
suis quidem negotiis interesse quis [e] potest, excusatio locum habet [f]. §. Similiter eum [g], I. §. 8.
qui literas nesciret, excusandum [h] esse divus Pius rescripsit, quamvis et imperiti literarum possint [i] ad administrationem negotiorum sufficere [k]. §. Item si propter inimicitias [l] I. §. 9.
aliquem [m] testamento tutorem pater dederit, hoc ipsum praestat ei excusationem, sicut per contrarium non excusantur qui se tutelam patri pupillorum administraturos promiserunt [n].
§. Non esse autem [o] admittendam excusationem eius, qui hoc solo utitur, quod ignotus I. §. 10.
patri pupillorum sit, divi fratres rescripserunt [p]. §. Inimicitiae, quas quis cum patre pu- I. §. 11.
pillorum vel adultorum [q] exercuit, si capitales fuerunt, nec reconciliatio intervenit [r], a tutela vel cura solent excusare [s]. §. Item [t] qui status controversiam a pupillorum patre I. §. 12.
passus est, excusatur a tutela [u]. §. Item maior septuaginta annis a tutela vel [x] cura se I. §. 13.
potest excusare [y]. minores autem viginti quinque annis olim quidem excusabantur, a [z] no-

---

g) *sui* ins. Hal. h) Cf. Antonin. L. 2. Cod. tit. cit. i) *autem* ins. Hal. *sed defuncti* Bu. Cf. Modestin. L. 2. §. 2. sqq. D. de excusationib. XXVII. 1. k) Cf. Ulp. L. 18. D. de excus. XXVII. 1. Modest. L. 14. pr. D. de vac et exc. mun. L. 5. l) *Semenstribus* G. m) *fuerunt* Bi. n) *dati* ins. Hal. o) *coeperunt* Bi. p) Cf. Hermogen. L. 41. §. 2. D. de excus. XXVII. 1. Gordian. L. 1. Cod. si tut. v. cur. reip. c. V. 64. q) *nam* ins. Hal. r) *rescripsit* G. s) Cf. Gordian. L. 2. Cod. tit. cit. t) Cf. Modest. L. 6. §. 16. D. de excus. XXVII. 1. u) *susceptam* Hal. *receptam* Bi. *acceptam* Al. v) *excusari non p.* Hal. x) *de* ins. Bi. Bu. y) Cf. Marcian. L. 21. pr. D. eod. z) Cf. Ll. 3. sqq. D. eod. a) *tribui posse, divi fratres et divus* Bu. *οἱ θειότατοι ἀδελφοὶ σεβῆρος* [*Βῆρος* Schol.] *καὶ ἀντωνῖνος ἀντέγραψαν, καὶ μάρκος δὲ καθ' ἑαυτὸν ἀντέγραψε.* Theoph. ex ed. princ. cf. interpr. b) *ut* ins. Bu. c) Cf. Ulp. L. 7. D. eod. d) *ne* Hal. e) *quis* om. Hal. G. Bu. f) Cf. Modest. L. 10. §. 8. D. eod. g) *eos* Hal. *cum* post *nesciret* collocavit Bu. h) *nesciunt, excusandos* Hal. i) *possunt* G. Be. k) Cf. Modest. L. 6. §. 19. D. de excus. XXVII. 1. l) *inimicitiam* Bi. m) *in* ins. Bu. n) *promiserunt* Hal. Cf. Modest. L. 15. §. 1. D. tit. cit. o) *autem* om. G. Be. p) Cf. L. 15. cit. §. 14. q) *pupilli vel adulti* Bu. r) *fuerint .... intervenerit* Bu. s) Cf. L. 6. cit. §. 17. t) *is* ins. Hal. Bi. Bu. u) Cf. L. 6. cit. §. 18. x) *et* Hal. y) Cf. Modest. L. 2. pr. D. de exc. XXVII. 1. z) *a* om. Hal.

stra autem constitutione [a] prohibentur ad tutelam vel curam aspirare. adeo ut nec excusatione opus sit [b]. qua constitutione cavetur, ut nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus, cum erat [c] incivile, eos, qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere
I. §. 14. noscuntur et ab [d] aliis reguntur, aliorum tutelam vel curam subire. §. Idem in milite ob-
I. §. 15. servandum est, ut nec volens ad tutelae munus [e] admittatur [f]. §. Item Romae grammatici, rhetores et [g] medici, et qui in patria sua id [h] exercent, et intra numerum sunt, a tu-
I. §. 16. tela vel [i] cura habent vacationem [k]. §. Qui autem se vult excusare, si plures habeat excusationes et de quibusdam non probaverit, aliis uti intra tempora [l] non prohibetur [m]. qui autem [n] excusare se volunt, non appellant [o], sed intra dies quinquaginta continuos [p], ex quo se [q] datos cognoverunt, excusare se debent [r], cuiuscumque generis sint [s], id est qualitercumque dati fuerint tutores, si intra centesimum lapidem sunt ab eo loco, ubi tutores dati sunt [t]. si vero ultra centesimum [u] habitant, dinumeratione facta viginti milium diurnorum et amplius triginta dierum; quod [v] tamen, ut [x] Scaevola dicebat, sic debet [y]
I. §. 17. computari, ne [z] minus sint, quam quinquaginta dies. §. Datus tutor ad universum patri-
I. §. 18. monium datus esse creditur [a]. §. Qui tutelam alicuius gessit, invitus curator eiusdem fieri non compellitur [b]; in tantum ut, licet pater [c], qui [d] testamento tutorem dedit, adiecerit, se eumdem curatorem dare, tamen invitum eum curam suscipere non cogendum, divi [e] Se-
I. §. 19. verus et Antoninus rescripserunt [f]. §. Iidem rescripserunt [g], maritum uxori suae curato-
I. §. 20. rem datum excusare se posse, licet se immisceat. §. Si quis autem falsis allegationibus excusationem tutelae meruerit [h], non est liberatus [i] onere tutelae [k].

TIT. XXVI.

DE SUSPECTIS TUTORIBUS VEL [a] CURATORIBUS.

I. pr. §. 1. Sciendum [b] est, suspecti crimen ex [c] lege duodecim tabularum descendere. §. Datum est autem ius removendi suspectos tutores Romae praetori et in provinciis praesidi-
I. §. 2. bus earum et legato proconsulis [d]. §. Ostendimus, qui possunt [e] de suspecto cognoscere; nunc videamus, qui suspecti fieri possunt [f]. et quidem omnes tutores possunt [g], sive testamentarii sint sive non [h], sed alterius generis tutores; quare et si legitimus sit [i] tutor, ac-

---

a) L. 5. Cod. de legit. tut. V. 30. b) *fiat* G. c) *sit* Hal. d) *ab* om. G. *sub* hab. Bi. Bu. e) *onus* Hal. G. Be. Bu. *tale onus* Al. *tale munus* Al. f) Cf. Philipp. L. 4. Cod. qui dare tut. V. 34. g) *et* om. Bi. h) pro *id* Hal. hab. *has artes.* i) *et* Hal. k) Cf. Modest. L. 6. §. 1—12. D. de exc. XXVII. 1. l) *constituta* add. Hal. m) Marcian. L. 21. §. 1. D. eod. n) *enim* Bu. o) Cf. Ulp. L. 1. §. 1. D. quando appell. XLIX. 4. p) Cf. Modest. L. 13. §. 9. D. de excus. XXVII. 1. q) *se esse tutores vel curatores datos cognoverint* Hal. *ex quo cognoverunt* om. reliqua G. *se esse t. v. cur. d. cognoverunt* Be. *nominatos se cogn.* Bu. r) Cf. Alex. L. 6. Cod. de excus. V. 62. s) *sunt* G. t) *dati fuerint tutores* Bu. u) *lapidem* rep. Hal. v) *qui* Hal. x) *ut* om. Bi. y) *debent* Hal. *debere* Bi. z) *ut ne* Bi. a) Marcian. L. 21. cit. §. 2. b) Cf. Diocl. et Maxim. L. 20. Cod. de excus. V. 62. c) *paterfamilias* Hal. G. Be. d) *in* ins. Bu. e) *divus* Bi. *divi fratres Severus* Bu. f) *rescripserint* Hal. Be. g) Cf. Alexand. L. 2. Cod. qui dare tut. V. 34. et Antonin. L. 4. Cod. de excus. V. 62. h) *meruit* G. Be. i) *ab* ins. Bi. k) Cf. Paul. L. 60. pr. D. de rit. nupt. XXIII. 2. Tit. Cod. si tutor v. cur. falsis allegatt. exc. tit. V. 63.

Tit. XXVI. a) *Et* Bi. Be. b) Pr. §. 1—3. Ulp. L. 1. §. 2—7. D. h. t. XXVI. 10. c) *a* Bi. Be. d) Cf. Macer L. 4. pr. D. de off. eius cui mand. est iurisd. I. 21. e) *possint* Hal. *possent* G. Be. f) *possint* Hal. G. Be. g) *Et possunt quidem omn. t. fieri suspecti* Hal. *Et q. omn. tut. fieri p. suspecti* Bu. h) *sint* rep. Dig. et Hal. Bi. i) *fuerit* Hal.

cusari poterit. quid si patronus? adhuc idem erit dicendum, dummodo meminerimus, fa-
mae patroni parcendum esse [k], licet ut suspectus remotus fuerit [l]. §. Consequens est, ut I. §. 3.
videamus, qui possint [m] suspectos postulare. et sciendum est [n], quasi publicam esse hanc
actionem [o], hoc est omnibus patere. quinimmo et mulieres admittuntur ex rescripto divo-
rum [p] Severi et Antonini, sed eae solae, quae pietatis necessitudine [q] ductae ad hoc pro-
cedunt, ut puta mater, nutrix quoque et avia possunt [r], potest et soror; sed et si qua
alia mulier fuerit, cuius praetor propensam pietatem [s] intellexerit, sexus verecundiam non
egredientem [t], sed pietate productam, non continere [u] iniuriam pupillorum, admit-
tet [v] eam ad accusationem. §. Impuberes non possunt tutores suos suspectos postulare; I. §. 4.
puberes autem curatores suos ex consilio necessariorum suspectos possunt arguere, et ita
divi [w] Severus et Antoninus rescripserunt [x]. §. Suspectus autem est qui non ex fide tu- I. §. 5.
telam gerit, licet solvendo sit [y], ut Iulianus quoque scripsit [z]. sed et ante quam incipiat
tutelam gerere tutor, posse eum quasi suspectum removeri, idem Iulianus scripsit et se-
cundum eum constitutum est [a]. §. Suspectus autem remotus, si quidem ob dolum, famo- I. §. 6.
sus est; si ob culpam, non aeque [b]. §. Si quis autem suspectus postulatur, quoad [c] cog- I. §. 7.
nitio finiatur, interdicitur ei [d] administratio [e], ut Papiniano visum est. §. Sed si suspecti I. §. 8.
cognitio suscepta fuerit, posteaque tutor vel curator decesserit, extinguitur suspecti cogni-
tio. §. Si quis tutor [f] copiam sui non faciat, ut alimenta pupillo decernantur, cavetur epi- I. §. 9.
stola divorum [g] Severi et Antonini [h], ut in possessionem bonorum eius pupillus mittatur,
et quae mora deteriora futura sunt dato curatore distrahi iubentur. ergo ut suspectus re-
moveri poterit qui non praestat alimenta. §. Sed si quis praesens negat propter inopiam I. §. 10.
alimenta [i] posse decerni, si hoc per mendacium dicat, remittendum eum esse ad praefe-
ctum urbi [k] puniendum placuit; sicut ille remittitur, qui data pecunia ministerium tutelae
redemit [l]. §. Libertus quoque si fraudulenter gessisse tutelam filiorum vel nepotum pa- I. §. 11.
troni probetur, ad praefectum urbi [k] remittitur puniendus [m]. §. Novissime [n] sciendum est, I. §. 12.
eos, qui fraudulenter tutelam vel curam [o] administrant, etiam si satis offerant, removen-
dos esse [p] a tutela; quia satisdatio tutoris propositum malevolum [q] non mutat, sed diu-
tius grassandi in re familiari facultatem praestat [r]. §. Suspectum [s] enim [t] eum putamus, I. §. 13.
qui moribus talis est, ut suspectus sit. enimvero tutor vel curator [u], quamvis pauper est [x],
fidelis tamen et diligens, removendus non est quasi suspectus.

---

k) *esse* om. G. Be. et Dig., quae habent *patrono parcendum,* omissis verbis *licet ... fuerit.* l) Cf. Modest. L. 9. D. de susp. tut. XXVI. 10. m) *possunt* G. Dig. n) *est* om. Bu. o) *accusationem* Hal. p) *divi* Bi. q) *necessitate* Bu. r) *possunt* om. Hal. s) *quam praetor propensa pietate* Hal. *perpensam pietatem* G. Bi. Be. *γυνὴ, ἧς ὁ πραίτωρ ὁρᾷ τὴν γνώμην βλέπουσαν εἰς τὸ εὐσεβεῖν.* Theoph. t) *egredientis* G. u) *sustinere* Hal. v) *admittit* Bi. *pupillorum, Praetor admittit* Bu. w) *divus* Bi. Bu. x) Cf. Ulp. L. 7. D. h. t. XXVI. 10. y) *est* Bi. z) *rescripsit* G. et sic mox iterum. a) Cf. Alex. L. 3. Cod. h. t. V. 43. b) *οὐκέτι* Theoph. Diocl. et Max. L. 9. Cod. eod. c) *antequam* Bu. d) *ei* om. Bi. *interdicatur* omissa v. *ei* Bu. e) Cf. Alex. L. 7. Cod. h. t. f) Cf. Ulp. L. 3. §. 14. L. 7. §. 2. 3. D. h. t. XXVI. 10. g) *divi* Bi. h) Cf. Antonin. L. 1. Alex. L. 2 Cod. de alim. pup. praestand. V. 50. i) *non* ins. G. Bi. Be. k) *urbis* Bi. Bu. l) *adquisierit, vel redemerit* Hal. *d. p. ministeriis tutelam redemit* G. *redemerit* Bi. Be. Cf. Ulp. L. 3. cit. §. 15. m) Ulp. L. 2. D. eod. n) *autem* ins. Hal. o) *vel curam* om. Hal. p) *esse* om. G. Bu. q) *propositum tutoris malevoli* Bu. r) Cf. Ulp. L. 5. Callistr. L. 6. D. h. t. XXVI. 10. s) Ulp. L. 8. D. h. t. t) *etiam* Hal. Al. u) Verba *vel curator* desunt in Dig. x) *sit* Bu.

INSTITUTIONUM D. IUSTINIANI LIBER SECUNDUS.	GAII INSTITUTIONUM COMMENTARIUS SECUNDUS.

INSTITUTIONUM D. IUSTINIANI LIBER SECUNDUS. | *GAII INSTITUTIONUM COMMENTARIUS SECUNDUS.*

TIT. I.

DE RERUM DIVISIONE ET QUALITATE [a].

p. 55.
I. pr. G. §. 1. |§. [Superiore [b] libro (*commentario*) de iure personarum] exposuimus. modo videamus de rebus; quae vel in nostro patrimonio sunt [c], vel extra nostrum patrimonium habentur.
quaedam enim [d] naturali iure communia sunt omnium, quaedam publica [e], quaedam universitatis, quaedam nullius, pleraque singulorum, quae variis ex causis cuique acquiruntur, sicut ex subiectis apparebit [f].
I. §. 1. §. Et quidem naturali iure communia sunt omnium haec: aër, aqua profluens et mare et per hoc litora maris. nemo igitur ad litus [g] maris accedere prohibetur [h], dum tamen villis et monumentis et aedificiis abstineat [i], quia non sunt iuris gentium, sicut et [k] mare.
I. §. 2. §. Flumina autem omnia et portus publica sunt, ideoque ius piscandi omnibus commune est in portu [l] fluminibusque.
I. §. 3. §. Est autem litus maris, quatenus hibernus fluctus maximus excurrit [m].
I. §. 4. §. Riparum [n] quoque usus publicus est iuris gentium [o], sicut ipsius fluminis. itaque naves ad eas applicare, funes [p] arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen navigare; sed proprietas earum [q] illorum est, quorum praediis adhaerent [r], qua de causa arbores quoque in iisdem natae eorumdem sunt.
I. §. 5. §. Litorum quoque usus publicus [s] iuris gentium est, sicut [t] ipsius maris; et ob id quibuslibet [u] liberum est casam ibi ponere, in quam [x] se recipiant [y], sicut retia siccare et ex mari deducere [z]. proprietas autem eorum potest intellegi nullius esse, sed eiusdem iuris esse, cuius et mare et quae subiacent [a] mari,

---

a) *De rerum divisione et adquirendo ipsarum dominio* Hal. *De rerum divisione.* Bi. Bu. b) *In superiore* Bu. Ad Gaii §. 1—3. 5. 8. 9—11. cf. Epit. II. 1. pr. §. 1. c) *sunt* om. Hal. G. Bu. d) Usque ad §. 2. Marcian. L. 4. D. h. t. I. 8. e) *quaedam publica* om. Dig. f) *sicut ... apparebit* om. Dig. g) *littora* Bu. h) *piscandi causa* add. Dig. i) *abstineatur* Dig. k) *est* Hal. l) *in* ins. Bu. m) Cf. Cels. L. 96. Iavolen. L. 112. D. de verb. sign. L. 16. n) Gai. L. 5. pr. D. h. t. I. 8. o) *iure gentium* Hal. et Dig. p) *etiam* add. Bu. q) *riparum* add. Bu. r) *haerent* G. Br. Dig. s) *et* ins. Hal. Bu. t) *sicut et* Hal. u) *cuilibet* Hal. x) *in qua* Bi. Bu. y) *recipiat* Hal. Gai. L. 5. §. 1. D. h. t. z) *reducere* G. Be. a) *subiacet* Hal. G.

terra vel arena [b]. §. Universitatis sunt [c], non singulorum, veluti [d] quae in civitatibus sunt, ut [e] theatra, stadia et similia [f], et [g] si qua alia communia sunt civitatum. I. §. 6.

§. Nullius autem sunt res sacrae et religiosae et sanctae [h]; quod enim divini iuris est, id nullius in bonis est [i]. §. Sacrae [k] sunt quae rite et [l] per pontifices deo consecratae [m] sunt, veluti aedes sacrae et dona [n], quae rite ad ministerium dei dedicata sunt, quae etiam per nostram constitutionem [o] alienari et obligari prohibuimus, excepta causa redemptionis captivorum. si quis vero [p] auctoritate sua quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum. locus autem, in quo sacrae aedes aedificate sunt, etiam diruto aedificio adhuc sacer manet [q], ut et Papinianus [r] scripsit.

I. §. 7. G. §. 2 §. *Summa itaque* [s] *rerum divisi[o in duos articulos deducitur: nam aliae sunt divini iuris], aliae humani.* I. §. 8. G. §. 3. §. *Divini iuris sunt veluti res sacrae et religiosae.* G. §. 4. §. *Sacrae sunt, quae diis superis consecratae sunt; religiosae, quae diis manibus relictae sunt.* G. §. 5. §. *Sed sacrum* | — *litt.* 22 — | [t] *auctoritate* | — *litt.* 22 — | [u] *[lege de] ea re lata, aut senatusconsulto facto.*

§. Religiosum locum unusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum; in communem autem locum purum invito socio inferre non licet; in commune vero sepulcrum etiam invitis ceteris licet inferre [x]. item si alienus ususfructus est, proprietarium placet, nisi consentiente usufructuario, locum religiosum non facere [y]. In alienum locum concedente [z] domino licet inferre et [a] licet postea ratum non [b] habuerit, quam illatus est mortuus sine voluntate eius [c], tamen locus religiosus fit [d].

I. §. 9. G. §. 6. §. *Religiosum vero nostra voluntate facimus mortuum inferentes in locum nostrum, si modo eius mortui funus ad nos pertineat.* G. §. 7. §. *Sed in provinciali solo placet plerisque, solum religiosum non fieri, quia in [eo solo] dominium populi Romani est, vel Caesaris; nos autem possessionem tantum [et u]sumfructum habere videmur* [e]. *utique tamen [eiusmodi locus, licet non sit] religiosus, pro religioso [habetur]: quia etiam quod in provinciis non ex auctoritate populi Romani consecratum est, [* quamquam *] proprie sacrum non est, tamen pro sacro habetur.*

§. Sanctae [f] quoque res, velut muri et portae [g], quodammodo divini iuris sunt et ideo nullius in bonis sunt [h]. ideo autem muros sanctos dicimus, quia I. §. 10. G. §. 8.

---

b) Cf. Paul. L. 51. D. de contr. empt. XVIII. 1. *c*) Marcian. L. 6. §. 1. D. h. t. I. 8. *d*) *veluti* om. Hal. *e*) *ut* om. Dig. G. Be. *f*) *et similia* om. Hal. *g*) *et* om. G. Be. *h*) *sacra et religiosa et sancta* Bi. *i*) *Sacrae res et religiosae et sanctae nullius in bonis sunt.* Marcian. §. 2. L. cit. *k*) *res* ins. Hal. G. Be. *Sacra* Bi. *Et sacra sunt* Bu. *l*) *et* om. Hal. *m*) *consecrata* Bi. Bu. *n*) *donaria* Hal. G. Be. *o*) L. 21. Cod. de sacros. eccl. I. 2. cf. Nov. 110. c. 10. *p*) *autem* Hal. *q*) Cf. Marcian. §. 3. L. 6. cit. *r*) Papin. L. 73. pr. D. de contr. empt. XVIII. 1. *s*) §. 2. et 3. extant in L. 1. pr. D. h. t. 1. 8. (Gai. lib. II. inst). *t*) E vestigiis codicis restituendum videtur: „*fit quod consulum censorum praetorum*". *u*) Legendum videtur aut *populi*, quod Blumio placet, aut *publica*. Goesch. Malim *pontifice praeeunte consecratur.* Kl. *x*) Cf. Callistr. L. 41. D. de relig. et sumpt. fun. XI. 7. *y*) Cf. Ulp. L. 2. §. 7. eod. *z*) *consentiente* Hal. *a*) *sed* Bi. *b*) *non* om. G. Be. *c*) *sine voluntate eius* om. Hal. G. Be. et Marcian. L. 6. cit. §. 4. unde §. nost. desumpt. est. Sed Theoph.: *Καὶ ἐν ἀλλοτρίῳ τόπῳ, συγχωροῦντος τοῦ δεσπότου, ἔξεστι λείψανον ἀποτίθεσθαι, καὶ ῥελίγιοσος ὁ τόπος ἀποτελεῖται. εἰ δὲ καὶ παρὰ γνώμην ἀπέθετο, μαθὼν δὲ τοῦτο κύριον ἡγήσατο τὸ πραχθὲν ὁ δεσπότης, καὶ οὕτως γίνεται ῥελιγίοσος ὁ τόπος.* *d*) Cf. Ulp. L. 2. D. de relig. et sumpt. fun. XI. 7. *e*) Cf. Theoph. II. 1. §. 40. Simplicius ap. Goes. p. 76. *f*) L. 1. pr. cit. h. t. *g*) *civitatis* add. Hal. *h*) *sunt* om Bu. Cf. Gai. L. 1. pr. D. h. t. I. 8. et Marcian. L. 8. eod.

poena capitis constituta est in eos, qui aliquid in muros deliquerint; ideo et legum eas partes, quibus poenas [i] constituimus adversus eos, qui contra leges [k] fecerint, sanctiones vocamus [l].

G. §. 9. §. *Quod autem* [m] *[divini] iuris est, id nullius in bonis est: id vero, quod humani*
p. 56. *|[iuris est, plerumque alicuius in bonis est; potest autem et nullius in bonis esse. nam res*
G. §. 10. *hereditariae antequam aliquis heres existat, nullius in bonis sunt. §. Hae autem res,*
G. §. 11. *quae humani iuris sunt, aut publicae sunt, aut privatae. §. Quae publicae sunt, nullius in bonis esse creduntur; ipsius enim universitatis esse creduntur. privatae autem sunt, quae singulorum sunt].*

[Sequuntur ex Iustiniani institutionum ordine Gaii institutionum Comm. II. §. 65—79.]

I. §. 11. G. §. 65. §. Singulorum autem hominum multis modis res fiunt; quarumdam enim rerum dominium nanciscimur [n] iure naturali, quod, sicut diximus, appellatur ius gentium; quarumdam [o] iure civili. commodius est itaque a vetustiore iure incipere; palam est autem, vetustius esse ius naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit; civilia enim [p] iura tunc esse coeperunt, cum [q] civitates condi et magistratus creari et leges scribi coeperunt.

§. *Ergo ex his, quae diximus, apparet, quaedam naturali iure alienari, qualia sunt ea, quae traditione alienantur, quaedam civili* [r]; *nam mancipationis et in iure cessionis et usucapionis ius proprium est civium Romanorum* [s].

I. §. 12. G. §. 66. §. Ferae igitur bestiae et volucres et pisces, id est omnia animalia, quae mari, caelo et terra [t] nascuntur, simul atque ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt [u]; quod enim [v] ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur. nec interest, feras bestias et volucres utrum in suo fundo quis [x] capiat, an in alieno. plane qui in alienum fundum ingreditur venandi aut aucupandi gratia, potest a domino, si is praeviderit [y], prohiberi, ne ingrediatur. quidquid autem eorum ceperis [z] eo usque tuum esse intellegitur, donec tua custodia coerceatur [a].

§. *Nec tamen* [b] *ea tantum, quae traditione nostra fiunt, naturali nobis ratione acquiruntur, sed etiam quae occupando* | — *litt.* 17 — | [c] *qui antea nullius essent: qualia sunt omnia, quae terra, mari, caelo capiuntur.* G. §. 67. §. *Itaque* [d] *si feram bestiam, aut volucrem, aut piscem* | — *litt.* 16 — | *captum* | — *litt.* 25 — | [e] *eousque nostrum esse intellegitur,* p. 70. |*donec nostra custodia coerceatur.*

---

i) *poenam* Bi. k) *legem* Bu. l) Cf. Ulp. L. 9. D. t. Σάγκιρε γὰρ ἐστι τὸ ὀχυροῦν· ἐπεὶ οὖν ἀσφαλίζεται ἡμᾶς τὰ τείχη, διὰ τοῦτο σάγκτα προσαγορεύεται. Theoph. Cf. Basil. XXXVIII. 3. m) §. 9. 10. et 11. extant in L. 1. pr. cit. n) *nanciscuntur* Bi. o) *vero* ins. Hal. p) *autem* Hal. q) *et* ins. Hal. r) Cf. Gai. L. 1. pr. D. de acq. rer. dom. XLI. 1. s) Boëth. in Cic. top. lib. III. (ad c. 5.) Ulp. XIX. §. 4. Cic. de offic. I. 12. t) *quae in terra, mari, caeloque* Bi. *quae in caelo, quae in terra, quae in mari* Bu. u) Cf. Gai. L. 1. cit. v) Haec usque ad verba *occupantis fit* extant ex Gaii reb. quotid. in L. 3. D. tit. cit. x) *quisque* G. Be. Bu. y) *providerit* G. z) Digesta utuntur prima pers. plur. a) *coercetur* Hal. G. Be. b) Cf. Gai. L. 1. cit. §. 1. et L. 3. pr. D. eod. c) *Ileo acquisierimus* proposuit Goesch. ex vestigiis codicis restituendum. d) Cf. L. 3. cit. §. 2. et idem Gai. L. 5. pr. eod. e) Sententia plana est: si f. b., a. u., a. piscem *ceperimus, quidquid ita captum fuerit, id statim nostrum fit, et eousque* etc. Goesch.

cum vero [f] custodiam tuam (*nostram*) evaserit et in naturalem libertatem se receperit, tuum esse desinit et rursus occupantis fit (*quia nostrum esse desinit*). naturalem autem [g] libertatem recipere intellegitur (*videtur*), cum vel (*aut*) oculos tuos [h] (*nostros*) effugerit (*evaserit*), vel ita sit (*aut licet*) in conspectu (*sit*) tuo (*nostro*), ut difficilis *tamen* sit eius (*rei*) persecutio.

§. Illud quaesitum est, an, si fera bestia ita [i] vulnerata sit, ut capi possit, statim tua esse intellegatur? quibusdam [k] placuit, statim tuam esse et eo usque tuam videri, donec eam persequaris; quodsi desieris eam [l] persequi, desinere tuam esse et rursus fieri occupantis: alii [m] non aliter putaverunt tuam esse, quam si eam [n] ceperis. sed posteriorem sententiam nos confirmamus [o], quia multa accidere possunt [p], ut eam non capias. I. §. 13.
§. Apium quoque natura fera est; itaque [q] quae in arbore tua consederint, antequam a te alveo includantur [r], non magis tuae esse intelleguntur [s], quam volucres, quae in tua arbore nidum fecerint [t]; ideoque si alius eas incluserit, is [u] earum dominus erit. Favos quoque, si quos eae fecerint [x], quilibet eximere potest; plane integra re si praevideris [y] ingredientem in [z] fundum tuum, potes [a] eum iure prohibere, ne ingrediatur [b]. Examen quoque, quod ex alveo tuo evolaverit, eo usque tuum esse intellegitur, donec in conspectu tuo est, nec difficilis est eius persecutio; alioquin occupantis fit. I. §. 14.
§. Pavonum quoque et columbarum fera natura est, nec ad rem pertinet, quod ex consuetudine avolare [c] et revolare solent; nam et apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam. cervos quoque [d] quidam ita mansuetos habent, ut in silvas [e] ire et redire soleant [f], quorum et ipsorum feram esse naturam nemo negat. I. §. 15.
§. In iis autem animalibus, quae ex consuetudine abire et redire solent, G. §. 68.

talis regula comprobata est, ut eo usque tua esse intellegantur, donec animum revertendi habeant. nam si [g] revertendi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt et fiunt [h] occupantium.	*veluti columbis et apibus, item cervis, qui in silvas ire et redire solent, talem habemus regulam traditam, ut si revertendi animum habere desierint, etiam nostra esse desinant et fiant occupantium.*

revertendi autem animum videntur desinere [i] habere [k], cum revertendi consuetudinem deseruerint [l].

§. Gallinarum autem [m] et anserum non est fera natura, idque ex eo possumus intellegere, quod aliae sunt gallinae, quas feras vocamus, item alii [n] anseres, quos feros ap- I. §. 16.

---

f) *autem* Bu. g) *vero* Bu. Haec usque ad §phi 17. verba *nostra fiunt* fere ad verbum extant ex Gaii reb. quotid. in L. 5. cit. h) *nostros* Dig. i) *an fera bestia, quae ita* Dig. k) *Trebatio* Dig. *Et quibusdam* Hal. l) *eam* om. G. Bi. Be. m) *alii vero* Hal. *occupantis; itaque si per hoc tempus, quo eam persequimur, alius eam ceperit eo animo, ut ipse lucri faceret, furtum videri nobis eum commisisse. Plerique* Dig. n) *eam* om. Bi. Bu. o) *sed ... confirmamus* non hab. Dig. p) *quod ... soleant* Hal. *solent* Bi. Bu. q) *apes* repet. Hal. r) *concludantur* Dig. s) *intelligantur* Bu. t) *faciunt* Bu. u) *is* om. Dig. *ipse* hab. Bi. x) *quos effecerint* Hal. G. Be. Bu. y) *provideris* G. z) *in* om. Hal. a) *poteris* Hal. b) *potest, sed, ut supra quoque diximus, qui in alienum fundum ingreditur, potest a domino, si is providerit, iure prohiberi, ne ingrediatur* Dig. c) *evolare* Hal. Bi. d) *quoque* om. Bu. e) *silvam* Hal. f) *eant et redeant* Dig. g) *Cum autem* Bu. *quodsi* Dig. h) *desinant ... fiant* Dig. i) *desiisse* Dig. k) *tunc* add. Hal. et Dig. l) *deseruerunt* Bi. Be. m) *autem* om. Dig. n) *sunt* repet. Hal.

net is ager, cuius et [s] fuerat. §. Quodsi naturali alveo in universum derelicto [t] alia parte [u] I. §. 23.
fluere [x] coeperit, prior quidem alveus eorum est, qui prope ripam eius praedia possident, pro modo scilicet latitudinis cuiusque agri, quae latitudo prope ripam sit [y]; novus autem alveus eius iuris esse incipit, cuius et flumen ipsum, id est publicus [z]; quodsi post aliquod tempus ad priorem alveum reversum fuerit flumen, rursus novus alveus eorum esse
incipit, qui prope ripam eius praedia possident. §. Alia sane causa est, si cuius [a] totus I. §. 24.
ager inundatus fuerit; neque enim inundatio speciem fundi commutat, et ob id, si recesserit aqua, palam est, eum fundum eius manere, cuius et fuit [b].

I. §. 25. (G. §. 79.)

§. Cum ex aliena materia species aliqua facta sit ab aliquo, quaeri solet, quis eorum naturali ratione dominus sit, utrum is, qui fecerit, an ille potius, qui materiae dominus fuerit? ut ecce, si quis ex alienis uvis aut olivis aut spicis vinum aut oleum aut frumentum fecerit; aut ex alieno auro vel argento vel aere vas aliquod fecerit [c]; vel ex alieno vino et melle mulsum miscuerit; vel ex alienis medicamentis emplastrum aut collyrium composuerit; vel ex aliena lana vestimentum fecerit; vel ex alienis tabulis navem vel armarium [d] vel subsellium fabricaverit. et post multas Sabinianorum et Proculianorum ambiguitates [e] placuit media sententia existimantium, si ea species ad materiam [f] reduci [g] possit, eum videri dominum esse, qui materiae dominus fuerit [h]; si non possit [i] reduci, eum potius intellegi dominum, qui fecerit [k]. ut ecce vas conflatum potest ad rudem massam [l] aeris vel argenti vel auri reduci; vinum autem vel [m] oleum aut [n] frumentum ad uvas et olivas et [o] spicas reverti non potest, ac [p] ne mulsum quidem ad vinum et mel resolvi pot-

§. [q] *In aliis quoque speciebus naturalis ratio requiritur. proinde si ex uvis [* aut olivis aut spicis *] meis vinum aut oleum aut frumentum feceris, quaeritur, utrum meum sit id vinum aut oleum aut frumentum, an tuum. item si ex auro aut argento meo vas aliquod feceris, aut ex meis tabulis navem aut armarium aut subsellium fabricaveris; item si ex lana mea vestimentum feceris, vel si ex vino et melle meo mulsum feceris, sive ex medicamentis meis emplastrum aut collyrium feceris: [* quaeritur *], an meum [* sit *]. quidam materiam et substantiam spectandam esse putant, id est, ut cuius materia sit, illius et res, quae facta sit, videatur esse; idque maxime placuit Sabino et Cassio. alii vero [eius rem] esse putant, qui fecerit; idque maxime diversae scholae auctoribus visum est: sed eum quoque, cuius materia et substantia fuerit, furti adversus eum, qui subripuerit, habere actionem; nec minus adversus eumdem condictionem ei competere, quia extinctae res, licet vindicari non possint, condici tamen furibus et quibusdam aliis possessoribus possunt.*

s) *et* om. Bi. t) *relicto* G. Be. u) *ad aliam partem* Hal. x) *defluere* Bi. y) *est* Ba. z) *publicum* Bi. Bu. ἄρχεται εἶναι τοῦ δικαίου, οὗ ἐπῆρχε ... τουτέςι πουβλίκου. Theoph. a) *cuius* om. Ba. b) *fuerat* Bi. c) *conflaverit* Ba. d) *armariolum* Ba. e) *multam ... ambiguitatem* Hal. f) *priorem et rudem materiam* Hal. *materiam rudem* Bi. g) *redigi* Bi. *redire* Al. h) *fuit* Bi. *fuerat* Ba. i) *potest* Bi. k) *fecit* Bi. Ba. l) *materiam* Hal. m) *aut* Bi. *vel* om. Ba. n) *et* Ba. o) *vel ... vel* Hal. p) *at* Hal.
q) Iterum dabitur hic §. infra suo loco, pag. 50.

est. Quodsi partim ex sua materia, partim ex aliena speciem aliquam fecerit quis, veluti ex suo vino et alieno melle mulsum[r] aut ex suis et alienis medicamentis emplastrum aut collyrium aut ex sua et aliena lana vestimentum fecerit, dubitandum[s] non est, hoc casu eum esse dominum, qui fecerit[t], cum non solum operam suam dedit[u], sed et partem eiusdem materiae praestitit[v].

I. §. 26. §. Si tamen alienam purpuram quis intexuit[x] suo vestimento, licet pretiosior est[y] purpura,[z] accessionis vice cedit vestimento[a] et qui dominus fuit purpurae adversus eum, qui subripuit, habet furti actionem et condictionem, sive ipse sit[b], qui vestimentum fecit, sive alius; nam extinctae res licet vindicari non possint, condici tamen[c] furibus et
I. §. 27. quibusdam[d] aliis possessoribus possunt. §. Si duorum materiae ex voluntate dominorum confusae sint, totum id corpus, quod ex confusione fit, utriusque commune est; veluti si qui vina sua confuderint aut massas[e] argenti vel auri conflaverint. sed et[f] si diversae materiae sint[g] et ex iis[h] propria species facta sit, forte ex vino et melle mulsum aut ex auro et argento electrum[i], idem iuris est; nam et[k] eo casu communem esse speciem non dubitatur. quodsi fortuito[l] et non ex[m] voluntate dominorum confusae fuerint vel
I. §. 28. diversae materiae vel quae eiusdem generis sunt[n], idem iuris esse placuit. §. Quodsi frumentum Titii tuo frumento mixtum fuerit, si quidem ex voluntate vestra, commune erit[o], quia singula corpora, id est singula grana, quae cuiusque[p] propria fuerunt, ex consensu vestro communicata sunt. quodsi casu id mixtum fuerit vel[q] Titius id miscuerit sine tua voluntate, non videtur commune esse, quia singula corpora in sua substantia durant; nec[r] magis istis casibus commune fit frumentum, quam grex communis esse intellegitur, si pecora Titii tuis pecoribus mixta[s] fuerint. sed si ab alterutro vestrum id totum frumentum retineatur, in rem quidem actio pro modo frumenti cuiusque[t] competit[u], ar-
I. §. 29. bitrio autem iudicis continetur, ut is[v] aestimet, quale cuiusque frumentum fuerit. §. Cum in suo solo aliquis ex aliena materia aedificaverit, ipse dominus intellegitur aedificii, quia omne, quod inaedificatur, solo cedit. nec tamen ideo is, qui materiae dominus fuerat, desinit eius[x] dominus esse; sed tantisper neque vindicare eam potest, neque ad exhibendum de ea re agere, propter legem duodecim tabularum, qua cavetur, ne quis tignum alienum aedibus suis iunctum[y] eximere cogatur, sed duplum pro eo praestet per actionem, quae vocatur de tigno iuncto[z]. — appellatione autem tigni omnis materia significatur[a], ex qua aedificia fiunt. — quod ideo provisum est, ne aedificia rescindi necesse sit. sed si[b] aliqua ex causa dirutum sit aedificium, poterit materiae dominus, si non fuerit duplum iam persecutus[c], tunc eam vindicare et ad exhibendum de ea re agere[d].

---

r) *miscuerit* add. Hal. G. Be. s) *dubium* Bi. t) *fecit* Bi. u) *dederit* Hal. v) *praestiterit* Hal. *praestavit* G. Bi. Be. x) *intexuerit* Hal. y) *sit* Hal. Bu. z) *tamen* ins. Hal. a) Cf. Paul. L. 23. §. 2. sqq. D. de rei vind. VI. 1. b) *ipse fur est* Bi. c) *a* ins. G. Bi. Be. Bu. d) *et quibusque* Hal. G. Be. *a quibusdam* Bi. Bu. Cf. pag. prior i. f. Gai. §. 79. e) *suas* ins. Bu. f) *et* om. Bu. g) *sunt* Bu. h) *et ob id* Hal. G. i) Cf. Plin. hist. nat. XXXIII. 4. k) *et hoc* Hal. *nam eo casu* Bi. *in* ins. Bu. l) *fortuitu* Hal. G. m) *ex* om. Hal. G. Bu. n) *vel eiusdem generis materiae, vel diversae* Hal. o) *est* Hal. p) *cuiuscunque* Bi. Bu. q) *si* add. Bi. r) *Sed nec* Hal. s) *permixta* Bi. t) *cuiuscunque* Bi. Bu. u) *competat* Bu. v) *ipse* pro *is* Hal. x) *eius* om. Hal. Bu. y) *iniunctum* Bi. Bu. z) *iniuncto* G. Bi. Bu. a) *intelligitur* Bu. b) *Quod si* Hal. c) *consecutus* Hal. Be. d) Cf. Paul. L. 23. §. 6. 7. D. de rei vind. VI. 1.

I. §. 30. G. §. 73.

§. Ex[e] diverso, si quis in alieno solo[ee] sua materia domum aedificaverit, illius fit domus, cuius et solum est. sed[f] hoc casu materiae dominus proprietatem eius amittit, quia voluntate eius alienata intellegitur, utique si non ignorabat, se in alieno solo aedificare; et ideo, licet diruta sit domus, materiam tamen vindicare non potest[g]. Certe illud constat, si, in possessione constituto aedificatore, soli dominus petat domum suam esse, nec solvat pretium materiae et mercedes fabrorum, posse eum per exceptionem doli mali repelli; utique si bonae fidei possessor fuerit[h], qui aedificavit. nam scienti alienum esse solum culpa potest obiici, quod temere aedificaverit[i] in eo solo, quod intellegeret[k] alienum esse.

§. *Praeterea id*[l], *quod in solo nostro ab aliquo aedificatum est, quamvis ille suo nomine aedificaverit, iure naturali nostrum fit, quia superficies solo cedit.*

I. §. 31. G. §. 74.

§. Si Titius alienam plantam in suo solo posuerit, ipsius erit; et ex diverso, si Titius suam plantam in Maevii solo posuerit, Maevii erit[m] planta; si modo utroque casu radices egerit: ante enim quam[n] radices egerit, eius permanet, cuius et[o] fuerat[p]. adeo autem ex eo tempore[q], quo radices egit[r] planta, proprietas eius commutatur, ut, si vicini arbor ita terram Titii presserit[s], ut in eius fundum radices egerit, Titii effici arborem dicamus[t]; ratio enim non permittit[u], ut alterius arbor esse intellegatur, quam[x] cuius in fundum[y] radices egisset[z]. et ideo prope confinium arbor posita si etiam[a] in vicini fundum radices egerit, communis fit.

§. *Multoque*[b] *magis id accidit et in planta, quam quis in solo nostro posuerit, si modo radicibus terram complexa fuerit.*

I. §. 32. G. §. 75. G. §. 76.

§. Qua ratione[c] autem plantae, quae terrae[d] coalescunt, solo cedunt, eadem ratione frumenta quoque, quae sata sunt, solo cedere intelleguntur. ceterum sicut is, qui in alieno solo aedificaverit[e], si ab eo dominus petat aedificium, defendi potest per exceptionem doli mali, secundum ea, quae diximus[f], ita[g] eiusdem exceptionis auxilio tutus esse potest is, qui alienum fundum sua impensa bona fide consevit[h].

§. *Idem*[i] *contingit et in [fru]mento, quod in solo nostro ab aliquo satum fuerit.* §. *Sed si ab eo petamus fructum, vel aedificium, et impensas in aedificium, vel in seminaria, vel in sementem factas ei solvere nolimus, poterit nos per exceptionem doli mali repellere; utique si bonae fidei possessor fuerit.*

I. §. 33. G. §. 77.

§. Literae[k] quoque, licet aureae sint, perinde chartis membranisque[l] cedunt, ac[m]

§. *Eadem*[n] *ratione probatum est, quod in chartulis sive membranis meis aliquis scrip-*

---

e) *Et ex* Bu. ee) *ex* ins. Hal. f) *in* ins. Bi. g) *domus, dominus vindicare materiam non potest.* Bu. h) *fuit* Bi. i) *aedificavit* Bi. Bu. k) *intelligebat* Hal. Bi. l) Cf. Epit. II. 1. §. 4. L. 7. cit. §. 12. m) *ipsius erit Mevii* Bu. n) *ante autem quam* Bi. *antequam autem* Bu. o) *et* om. Hal. Bi. p) Cf. Ulp. L. 5. §. 3. D. de rei vind. VI. 1. q) *tempore* om. Bi. Bu. r) *egerit* Hal. *agit* G. s) *si vicini arborem ita terra presserim* Dig. t) *dicimus* Bi. Cf. Pompon. L. 6. §. 2. D. arb. furt. caes. XLVII. 7. u) *rationem enim non permittere* G. x) *illius* add. Bu. y) *fundo* Bi. z) *egerit* Hal. a) *etiam* om. Bu. b) Cf. Epit. l. c. L. 7. cit. §. 13. c) Gai. L. 9. pr. D. de acq. rer. dom. XLI. 1. d) *terra* Bi. Bu. e) *aedificavit* Hal. et Dig. f) *secundum ... diximus* om. Dig. g) *ita* om. Bi. h) *conseruit* G. Be. i) Cf. Epit. l. c. et II. 1. §. 6. L. 7. cit. §. 12. k) Gai. L. 9. cit. §. 1. l) *membranisve* Hal. m) *ac si* Bi. n) Ad hanc et seq. §. cf. Epit. §. 4. et 6. cit.

solo cedere solent ea, quae inaedificantur aut inseruntur; ideoque si in chartis membranisve tuis carmen vel historiam vel orationem Titius scripserit, huius corporis non Titius, sed tu dominus esse videris. sed si a Titio petas, tuos libros tuasve membranas [o], nec impensas [p] scripturae solvere paratus sis,

serit, licet aureis litteris, meum esse, quia litterae chartulis sive membranis cedunt. itaque si ego eos libros easque membranas petam, nec impensam scripturae solvam, per exceptionem doli mali summoveri potero.

poterit se Titius defendere per exceptionem doli mali, utique si bona fide earum chartarum membranarumve possessionem nactus sit [q].

I. §. 34. G. §. 78. p. 72. §. Si quis [r] in aliena tabula pinxerit, quidam putant tabulam picturae cedere, aliis [s] videtur picturam, qualiscumque sit, tabulae cedere; sed nobis videtur melius esse tabulam picturae [t] cedere: ridiculum est enim, picturam Apellis vel [u] Parrhasii in accessionem [x] vilissimae tabulae cedere. unde si a domino tabulae imaginem possidente is, qui pinxit, eam petat, nec solvat pretium tabulae, poterit per exceptionem doli mali summoveri. at si is, qui pinxit [y], possideat, consequens est, ut utilis actio domino tabulae adversus eum detur; quo casu, si non solvat impensam picturae, per exceptionem doli mali poterit repelli, utique si bona fide [z] possessor fuerit ille, qui picturam imposuit.

§. Sed si in tabula mea aliquis pinxerit, velut imaginem, contra probatur: [magis enim dicitur, tabulam picturae cedere. cuius diversitatis vix idonea ratio redditur. certe secundum hanc regulam, si me possidente petas, imaginem tuam esse, nec solvas pretium tabulae, poteris per exceptionem doli mali summoveri. at si tu possideas, consequens est, ut utilis mihi actio adversum te dari debeat: quo casu, nisi solvam impensam picturae, poteris me per exceptionem doli mali repellere; utique si bona fide possessor fueris. illud palam est, quod sive tu subripuisses tabulam, sive alius, competit mihi furti actio.

illud enim palam est, quod, sive is, qui pinxit, subripuit tabulam [a], sive alius, competit domino tabularum [b] furti actio.

(I. §. 25.) G. §. 79. §. [c] Cum ex aliena materia species aliqua facta sit ab aliquo, quaeri solet, quis eorum naturali ratione dominus sit, utrum is, qui fecerit, an ille potius, qui materiae dominus fuerit? ut ecce, si quis ex alienis uvis aut olivis aut spicis vinum aut oleum aut frumentum fecerit; aut ex alieno auro vel argento vel aere vas aliquod fecerit; vel ex alieno vino et melle mulsum miscuerit; vel

§. In aliis [d] quoque speciebus naturalis ratio requiritur. proinde si ex uvis [aut olivis aut spicis *] meis vinum aut oleum aut frumentum feceris, quaeritur, utrum meum sit id vinum aut oleum aut frumentum, an tuum. item si ex auro aut argento meo vas aliquod feceris, aut ex meis tabulis navem aut armarium aut subsellium fabricaveris; item si ex lana mea vestimentum feceris, vel*

o) *esse* add. Bi. Be. p) *impensam* Bi. Bu. q) *est* G. Bi. Be. r) §. §. 34—39. ex parte extant in L. 9. cit. §. 2. ad finem. s) Cf. e. gr. Paul. L. 23. §. 3. D. de rei vind. VI. 1. t) *videtur tabulam melius picturae* Bu. u) *et* Bu. x) *in accessione* Bi. y) *eam* add. Hal. z) *bonae fidei* Al. a) *tabulas* Hal. b) *tabulae* Bu. c) Cf. hic §. supra suo loco. pag. 43. d) Cf. Gai. L. 7. cit. §. 7. et Epit. II. 1. §. 6.

ex alienis medicamentis emplastrum aut collyrium composuerit; vel ex aliena lana vestimentum fecerit; vel ex alienis tabulis navem vel armarium vel subsellium fabricaverit. et post multas Sabinianorum et Proculianorum ambiguitates placuit media sententia existimantium, si ea species ad materiam reduci possit, eum videri dominum esse, qui materiae dominus fuerit; si non possit reduci, eum potius intellegi dominum, qui fecerit. ut ecce vas conflatum potest ad rudem massam aeris vel argenti vel auri reduci; vinum autem vel oleum aut frumentum ad uvas et olivas et spicas reverti non potest, ac ne mulsum quidem ad vinum et mel resolvi potest. Quodsi partim ex sua materia, partim ex aliena speciem aliquam fecerit quis, veluti ex suo vino et alieno melle mulsum aut ex suis et alienis medicamentis emplastrum aut collyrium aut ex sua et aliena lana vestimentum fecerit, dubitandum non est, hoc casu eum esse dominum, qui fecerit, cum non solum operam suam dedit, sed et partem eiusdem materiae praestitit.

*si ex vino et melle meo mulsum feceris, sive ex medicamentis meis emplastrum aut collyrium feceris: [*quaeritur*], an meum [*sit*]. quidam materiam et substantiam spectandam esse putant, id est, ut cuius materia sit, illius et res, quae facta sit, videatur esse; idque maxime placuit Sabino et Cassio. alii vero [eius rem] esse putant, qui fecerit; idque maxime diversae scholae*
auctoribus visum est: |sed eum quoque, cu- p. 73.
ius materia et substantia fuerit, furti adversus eum, qui subripuerit, habere actionem; nec minus adversus eundem condictionem ei competere, quia extinctae res, licet vindicari non possint, condici tamen furibus et quibusdam aliis possessoribus possunt.

§. Si quis[e] a non domino, quem dominum esse crediderit[f], bona fide fundum I. §. 35.
emerit vel ex donatione aliave qualibet[g] insta causa aeque bona fide acceperit, naturali ratione placuit fructus, quos percepit, eius esse pro cultura et cura; et ideo si postea dominus supervenerit et fundum vindicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest. ei vero, qui sciens alienum fundum possederit[h], non idem concessum est; itaque cum fundo etiam fructus, licet consumpti sint, cogitur restituere. §. Is[i], ad quem usufructus I. §. 36.
fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quam si ipse eos perceperit[k]; et ideo, licet maturis fructibus, nondum[l] tamen perceptis decesserit, ad heredem[m] eius non pertinent, sed[n] domino proprietatis acquiruntur. Eadem fere et de colono dicuntur. §. In I. §. 37.
pecudum fructu etiam foetus est[o], sicut lac et[p] pilus[q] et lana; itaque[r] agni et[s] hoedi et vituli et equuli et succuli statim naturali iure dominii[t] fructuarii sunt[u]. partus vero ancillae in fructu non est, itaque ad dominum proprietatis pertinet: absurdum enim videbatur hominem in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura hominum gratia[v] com-

---

e) *autem* ins. Bi. Bu. Cf. Paul. L. 48. D. de acq. rer. dom. XLI. 1. f) *crederet* Bi. g) *qualibet* om. Bi. h) *possedit* Bi. i) *vero* add. Hal. Bu. k) *percepit* Bi. l) *non* Bi. m) *heredes* Hal. Bi. Bu. n) *omnino* ins. Bi. o) Tot. §. nost. est Gai. L. 28. D. de usur. XXII. 1. Cf. Ulp. L. 68. §. 1. D. de usufr. VII. 1. p) *et* om. Hal. G. Be. q) *pili* G. Be. r) *Atque* Bu. s) *et* om. Hal. G. Be. t) *dominio* Bi. u) *et hoedi et vituli statim pleno iure sunt bonae fidei possessoris et fructuarii* Dig. l. c. v) *gratia hominis* Hal. G. *hominis gratia* Be.

I. §. 38. paravit [x]. §. Sed si gregis usumfructum quis habeat, in locum demortuorum capitum ex foetu fructuarius submittere debet [y], ut et [z] Iuliano visum est, et in vinearum demortuarum vel arborum locum alias debet substituere [a]; recte enim colere et quasi bonus paterfa-
I. §. 39. milias uti debet. §. Thesauros, quos quis [b] in suo loco invenerit, divus Hadrianus naturalem aequitatem secutus ei concessit, qui [c] invenerit [d]; idemque statuit, si quis in sacro aut religioso loco fortuito casu invenerit. at si quis in alieno loco, non data ad hoc opera, sed fortuito [e] invenerit, dimidium domino soli concessit [f], dimidium inventori [g], et convenienter, si quis in Caesaris loco invenerit, dimidium inventoris, [h] dimidium Caesaris esse statuit; cui conveniens est, ut si quis in fiscali loco vel publico vel civitatis [i] in-
I. §. 40. venerit, dimidium ipsius esse [k], dimidium fisci vel civitatis [l]. §. [m] Per traditionem quoque iure naturali res [n] nobis acquiruntur. nihil enim tam conveniens est naturali aequitati, quam voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre ratam haberi; et ideo cuiuscumque generis sit corporalis res, tradi potest, et a domino tradita alienatur. itaque stipendiaria quoque et tributaria praedia eodem modo alienantur. vocantur autem stipendiaria et tributaria praedia, quae in provinciis sunt [o]; inter quae nec non et Italica praedia ex nostra constitutione [p] nulla est differentia. sed siquidem ex causa donationis aut
I. §. 41. dotis aut qualibet alia ex causa tradantur [q], sine dubio transferuntur. §. Venditae vero res et traditae non aliter emptori acquiruntur, quam si is venditori pretium solverit vel alio modo ei satisfecerit, veluti expromissore aut pignore dato [r]. quod cavetur quidem etiam lege [s] duodecim tabularum; tamen recte dicitur et iure gentium, id est iure natu-

---

x) *comparauerit* Hal. G. et Dig. De re cf. praeter Gai. cit. L. 23. Ulp. L. 68. pr. D. de usufr. VII. 1. Cic. de finib. I. 4. y) Cf. Ulp. cit. L. 68. §. 2. z) *et* om. G. Bi. Be. a) Cf. Paul. L. 18. L. 59. pr. D. eod. b) *quisque* G. Be. c) *eos* ins. Hal. d) Cf. Paul. L. 31. §. 1. D. de acq. rer. dom. XLI. 1. e) *fortuitu* Hal. Bi. f) *concessit, et* Hal. *competit* Bu. g) *dimidium inventori* post *invenerit* pos. G. Be.; tamquam suspecta verba uncis ea inclusit Bi. h) *et* add. Hal. i) *vel civitatis* tamquam suspecta uncis incl. Bi. *in publico loco, vel fiscali, vel civitatis* Bu. k) *debent, et* add. Hal. l) Callistrat. L. 3. §. 10. D. de iure fisci XLIX. 14.: *Si in locis fiscalibus vel publicis religiosisve aut in monumentis thesauri reperti fuerint: divi fratres constituerunt, ut dimidia pars ex his fisco vindicaretur. item si in Caesaris possessione repertus fuerit, dimidiam aeque partem fisco vindicari.*
m) Cf. Not. c ad §. 20. et Not. r ad §. 34. hui. tit. n) *res* om. Bu. o) Gai. II. §. 21. *In eadem causa sunt provincialia praedia, quorum alia stipendiaria, alia tributaria vocamus. Stipendiaria sunt ea, quae in his provinciis sunt, quae propriae populi Romani esse intelleguntur. Tributaria sunt ea, quae in his provinciis sunt, quae propriae Caesaris esse creduntur.* Theoph.: *Στιπενδιάρια δὲ καὶ τριβουτάρια λέγεται τὰ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις διακείμενα κτήματα (βασιλικῇ κελεύσει ὑπὸ τοῦ δήμου κρατούμενα)· τῆς δὲ προσηγορίας αὐτοῖς γέγονεν ἐντεῦθεν ἡ πρόφασις· ὁ πάλαι Ῥωμαίων βασιλεὺς πάσης κρατήσας γῆς, θαυμασθεὶς δὲ παρὰ Ῥωμαίων ἕνεκα τῆς οἰκείας ἀνδρείας, διεῖλε τὰς ἐπαρχίας· καὶ τὰς μὲν ἐκράτησεν αὐτὸς ἑαυτῷ, τὰς δὲ ἀφώρισε τῷ δήμῳ. Καὶ αἱ τοῦ δήμου ἐκλήθησαν στιπενδιάριαι ἐντεῦθεν, ὅτι στίπες ἐστὶν ὁ ἔρανος, καὶ ἡ κατὰ μικρὸν γινομένη τοῦ ἀργύρου καὶ τῶν ἄλλων συλλογή· ἐπειδὴ οὖν ὀλίγα τινὰ οἱ ἐπαρχιῶται ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων συνάγοντες, ἔπεμπον τῷ δήμῳ, ἐπὶ τῷ ταῦτα δαπανᾶν εἰς οἰκείας χρείας τε καὶ τέρψεις, διὰ τοῦτο ἐκλήθησαν στιπενδιάριαι· καὶ λοιπὸν ἀκολούθως καὶ αἱ οἰκίαι καὶ οἱ ἀγροὶ στιπενδιάριοι. Αἱ δὲ τοῦ βασιλέως ἐπαρχίαι ὠνομάσθησαν τριβουτάριαι· ἐπειδὴ τριβοῦτόν ἐστι τὸ βαρὺ τέλος, ὅπερ ἐπέβαλε τοῖς οἰκείοις ἐπαρχιώταις ὁ βασιλεύς, ὡς πολλὰ δαπανῶν περὶ τὴν τῶν στρατιωτῶν ἀποτροφήν. Καὶ οἱ τὰ στιπενδιάρια καὶ τριβουτάρια ἔχοντες πάλαι, κατὰ συγχώρησιν δήμου ἢ βασιλέως, οὐκ ἦσαν δεσπόται· ἡ γὰρ δεσποτεία αὐτῶν ἦν ἢ παρὰ τῷ δήμῳ, ἢ παρὰ τῷ βασιλεῖ· ἀλλ' εἶχον τὴν ἐπ' αὐτοῖς χρῆσιν καὶ ἐπικαρπίαν καὶ πληρεστάτην κατοχήν, ὥστε δύνασθαι μεταφέρεσθαι καὶ κληρονόμοις προπέμπειν· τῶν γὰρ Ἰταλικῶν ἀγρῶν ἤτοι οἰκιῶν οἱ δεσπόται τὴν δεσποτείαν εἶχον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὸ παλαιόν.* κ. τ. λ. Cf. ad h. l. citt.
p) L. un. Cod. de usucap. transform. VII. 31. q) *traduntur* Bi. r) Cf. Gai. L. 53. D. de contr. empt. XVIII. 1. Pompon. L. 19. D. eod. s) *Quod quanquam cavetur ex lege* Hal. *quidem ex lege* Bi. omissa v. *etiam*.

rali id effici. sed si is, qui vendidit, fidem emptoris secutus est [t], dicendum est, statim
rem emptoris fieri. §. Nihil autem interest, utrum ipse dominus tradat alicui rem [u], an I. §. 42.
voluntate eius alius, cui eius rei possessio permissa sit [x]. §. Qua ratione, si cui libera I. §. 43.
universorum negotiorum administratio a domino permissa fuerit, isque ex his negotiis rem
vendiderit et tradiderit, facit [y] eam accipientis. §. Interdum etiam sine traditione nuda I. §. 44.
voluntas sufficit domini [z] ad rem transferendam, veluti si rem, quam [a] tibi aliquis commo-
davit aut locavit aut apud te deposuit [b], postea [c] aut [d] vendiderit tibi [e] aut donaverit [f].
quamvis enim [g] ex ea causa tibi eam non tradiderit, eo tamen ipso, quod patitur tuam
esse, statim tibi acquiritur proprietas, perinde ac si eo nomine [h] tradita fuisset. §. Item I. §. 45.
si quis merces in horreo depositas vendiderit, simulatque claves horrei tradiderit emptori,
transfert proprietatem mercium ad emptorem [i]. §. Hoc amplius interdum et [k] in incertam I. §. 46.
personam collata voluntas domini transfert rei proprietatem; ut ecce praetores et [l] consu-
les, qui [m] missilia iactant in vulgus, ignorant quid [n] eorum quisque excepturus sit, et ta-
men quia volunt, quod quisque exceperit [o], eius esse, statim eum dominum efficiunt [p].
§. Qua ratione verius esse videtur, et [q] si rem pro derelicto a domino habitam occupave- I. §. 47.
rit quis, statim eum dominum effici [r]. pro derelicto autem habetur quod dominus ea
mente abiecerit, ut id [s] rerum suarum esse nollet [t]; ideoque statim dominus [u] esse desi-
nit. §. Alia sane causa est earum rerum, quae in tempestate maris [x] levandae navis I. §. 48.
causa eiiciuntur [y]; hae enim dominorum permanent, quia palam est, eas non eo animo
eiici, quod [z] quis eas habere non vult [a], sed quo magis cum ipsa navi periculum maris
effugiat. qua de causa, si quis eas [b] fluctibus expulsas vel etiam in ipso mari nactus lu-
crandi animo abstulerit, furtum committit; nec longe discedere videntur ab his, quae de
rheda currente, non intellegentibus dominis cadunt [c].

TIT. II.

DE REBUS CORPORALIBUS ET INCORPORALIBUS [a].

§. [b] [Quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorpora- I. pr. G. §. 12.
les. §. Corporales hae sunt, quae sui natura [bb] tangi possunt, veluti] fundus, I. §. 1.
homo, vestis, [aurum, argentum et deni]que aliae res [innumerabiles. G. §. 13.

---

t) *fuerit* Hal. u) *suam* add. Hal. Bu. x) *cui ... sit* om. G. et Dig. y) *faciet* Hal. z) *domino* Bu. a) *veluti, si rem aliquam* Bu. b) *commodaverit ... locaverit ... deposuerit* Hal. c) *postea* om. G. Bi. Be. d) *aut* om. G. Be. e) *tibi* om. Bi. Bu. f) *aut dotis nomine dederit* add. Hal. g) *enim* om. Bu. h) *tibi* add. Hal. i) Cf. Papin. L. 74. D. de contr. empt. XVIII. 1. k) *et* om. Bu. l) *vel* Bi. Be. m) *cum* Hal. n) *quod* Hal. o) *acceperit* Hal. Bi. Bu. p) Cf. Pompon. L. 5. §. 1. D. pro derelicto XLI. 7. q) *et* om. Hal. G. Be. *ut* hab. Bi. r) Cf. Ulp. L. 1. Paul. L. 2. D. eod. s) *in numero* ins. Hal. t) *nolit* Hal. Bi. *nollet* G. u) *eius* ins. Hal. Bu. x) *maris* om. Hal. y) Cf. Iulian. L. 6. D. eod. z) *quo* Bi. Bu. a) *nolit* Hal. b) *res eas* Bi. c) Cf. Ulp. L. 43. §. 4—11. D. de furtis. XLVII. 2.

Tit. II. a) Sic cum Hal. Charond. aliisque compluribus vett. editt., nec non Theoph. scripsimus. *Corporalibus et* om. G. Bi. Be. Bu. b) Cum in cod. Ver. §. 12—14. paucis verbis exceptis legi non possint, Gaii institutiones e L. 1. §. 1. D. de rer. divis. I. 8., quae hinc desumpta est, restituta sunt. Cf. praeterea Epit. II. 1. §. 2. 3. et infra h. C. §. 51. item Cic. top. c. 5. Boëth. in h. l. et Isidor. Orig. I. 5. bb) *sui natura* om. Hal.

I. §. 2. G. §. 14. §. Incorporales autem sunt, quae ta]ngi non[possunt, qualia sunt ea, quae in iure consistunt; sicut hereditas, ususfructus, usus[c], obligationes quoquo modo contractae. nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur; nam et fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt, et id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque p. 57. corporale est, veluti fundus, homo, pecunia. nam ipsum ius hereditatis (*successionis*) et ipsum ius uten]di fruendi [et ipsum ius obligationis incor- I. §. 3. porale est. §. Eodem numero sunt *et* iura praediorum urbanorum et rusticorum, quae etiam servitutes vocantur][d]. | — *vers.* 3 — | item | — *litt.* 35 — | | — | *vers.* 11 — |

TIT. III.

DE SERVITUTIBUS[a].

I. pr. Rusticorum[b] praediorum iura sunt haec: iter, actus, via, aquaeductus. Iter est ius eundi ambulandi hominis[c], non etiam iumentum agendi vel vehiculum[d]. Actus est ius[e] agendi vel[f] iumentum vel vehiculum. itaque qui iter habet, actum non habet[g]; qui actum habet, et[h] iter habet, eoque uti potest[i] etiam sine iumento. Via est ius eundi et agendi et ambulandi; nam et iter et actum in se via continet. Aquaeductus est ius aquae I. §. 1. ducendae[k] per fundum alienum. §. Praediorum urbanorum servitutes sunt[l], quae aedificiis inhaerent; ideo urbanorum praediorum dictae sunt[m], quoniam aedificia omnia urbana praedia appellamus, etsi[n] in villa aedificata sint[o]. ita urbanorum praediorum servitutes sunt hae[p]: ut vicinus onera vicini sustineat, ut in parietem eius liceat vicino tignum immittere, ut stillicidium vel flumen recipiat quis in aedes suas, vel in cloacam, vel in aream, vel non recipiat, et ne[q] altius tollat quis aedes suas, ne luminibus vicini sui[r] of- I. §. 2. ficiat[s]. §. In[t] rusticorum praediorum servitutes quidam computari recte putant[u] aquae haustum, pecoris ad aquam appulsum[x], ius pascendi, calcis coquendae, arenae fodiendae[y]. I. §. 3. §. Ideo autem hae servitutes praediorum appellantur, quoniam sine praediis constitui non possunt. nemo enim potest servitutem acquirere urbani vel rustici praedii, nisi qui habet

---

c) *usus et obl.* Hal. d) Haec e Dig. in contextum translata non sufficiunt explendis eis, quae desunt in Cod. In Epit. sane locus de servitutibus copiosior est; ibi enim (II. 1. §. 3.) sic legitur: *Incorporalia etiam sunt iura praediorum urbanorum vel rusticorum. Praediorum urbanorum iura sunt: stillicidia; fenestrae; cloacae; altius erigendae domus, aut non erigendae; et luminum, ut ita quis fabricet, ut vicinae domui lumen non tollat. Praediorum vero rusticorum iura sunt: via; vel iter, per quod pecus aut animalia debeant ambulare, vel ad aquam duci; et aquaeductus: quae similiter incorporalia sunt. Haec iura tam rusticorum, quam urbanorum praediorum servitutes appellantur.* Cf. infra h. C. §. 31.

Tit. III. a) *De servitutibus praediorum* Hal. b) Ulp. L. 1. pr. D. de serv. praed. rust. VIII. 3. c) *homini* Dig. Flor. *hominum* Al. d) *vel vehiculum* om. Dig. e) *eundi hominis* ins. Bu. f) *vel* om. Bi. Be. Bu. g) *et* add. Bu. h) *et* om. Bu. i) *eoque uti potest* om. Dig. k) *aquam ducendi* Dig. l) *hae* add. Hal. m) *sunt* om. Hal. n) *appellantur, licet* Bi. o) Cf. Ulp. L. 1. pr. D. comm. praed. VIII. 4. p) *hae* om. Hal. q) *aedes suas in aream vel in cloacam, ne* Hal. r) *sui* om. Hal. s) *officiatur* Bi. Cf. Gai. Ulp. Paul. Ll. 2—4. D. de serv. praed. urb. VIII. 2. t) *Inter* Hal. u) *In rusticis computandae sunt* Dig. x) *haustus ... appulsus* Dig. y) Ulp. L. 1. §. 1. D. de serv. praed. rust. VIII. 3.

praedium [z], nec quisquam debet [a], nisi qui praedium habet [b]. §. Si quis velit vicino ali- I. §. 4.
quod ius constituere, pactionibus atque stipulationibus id efficere debet. potest [c] etiam in [d] testamento quis heredem suum damnare, ne altius tollat aedes suas, ne luminibus aedium [e] vicini officiat [f]; vel ut patiatur eum tignum in parietem [g] immittere, vel stillicidium [h] habere; vel ut patiatur eum [i] per fundum ire, agere, aquamve ex eo ducere.

TIT. IV.

DE USUFRUCTU.

Ususfructus est ius alienis rebus utendi fruendi [a] salva rerum substantia [b]. est enim [c] I. pr.
ius in corpore, quo sublato et ipsum tolli necesse est [d]. §. Ususfructus a proprietate se- I. §. 1.
parationem recipit, idque pluribus modis accidit. ut ecce si quis usumfructum alicui legaverit; nam heres nudam habet proprietatem, legatarius [e] usumfructum; et contra, si fundum legaverit deducto usufructu, legatarius habet nudam proprietatem, heres vero usumfructum. item alii usumfructum, alii deducto eo fundum legare potest. sine testamento vero [f] si quis velit alii [g] usumfructum constituere, pactionibus et stipulationibus id efficere debet [h]. Ne tamen in universum inutiles essent proprietates semper abscedente usufructu, placuit certis modis extingui usumfructum et ad proprietatem reverti [i]. §. Consti- I. §. 2.
tuitur autem ususfructus non tantum in fundo et aedibus, verum etiam in servis et iumentis ceterisque [k] rebus [l], exceptis iis, quae ipso usu consumuntur. nam hae res [m] neque naturali ratione, neque civili [n] recipiunt usumfructum [o]. quo [p] numero sunt [q] vinum, oleum, frumentum, vestimenta [r]; quibus proxima est pecunia numerata, namque in [s] ipso usu permutatione assidua quodammodo extinguitur. sed utilitatis causa senatus censuit, posse etiam [t] earum [u] rerum usumfructum constitui [x], ut tamen eo nomine utiliter heredi caveatur. itaque si pecuniae ususfructus legatus sit, ita datur legatario, ut eius fiat et legatarius satisdet heredi de tanta pecunia restituenda, si moriatur aut capite minuatur [y]. ceterae quoque res ita traduntur legatario, ut eius fiant; sed aestimatis his satisdatur, ut, si moriatur aut capite minuatur [z], tanta pecunia restituatur, quanti [a] hae fuerint aestimatae. ergo senatus non fecit quidem earum rerum usumfructum, nec enim poterat, sed per cautionem quasi usumfructum constituit. §. Finitur autem ususfructus morte fructuarii [b] et I. §. 3.
duabus capitis diminutionibus, [c] maxima et media, et non utendo per modum et tempus;

---

z) Ulp. L. 1. §. 1. Dig. comm. praed. VIII. 4. a) debere G. Be. Bu. b) *nec quisquam ... habet* om. Hal. c) Usque ad fin. hui. tit. Gai. L. 16. D. comm. praed. VIII. 4. d) *in* om. Hal. e) *aedium* om. Bu, *aedium vicinatum* Dig. f) *officiatur* Bi. Dig. g) *suum* add. Hal. h) *stillicidiumve adversus eum* Hal. *stillicidia adversus eum* Dig. i) *vicinum* Dig.

Tit. IV. a) *fruendique* Bu. b) Paul. L. 1. D. de usufr. VII. 1. c) *autem* Hal. *ususfructus* add. Dig. d) Cels. L. 2. D. eod. e) *vero* ins. Hal. f) *vero* om. Bi. g) *alicui* Bu. h) *potest* Gai. L. 3. pr. D. eod. i) Id. eod. §. 2. k) *et ceteris* Hal. l) Gai. L. 3. cit. §. 1. m) *res* om. Bi. n) *iure* add. Bu. *οὐδὲ φυσικῷ λόγῳ οὐδὲ ἀκριβεῖ.* Theoph. o) Cf. Gai. L. 2. D. de usufr. ear. rer. VII. 5. p) *in* ins. Hal. q) *veluti* ins. Bu. r) *vestimentum* Bu. s) *in* om. Hal. t) *etiam* om. Bu. u) *earum* om. Bi. x) Cf. Ulp. L. 1. D. eod. y) *morietur ... minuetur* Hal. G. Cf. Gai. L. 2. pr. et Iulian. L. 6. D. eod. z) *morietur ... minuetur* G. Be. a) *quanta* Bi. b) *usufructuarii* Hal. c) *i. e.* ins. Bu.

quae omnia nostra statuit constitutio [d]. item finitur ususfructus, si domino proprietatis ab usufructuario cedatur — nam extraneo cedendo nihil agitur [e] — vel ex [f] contrario si fructuarius [g] proprietatem rei acquisierit, quae res consolidatio appellatur. eo amplius constat [h], si aedes incendio consumptae fuerint vel etiam terrae motu aut [i] vitio suo corruerint, ex-
I. §. 4. tingui usumfructum [k] et ne areae quidem usumfructum deberi. §. Cum autem finitus fuerit ususfructus, revertitur scilicet [l] ad proprietatem et ex eo tempore nudae proprietatis dominus incipit plenam in re [m] habere potestatem [n].

TIT. V.

DE USU ET HABITATIONE.

I. pr. Iisdem istis [a] modis, quibus ususfructus constituitur, etiam nudus usus constitui [b]
I. §. 1. solet, iisdemque illis [c] modis finitur, quibus et ususfructus desinit. §. Minus autem scilicet [d] iuris in usu est, quam in usufructu; namque is, qui fundi nudum usum habet, nihil ulterius habere intellegitur, quam ut oleribus, pomis, floribus, foeno, stramentis et [e] lignis ad usum quotidianum utatur [f]. in eo quoque [g] fundo hactenus ei morari licet, ut neque domino fundi molestus sit, neque iis, per quos opera rustica fiunt, impedimento; nec ulli alii ius, quod habet, aut vendere aut locare aut gratis concedere potest [h], cum
I. §. 2. is, qui usumfructum habet, potest [i] haec omnia facere. §. Item is, qui aedium usum habet, hactenus iuris [k] habere intellegitur, ut ipse tantum habitet [l]; nec hoc ius ad alium transferre potest, et vix receptum esse videtur, ut hospitem ei recipere liceat; sed [m] cum uxore sua liberisque suis, item libertis, nec non aliis liberis personis, quibus non minus quam servis utitur, habitandi ius habet [n]; et convenienter, si ad mulierem usus aedium
I. §. 3. pertinet [o], cum marito ei habitare licet [p]. §. Item is, ad quem usus servi pertinet, ipse tantummodo [q] operis [r] atque ministerio eius uti potest; ad alium vero ius suum nullo
I. §. 4. modo transferre ei concessum est. Idem scilicet iuris est et in iumento [s]. §. Sed si pecoris, veluti [t] ovium usus legatus sit [u], neque lacte, neque agnis, neque lana utetur usuarius, quia ea in fructu sunt. plane ad stercorandum agrum suum pecoribus uti potest [x].
I. §. 5. §. Sed si cui habitatio legata sive aliquo modo constituta sit, neque usus videtur, neque ususfructus, sed quasi proprium aliquod ius. quam [y] habitationem habentibus propter rerum utilitatem, secundum Marcelli sententiam, nostra decisione [z] promulgata permisimus

---

d) L. 16. C. de usufr. III. 33. e) *agit* G. Bi. Be. Cf. ad h. parenth. Pomp. L. 66. D. de iure dot. XXIII. 3. Gai. infr. h. Comm. §. 30. ed. nostr. §. 64. Paul. sent. rec. III. 6, 32. Theoph.: *ἐξωτικῷ γὲ παραχωρῶν οὐδὲν πράττει, ἀλλὰ ἀνενέργητός ἐστιν ἡ παραχώρησις.* f) *et e* Bu. g) *usufructuarius* Hal. h) *constat* om. Bi. i) *vel* Hal. k) *necesse est* add Bi. l) *scilicet* om. Bi. m) *in rem* Bi. Bu. n) Cf. Paul. sent. rec. III. 6, §. 28. 31.

Tit. V. a) *illis* Hal. b) Cf. Gai. L. 1. §. 1. D. h. t. VII. 8. c) *et illis* Bu. d) *scilicet* om. Hal. e) *et* om. Bi. Bu. f) Cf. Ulp. L. 12. §. 1. D. h. t. g) *Inque eo* Dig. *In eoque* Hal. h) Gai. L. 11. D. h. t. i) *possit* Hal. Be. k) *ius* Hal. G. Be. l) *inhabitet* Hal. m) *et* Hal. Bi. n) *habeat* Hal. Bi. Bu. o) *pertineat* Hal. p) *liceat* Hal. Bi. Bu. Cf. Ll. 2—9. D. h. t. q) *tantum* Bi. Bu. r) *opera* Hal. *operibus* Bi. s) *iumentis* G. Be. Cf. Ulp. L. 12. §. 5. D. h. t. t) *Sed et si pecorum vel* Hal. *pecorum vel* Bi. Bu. u) *fuerit* Bu. x) Cf. L. 12. cit. §. 2. y) *quanquam* Hal. z) L. 13. Cod. de usufr. III. 33.

non solum in ea degere, sed etiam aliis [a] locare. §. Haec de servitutibus et usufructu et [b] I. §. 6.
usu et habitatione dixisse sufficiat; de hereditate [c] autem et obligationibus suis locis proponemus. Exposuimus summatim, quibus modis iure gentium res nobis [d] acquiruntur; modo videamus, quibus modis legitimo et civili iure acquiruntur.

[*DE ACQUISITIONIBUS IURIS CIVILIS*] [a].

G. §. 15. p. 58.
§. *Item* [b] | – *litt.* 35 – | – *vers.* 3 – | [c] |*statim, ut nata sunt, mancipi esse putant: N*[*erva vero, Pro*]*culus et ceteri diversae scholae auctores non aliter ea mancipi esse putant, quam si domita sunt; et si propter nimiam feritatem domari non possunt, tunc videri mancipi esse* | – *litt.* 26 – | – *litt.* 30 – | [d]. §. [*nec*] *mancipi sunt* [e], *velut ursi, leones; item* G. §. 16.
ea animalia, quae ferarum bestiarum numero sunt, velut elephantes et cameli; et ideo ad rem non pertinet, quod haec animalia etiam co[*llo dorsove domantur*] | – *litt.* 40 – | *quorum* | – *litt.* 23 – | *mancipi esse: quaedam non mancipi sunt.* §. *Item* [f] *fere omni*[*a, quae* G. §. 17.
incorpo]*ralia sunt, nec mancipi sunt, exceptis servi*[*tutibus praediorum rusticorum: nam hae quidem mancipi res*] *sunt, quamvis sint ex numero* [*rerum incorporalium*].

§. *Magna autem differentia est mancipi rer*[*um et*] *nec mancipi.* §. *Nam res nec* G. §. 18. G. §. 19.
[*mancipi nuda traditione abalienari possunt*] [g], *si modo corporales sunt, et ob id recipiunt traditionem* [h]. §. *Itaque* [i] *si tibi vestem vel aurum vel argentum tradidero, sive ex ven-* G. §. 20.
ditionis causa, sive [*ex donationis*], *sive quavis alia ex causa, qua fit earum* [*rerum alienatio, sine dubio transferuntur*] [k]. §. [*In eadem*] |*causa* [l] *sunt* [*provincialia*] *praedia, quo-* G. §. 21. p. 59.
rum [*alia stipen*]*diaria, alia tributaria vocamus. Stipendiaria sunt ea, quae in his provinciis sunt, quae propriae populi Romani esse intelleguntur. Tributaria sunt ea, quae in his provinciis sunt, quae propriae* [*Caesaris esse cre*]*duntur.* §. *Mancipi* [m] *vero res* G. §. 22.
[*sunt*], *quae per mancipationem ad alium transferuntur; unde* .... [n] *mancipi res sunt dictae. quod autem valet manci*[[o]*patio, idem valet et in iure cessio.* §. *Sed manci*[o]]*pa-* G. §. 23.
tio quidem quemadmodum fiat, superiore commentario tradidimus. §. *In iure cessio au-* G. §. 24.
tem hoc modo fit. apud magistratum populi Romani, vel [[o] *apud* [o]] *praetorem, vel apud praesidem provinciae is, cui res in iure ceditur, rem tenens ita dicit: „hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio". deinde, postquam hic vindicave*[*rit, praetor interro*]*gat* [p] *eum, qui cedit, an contra vindicet. quo negante aut tacente, tunc ei, qui vindicaverit, eam*

---

a) *eam* ins. Bu. b) *nudo* ins. Bu. c) *hereditatibus* Hal. d) *nobis* om. Hal. Bi.

DE ACQUISITIONIBUS IURIS CIVILIS. a) De acquisitionibus iuris civilis, de quibus Gaius disserit §. 15—61., §. 15—39., quos Iustinianus non recepit in institutiones, ideo sub peculiari titulo hoc loco sequuntur; §. 40—61. titulo de usucapionibus subiecimus. b) Cf. Ulp. XIX. §. 1. Isidor. orig. IX. c. 4. item supra Comm. I. §. 120. 196. et Vat. fr. §. 259. c) Quae ad explendam periodum desiderantur, talia esse existimo: *ea autem animalia nostri quidem praeceptores.* Goesch. d) In Cod. sequi verisimile est huiusmodi aliquid: *cum ad eam aetatem pervenerint, cuius aetatis domari solent.* Cf. Commentar. I. §. 196. Goesch. e) Cf. Ulp. XIX. cit. §. 1. f) Cf. Ulp. XIX. cit. §. 1. Fr. Vat. §. 259. g) Cf. Ulp. XIX. §. 7. h) Cf. infra h. C. §. 28. item Theoph. II. 1. §. 40. i) Cf. §. 40. I. de divis. rer. supra h. ed. p. 58. k) Goesch. post verba *qua fit* 29 litterarum spatium indicavit vacuum. Restituimus maximam partem e §. 40. cit. Kl. l) Cf. ed. nostr. p. 58. Not. o. Theophil. II. 1. cit. §. 40. item supra Comm. I. §. 6. et hui. Comm. §. 7. m) Cf. Cic. Topic. c. 5. et ad eum loc. Boëthius (Commentar. Lib. III.) n) An: unde *quidem?* Goesch. *scilicet?* Baumb. o) Sav. mavult: quod *idem* valet *mancipium et mancipatio.* *Et* mancipatio quidem. Vid. praeterea Comm. I. §. 119. seq. p) Ex Boëth.

rem addicit; idque legis actio vocatur [q]. quae fieri potest etiam in provinciis a[pud prae-
G. §. 25. sides earum] §.[r] | — litt. 16 — | fere semper mancipationibus utimur. quod enim ipsi per
nos praesentibus amicis agere possumus, hoc [non est necesse] cum maiore difficultate
G. §. 26. apud praetorem, aut apud praesidem provinciae quae[rere]. §. [*At si*] neque manci-
p. 60. pata [s], neque in iure cessa sit res mancipi || — pag. 1 — | || — vers. 1 — | unicam | — litt. 32 — |
p. 61. G. §. 27. | — vers. 3 — | praedium | — litt. 37 — | ulla libera | — litt. 22 — |. §. [admo]nendi sumus [t]
| — litt. 29 — | esse provincialis soli nexum non | — litt. 15 — | significationem solum non ali-
ter ..... mancipi ... provincial .. nec mancipi . [u] ... enim vero provincia | — litt. 28 — |
de mancipa ...

G. §. 28. §. Incorporales [v] [*res*] traditionem non recipere manifestum est. §. Sed iura [x]
G. §. 29. praediorum urbanorum in iure ta[ntum ce]di possunt; rusticorum vero etiam mancipari
G. §. 30. possunt. §. Ususfructus in iure cessionem tantum recipit [y]. Nam dominus proprietatis
alii usumfructum in iure cedere potest, ut ille usumfructum habeat, et ipse nudam pro-
prietatem [retineat]. Ipse [z] usufructuarius in iure cedendo domino proprietatis usum-
fructum, [effi]cit, ut a se discedat et convertatur in proprietatem: alii vero in iure ce-
G. §. 31. dendo nihilominus ius suum retinet; creditur enim ea cessione nihil agi. §. Sed haec [a]
p. 62. scilicet in Italicis praediis ita sunt, quia et ipsa praedia mancipationem |et in iure ces-
sionem reci[piunt]. alioquin in provincialibus praediis sive quis usumfructum, sive ius
eundi, agendi, aquamve ducendi, vel altius tollendi aedes, aut non tollendi, ne luminibus
vicini officiatur, ceteraque similia iura constituere velit, pactionibus et stipulationibus id
efficere potest; quia ne ipsa quidem praedia mancipationem aut [*in*] iure cessionem re-
G. §. 32. cipiunt. §. Sed cum ususfructus et hominum et ceterorum animalium constitui possit, in-
tellegere debemus, horum usumfructum etiam in provinciis per in iure cessionem constitui
G. §. 33. posse. §. Quod autem diximus [b], usumfructum in iure cessionem tantum recipere, non
est temere dictum, quamvis etiam per mancipationem constitui possit eo, quod in manci-
panda proprietate detrahi potest: non enim ipse ususfructus mancipatur, sed cum in man-
cipanda proprietate deducatur, eo fit, ut apud alium ususfructus, apud alium proprietas
G. §. 34. sit. | — vers. 1 — | [c]. §. Hereditas [d] quoque in iure cessionem tantum recipit. §. Nam [e] si
G. §. 35. is, ad quem ab intestato legitimo iure pertinet hereditas, in iure eam alii ante aditionem
cedat, id est antequam heres extiterit, perinde fit heres is, cui in iure cesserit, ac si ipse
per legem ad hereditatem vocatus esset: post [adi]tionem vero si cesserit, nihilominus ipse
p. 63. |heres permanet, et ob id creditoribus tenebitur, debita vero pereunt, eoque modo debito-

---

q) Boëthius, Commentar. in Topic. Cicer. Lib. III. e secundo Gaii commentario. Cf. Ulp. XIX. §. 9. 10. r) E vestigiis cod. restituerim: *In rebus, quae mancipi sunt*, etc. Kl. s) Cf. Boeth. in Topic. Cicer. loc. cit. item infra h. C. §. 41. et §. 204. t) Cf. Simplicius ap. Goes. pag. 76. u) Locus ita fere restitui posse videtur: *In summa* admonendi sumus, *nexum Italici soli proprium ius esse*, provincialis soli nexum non *esse: recipit enim nexus* significationem solum non aliter, *quam si mancipi est*, provinciale vero nec mancipi *est*. Goesch. v) Cf. supra h. C. §. 19. x) Cf. Fr. Vat. §. 45. 47. y) Cf. infra h. C. §. 33, item Ulp. XIX. §. 11. z) Cf. §. 3. I. de usufr. supra. h. ed. p. 62. Pompon. L. 66. de iur. dot. XXIII. 3. a) Cf. Gai. L. 1. pr. de usufr. VII. 1. §. 1. I. de usufr. §. 4. eod. de servitutib. supra h. ed. p. 61. Epit. II. 1. §. 3. b) Vid. §. 30. h. C. Cf. Fr. Vat. §. 47. c) Linea vacua. d) Cf. Ulp. XIX. §. 11. e) Cf. Gaii Comm. III. §. 85. item Ulp. §. 12—14.

res hereditarii lucrum faciunt; corpora vero eius hereditatis perinde transeunt ad eum,
cui cessa est hereditas, ac si ei singula in iure cessa fuissent. §. *Testamento*[f] *autem* G. §. 36.
scriptus heres ante aditam quidem hereditatem in iure cedendo eam alii nihil agit; postea
vero quam adierit si cedat, ea accidunt, quae proxime diximus de eo, ad quem ab in-
testato legitimo iure pertinet hereditas, si post [adi]tionem [in *] iure cedat.* §. *Idem*[g] G. §. 37.
et de necessariis heredibus diversae scholae auctores existimant, quod nihil videtur inter-
esse, utrum [quis *] adeundo hereditatem fiat heres, an invitus existat; quod quale sit,*
suo loco[h] *apparebit. sed nostri praeceptores putant, nihil agere necessarium heredem, cum*
in iure cedat hereditatem. §. *Obligationes quoquo modo contractae nihil eorum recipiunt.* G. §. 38.
nam quod mihi ab aliquo debetur, id si velim tibi deberi, nullo eorum modo, quibus res
corporales ad alium transferuntur, id efficere possum, sed opus est[i]*, ut iubente me tu ab*
eo stipuleris: quae res efficit, ut a me liberetur et incipiat tibi teneri; quae dicitur no-
vatio obligationis. §. *Sine hac vero novatione non poteris tuo nomine agere, sed debes* G. §. 39.
ex persona mea, quasi cognitor |aut procurator meus, experiri. p. 64.

TIT. VI.

DE USUCAPIONIBUS ET LONGI TEMPORIS POSSESSIONIBUS[a].

§. *Sequitur, ut admoneamus, apud peregrinos quidem unum esse dominium, ita ut* G. §. 40.
dominus quisque [sit], aut dominus non intellegatur. Quo iure[b] *etiam populus Romanus*
olim utebatur: aut enim ex iure Quiritium unusquisque dominus erat, aut non intellege-
batur dominus. sed postea divisionem accepit dominium, ut alius possit esse ex iure Qui-
ritium dominus, alius in bonis habere. §. *Nam*[c] *si tibi rem mancipi neque mancipavero,* G. §. 41.
neque in iure cessero, sed tantum tradidero, in bonis quidem tuis ea res efficietur, ex
iure Quiritium vero mea permanebit, donec tu eam possidendo usucapias: semel enim im-
pleta usucapione, proinde pleno iure incipit, id est et in bonis, et ex iure Quiritium tua
res esse, ac si ea [tibi *] mancipata vel in iure cessa [* esset *].* §. *Mobilium*[d] *quidem* G. §. 42.
rerum anno completur [usucapio *], fundi vero et aedium biennio: et ita lege duodecim*
tabularum cautum est.

Iure civili constitutum fuerat, ut qui bona fide ab eo, qui dominus non erat, cum crediderit eum dominum esse, rem emerit vel ex donatione aliave quavis[e] iusta causa acceperit, is eam rem, si mobilis erat, anno[f]

I. pr. G. §. 43. §. *Ceterum*[g] *etiam earum rerum usucapio nobis competit, quae non a domino nobis traditae fuerint, sive mancipi sint eae res, sive nec mancipi, si modo eas bona fide acceperimus, cum crederemus eum, qui tra-*

---

f) Cf. Gaii Comm. III. §. 86. item Ulp. cit. §. 13. 14. *g*) Cf. Gaii Comm. III. §. 87. *h*) Vid. infra h. C. §. 153. sq. *i*) Cf. Gaii Comm. III. §. 176.

Tit. VI. *a*) *Praescriptionibus* Hal. Ba. *b*) Cf. supra Comm. I. §. 54. 35. 167. infra h. C. §. 88. et Comm. III. §. 166. item Theoph. I. 5. §. 4. *c*) Cf. h. C. §. 26. 204. Comm. III. §. 80. item Boëth. in Cic. Top. c. 5. (lib. III.) Ulp. I. §. 16. *d*) Cf. Ulp. XIX. §. 8. Cic. Top. c. 4. pro Caecina c. 19. item Gai. h. C. §. 204. 44. 54. *e*) *qualibet* Ba. *f*) uno ins. Ba. Cf. praeced. §. Gai. *g*) Cf. Ulp. XIX. §. 8.

G. §. 44. ubique, si immobilis, biennio tantum in Italico solo usucaperet[h], ne rerum dominia in incerto essent. et cum hoc placitum erat,
p. 65. putantibus antiquioribus, dominis sufficere ad inquirendas[i] res suas praefata tempora, nobis melior sententia placuit[k], ne domini maturius suis rebus defraudentur[l], neque certo loco hoc beneficium concludatur, et ideo constitutionem[m] super hoc promulgavimus, qua cautum est, ut res quidem mobiles per triennium, immobiles vero per longi temporis possessionem, id est inter praesentes decennio, inter absentes viginti annis usucapiantur[n], et his modis non solum in Italia, sed[o] in omni terra, quae nostro imperio gubernatur, dominium rerum iusta causa possessionis praecedente acquiratur[p].

diderit, dominum esse. §. *Quod ideo*[q] *receptum videtur, ne rerum dominia diutius in incerto essent: cum sufficeret domino ad inquirendam rem suam anni aut* |*biennii spatium, quod tempus ad usucapionem possessori tributum est.*

I. §. 1. G. §. 45. §. Sed aliquando etiamsi maxime quis rem bona fide possederit[r], non tamen illi usucapio ullo tempore procedit, veluti si quis liberum hominem, vel rem sacram vel religiosam, vel servum fugitivum possideat[s].
I. §. 2. §. Furtivae quoque res et quae vi possessae
G. §. 46. sunt, nec si praedicto longo tempore bona
G. §. 47. fide possessae fuerint, usucapi possunt; nam furtivarum rerum lex duodecim tabularum et lex Atinia[t] inhibent usucapionem, vi possessarum lex Iulia et Plautia[u].

§. *Sed aliquando etiamsi maxime quis bona fide alienam rem possideat, nunquam tamen illi usucapio procedit: velut si quis rem furtivam aut vi possessam possideat; nam furtivam lex duodecim tabularum usucapi prohibet, vi possessam lex Iulia et Plautia.* §. *Item provincialia praedia usucapionem* [* *non* *] *recipiunt.* §. [* *Item* *] *mulieris*[v], *quae in agnatorum tutela erat, res mancipi usucapi non poterant, praeterquam si ab ipsa tutore* [* *auctore* *] *traditae essent: id ita lege duodecim tabularum cau*[* *tum erat* *].

G. §. 48. §. *Item liberos homines et res sacras et religiosas usucapi non posse manifestum est.*

I. §. 3. G. §. 49. §. **Quod** autem dictum est (*ergo vulgo dicitur*), **furtivarum rerum et vi possessarum usucapionem per leges** (*legem duodecim tabularum*) **prohibitam esse, non eo pertinet, ut** [* **ne ipse** *] **fur,** [**quive per**] **vim** [**possidet**], **usucapere possit, nam his** (*huic*) **alia ratione usucapio non competit, quia scilicet mala fide** possident (*possidet*); **sed nec**[x] **ullus alius, quamvis** (*quamquam*) **ab eis** (*eo*) **bona fide emerit vel ex alia causa acceperit, usucapiendi ius**
G. §. 50. **habeat**[y]. §. **Unde in rebus mobilibus non facile** p[**rocedit, ut bonae fi-**

---

h) *usucapiat* G. Be. *usucapiebat* Bi. i) *exquirendas* Bu. k) *resedit* Hal. Bi. *sedit* G. Be. l) *defrudentur* G. m) L. un. Cod. de usucap. transform. VII. 31. cf. Paul. sent. rec. V. 2. §. 3. n) Cf. Iustinian. L. 12. Cod. de praescr. X vel XX ann. VII. 33. o) *etiam* ins. Hal. *et* ins Hal. p) *dominia* ... *adquirantur* Hal. G. Be. q) Cf. Gai. L. 1. D. de usuc. et usurp. XLI. 3. et loci citt. ad §. 42. h. C. nota *d.* r) *possedit* Bi. s) Cf. Gai. h. C. §. 48. et L. 9. D. tit. cit. t) *Atilia* Hal. et Al. *Atinia* Gell. XVII. 7. Paul. L. 215. D. de verb. sign. L. 16. Id. L. 4. §. 6. et Julian. L. 33. D. h. t. XLI. 3. Ἀτίλιος νόμος Theoph. δόγμα Ἀτίλιον Psell. u) Cf. etiam Venul. L. 6. D. vi bon. rapt. XLVII. 8. v) Cf. Gai. Comm. I. §. 192. et h. C. §. 80. item Cic. ad Attic. I. ep. 5. pro Flacco c. 34. Fr. Vat. §. 1. et §. 259. x) *ne* Hal. y) *habet* Bi. Bu. C. N. „**Sed hodie, malae fidei possessore alienante, cessat longi temporis praescriptio, si verus dominus ignorat et ius suum et aliena-**

dei possessori[z] usucapio com]petat: nam (*quia*) qui[a] alienam rem vendidit vel ex alia causa (*et*) tradidit[b], furtum eius committit; (*idemque accidit etiam si ex alia causa tradatur*). §. Sed tamen id (*hoc*) aliquando aliter se habet. I. §. 4.
nam si heres rem defuncto commodatam, aut locatam vel apud eum depositam, existimans, *eam* esse here|ditariam, p. 66.

bona fide accipienti vendiderit aut donaverit[c] aut dotis nomine dederit, quin is, qui

vendiderit aut donaverit, furtum non committit.

acceperit, usucapere possit, dubium non est, quippe cum ea res in furti vitium non ceciderit, cum utique heres, qui bona fide tamquam suam[d] alienaverit, furtum non committit[e]. §. Item si is, ad quem ancillae ususfructus pertinet, partum *etiam* suum esse credens vendiderit aut donaverit, furtum non committit; I. §. 5.
furtum enim sine affectu furandi non committitur[f]. §. Aliis quoque modis accidere potest, ut quis sine vitio furti rem alienam ad aliquem transferat et efficiat, ut a possessore usucapiatur[g]. I. §. 6.

§. Quod autem ad eas res, quae solo continentur, expeditius procedit[h], ut si[i] quis loci vacantis possessionem propter absentiam aut negligentiam domini, aut quia sine successore decesserit[k], sine vi nanciscatur. qui quamvis[l] ipse mala fide possidet[m], quia intellegit, se alienum fundum occupasse, tamen si alii bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa possessione res acquiri, quia neque furtivum, neque vi possessum accepit[n]. abolita est enim quorumdam veterum sententia, existimantium etiam fundi locive furtum fieri, et eorum utilitati[o], qui res soli

§. *Fundi quoque alieni potest aliquis sine vi possessionem nancisci, quae vel ex negligentia domini vacet, vel quia dominus sine successore decesserit, vel longo tempore afuerit*[r]. *nam si*[s] *ad alium bona fide accipientem transtulerit, poterit usucapere possessor; et quamvis ipse, qui vacantem possessionem nactus est, intellegat, alienum esse fundum,* [*tamen*] *nihil ho*[*c bonae* * *fidei* * *p*]*ossessori ad usucapionem nocet,* [*cum*] *improbata sit eorum*[t] *sententia, qui putaverint, furti*[*vum*] *fundum fieri posse.* I. §. 7. G. §. 51.

possederint[p], principalibus constitutionibus[q] prospicitur, ne cui longa et indubitata possessio auferri debeat. §. Aliquando etiam furtiva vel vi possessa res usucapi potest, veluti si in domini potestatem reversa fuerit; tunc enim vitio rei purgato procedit eius usucapio[u]. I. §. 8.
§. Res fisci nostri usucapi non potest, sed Papinianus scripsit, bonis vacantibus fisco nondum nunciatis, bona fide[x] emptorem sibi traditam rem ex his bonis usucapere I. §. 9.

---

tionem factam. spectatur ergo triginta annorum defensio". Ex Nov. 119. c. 7. Auth. *Malae fidei poss.* Cod. de praescr. longi temp. VII. 33. Cf. Arcad. et Hon. L. 11. Cod. de acq. et retin. possess. VII. 32. z) *possessoribus* Hal. a) *sciens* add. Hal. Bi. b) *vendiderit ... tradiderit* Hal. Bu. *vendit ... tradit* G. Be. c) Cf. Gai. L. 36. D. de usuc. et usurp. XLI. 3. d) *rem* ins. Bu. e) *committat* Hal. f) L. 37. pr. eod. (Gai. lib. II. inst.) Cf. Gaii Comm. III. §. 208. g) Cf. Papin. L. 57. D. mandati XVII. 1. h) *continentur, expedit: ius ita procedit* Hal. *expeditius usucapio procedit* Bu. i) *si* om. G. Be. k) *decessit* Bi. l) *nanciscatur: quamvis* Hal. *nanciscatur, quamvis* Bu. m) *possideat* Hal. n) *acceperit* Hal. G. Cf. Gai. L. 38. D. h. t. XLI. 3. o) *utilitati* om. G. Bi. Be. p) *possident* Hal. Bu. q) Iustinian. L. 11. Cod. unde vi. VIII. 4. r) L. 37. cit. §. 1. s) Cf. L. 38. eod. XLI. 3. t) Cf. Gell. XI. 18. u) Cf. Paul. L. 4. §. 6. seq. D. h. t. Pompon. L. 24. §. 1. eod. x) *bonae fidei* Hal.

I. §. 10. posse; et ita divus Pius et divi[y] Severus et Antoninus rescripserunt[z]. §. Novissime
sciendum est, rem talem esse debere, ut in se non habeat vitium, ut a bonae fidei[a] em-
I. §. 11. ptore usucapi possit, vel qui ex alia iusta causa possidet. §. Error autem falsae causae
usucapionem non parit, veluti si quis, cum non emerit, emisse se existimans possideat,
vel cum ei donatum non fuerit, quasi ex donatione possideat[b].

G. §. 52. §. *Rursus*[c] *ex contrario accidit, ut qui sciat alienam rem se possidere, usucapiat:*
velut si rem hereditariam, cuius possessionem heres nondum nactus est[d], *aliquis possede-*
rit; nam ei concessum [est usu *]capere, si modo ea res est, quae recipit usucapionem.*
G. §. 53. *quae species possessionis et usucapionis pro herede vocatur.* §. *Et in tantum haec usu-*
p. 67. *capio concessa est, |ut et res, quae solo continentur, anno usucapiantur.* §. *Quare autem*
G. §. 54. *hoc casu etiam soli rerum annua constituta sit usucapio, illa ratio est, quod olim rerum*
hereditariarum possessione [vel]ut[e] *ipsae hereditates usucapi credebantur*[f], *scilicet anno.*
lex enim duodecim tabularum soli quidem res biennio usucapi iussit, ceteras vero anno[g].
ergo hereditas in ceteris rebus videbatur esse, quia soli non est, quia neque corporalis est.
quamvis [autem *] postea creditum sit, ipsas hereditates usucapi non posse*[h], *tamen in*
G. §. 55. *omnibus rebus hereditariis, etiam quae solo teneantur, annua usucapio remansit.* §. *Quare*
autem omnino tam improba possessio et usucapio concessa sit, illa ratio est, quod volue-
runt veteres maturius hereditates adiri, ut essent, qui sacra facerent, quorum illis tempo-
ribus summa observatio fuit[i], *et ut creditores haberent, a quo suum consequerentur.*
G. §. 56. §. *Haec*[k] *autem species possessionis et usucapionis etiam lucrativa vocatur: nam sciens*
G. §. 57. *quisque rem alienam lucrifacit.* §. *Sed*[l] *hoc tempore etiam non est lucrativa. nam ex*
auctoritate Hadriani senatusconsultum factum est, ut tales usucapiones revocarentur. et
ideo potest heres ab eo, qui rem usucepit, hereditatem petendo perinde eam rem consequi,
G. §. 58. *atque si usucapta non esset.* §. *Sed*[m] *|necessario tamen herede extante ipso iure, pro he-*
p. 68. G. §. 59. *rede usucapi potest.* §. *Adhuc etiam ex aliis causis sciens quisque rem alienam usuca-*
pit. nam qui rem alicui fiduciae causa mancipio dederit, vel in iure cesserit[n], *si eamdem*
ipse possederit, potest usucapere, anno scilicet, [et]si soli sit. quae species usucapionis di-
G. §. 60. *citur usureceptio, quia id, quod aliquando habuimus, recipimus per usucapionem.* §. *Sed*
cum fiducia contrahitur aut cum creditore pignoris iure, aut cum amico, quod tutius no-
strae res apud eum essent[o]: *siquidem cum amico contracta sit fiducia, sane omni modo*
competit usureceptio: si vero cum creditore, soluta quidem pecunia omni modo competit:

---

y) *divus* Bi. Bu. z) Cf. Alex. L. 2. Cod. comm. de usucap. VII. 30. Modest. L. 18. D. h. t. a) *bona fide* Bi. b) Cf. Ulp. L. 27. D. h. t. Paul. L. 2. pr. D. pro empt. XLI. 4. Id. L. 1. pr. D. pro donato XLI. 6. Iul. L. 6. D. pro derel. XLI. 7. Paul. L. 2. 3. D. pro leg. XLI. 8. Ulp. L. 1. D. pro suo. XLI. 10. c) Cf. Gaii Comm. III. §. 201. d) Cf. Pompon. L. 29. D. h. t. XLI. 3. e) Sic correxit editor Brinkmanno auctore; in cod. est *possessiones ut.* f) Cf. Cic. pro Flacco, cap. 34. ad Att. I. ep. 5. g) Cf. supra h. C. §. 42. et loci ibi allegati.
h) Cf. Senecа de benef. VI. 6. i) Cf. Cic. de leg. II. c. 19—21. pro Murena, c. 12. k) Cf. Julian. L. 2. §. 1. D. pro herede XLI. 6. et L. 33. §. 1. D. h. t. XLI. 3. l) Cf. Antonin. L. 1. C. de usucap. pro herede, VII. 29.
m) Cf. Gai. Comm. III. §. 201. item Diocl. et Maxim. L. 2. C. de usucap. pro herede VII. 29. Cum his, quae de usucapione pro herede §. 52. et seq. Gaius disputat, praeter locos superius allegatos conferendi sunt etiam Cicer. Top. c. 6. (verbis *aut possessione retenta*) et Plin. V. ep. 1. n) Cf. Isid. Orig. V. c. 25. o) Cf. Boëth. in Top. Cicer. Lib. IV. (ad cap. 10.) item Cf. Gaii Comm. III. §. 201.

nondum vero soluta ita demum competit, si neque conduxerit eam rem a creditore debitor, neque precario rogaverit, ut eam rem possidere liceret; quo casu lucrativa usucapio competit. §. ***Item***[p] ***si rem obligatam sibi populus vendiderit, [eamque] dominus possederit, concessa est usureceptio: sed hoc casu praedium biennio usurecipitur. et hoc est, quod vulgo dicitur, ex praediatura possessionem usurecipi. nam qui mercatur a populo praediator appellatur.*** G. §. 61.

§. Diutina possessio, quae prodesse coeperat defuncto, et heredi et bonorum possessori continuatur, licet[q] ipse sciat praedium alienum esse[r]. quodsi ille initium iustum non habuit, heredi[s] et bonorum possessori, licet ignoranti, possessio non prodest; quod nostra constitutio[t] similiter et[u] in usucapionibus observari constituit, ut tempora continuentur. §. Inter venditorem quoque et emptorem coniungi tempora divi[x] Severus et Antoninus rescripserunt[y]. §. Edicto divi Marci cavetur, eum, qui a fisco rem alienam emerit[z], si post venditionem quinquennium praeterierit, posse dominum rei per exceptionem[a] repellere[b]. constitutio autem divae memoriae Zenonis[c] bene prospexit iis, qui a fisco per venditionem vel[d] donationem vel alium titulum aliquid accipiunt[e], ut ipsi quidem statim securi fiant et victores existant, sive experiantur sive conveniantur, adversus autem sacratissimum aerarium usque ad quadriennium liceat intendere iis, qui pro dominio vel hypotheca earum rerum, quae alienatae sunt, putaverint sibi quasdam competere actiones[f]. nostra autem constitutio[g] divina, quam nuper promulgavimus, etiam[h] de iis, qui a nostra vel venerabilis Augustae domo aliquid acceperint, haec statuit, quae in fiscalibus alienationibus praefata Zenoniana constitutione[i] continentur. I. §. 12. I. §. 13. I. §. 14.

TIT. VII.

DE DONATIONIBUS.

Est et aliud genus acquisitionis, donatio. donationum autem duo sunt genera: mortis causa et non mortis causa[a]. §. Mortis causa donatio est quae propter mortis fit suspicionem, cum quis ita donat, ut, si quid ei humanitus contigisset, haberet is, qui accipit[b]; sin autem supervixisset is[c], qui donavit, reciperet, vel si eum donationis poenituisset, aut[d] prior decesserit is, cui donatum sit. Hae mortis causa donationes ad exemplum legatorum redactae sunt per omnia[e]. nam cum prudentibus ambiguum fuerat, utrum donationis, an legati instar eam obtinere oporteret, et utriusque causae quaedam habebat I. pr. I. §. 1.

---

p) Cf. Suet. Claud. c. 9. ibique interpretes. q) *et* ins. Bi. r) Cf. Scaevola L. 14. §. 1. D. de divers. temporal. praescript. XLIV. 3. Paul. L. 2. §. 18. 19. D. pro empt. XLI. 4. Papin. L. 43. pr. D. h. t. s) *heredi* om. Cod. Erlang. t) L. un. Cod. de usucap. transform. VII. 31. u) *et* om. Bi. x) *divus* Bi. y) Cf. Paul. L. 2. §. 20. D. pro empt. XLI. 4. Venul. L. 15. §. 5. 6. D. de divers. tempor. praescript. XLIV. 3. Cf. etiam Ulp. L. 13. §. 10. sqq. D. de acq. vel amitt poss. XLI. 2. z) *emerit* Bu. a) *exceptione* Hal. b) Cf. Diocl. et Max. L. 3. Cod. si adv. fisc. II. 37. c) L. 2. Cod. de quadrienn. praescr. VII. 37. d) *aut* Hal. G. Be. e) *acceperint* Bu. f) *quandam . . . actionem* Bi. g) L. 3. Cod. tit. cit. h) *etiam* om. Hal. Bu. i) *praefatae Zenonianae constitutionis* Hal.

Tit. VII. a) *Τῶν δὲ δωρεῶν δύο ἐστὶ γένη, καὶ ἡ μὲν λέγεται mortis causa, ἡ δὲ inter vivos.* Theoph. b) *accepit* Hal. Bu. c) *is* om. Bi. Bu. d) *si* ins. Bi. e) Cf. Paul. L. 9. D. de mort. caus. don. XXXIX. 6.

insignia, et alii ad aliud genus eam trahebant[f]; a nobis constitutum est[g], ut per omnia fere legatis connumeretur et sic procedat, quemadmodum eam nostra formavit constitutio. Et[h] in summa sciendum[i]: mortis causa donatio est, cum magis se quis velit[k] habere, quam eum, cui donat; magisque eum, cui donat[l], quam heredem suum. sic et apud Homerum Telemachus donat[m] Piraeo[n]:

[Πείραι', οὐ γάρ τ' ἴδμεν, ὅπως ἔςαι τάδε ἔργα.
Εἴ κεν ἐμὲ μνηςῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κτείναντες πατρώϊα πάντα δάσονται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε·
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων[o].]

I. § 2. §. Aliae autem donationes sunt, quae sine ulla mortis cogitatione fiunt, quas[p] inter vivos appellamus; quae omnino non[q] comparantur legatis. quae si fuerint perfectae, temere revocari non possunt. perficiuntur autem cum donator suam voluntatem scriptis vel[r] sine scriptis manifestaverit[s]; et ad exemplum venditionis nostra constitutio[t] eas etiam in se habere necessitatem traditionis voluit, ut, etiam[u] si non tradantur, habeant perfectum et plenissimum robur, et traditionis necessitas incumbat donatori. et cum retro principum dispositiones insinuari eas actis intervenientibus volebant[x], si maiores ducentorum fuerant solidorum[y], nostra constitutio[z] eam quantitatem usque ad quingentos solidos ampliavit, quam stare etiam sine insinuatione statuit. sed et quasdam[a] donationes invenit, quae penitus insinuationem fieri minime desiderant, sed in se plenissimam habent firmitatem[b]. Alia insuper multa ad uberiorem exitum donationum invenimus, quae omnia ex nostris constitutionibus, quas super his exposuimus[c], colligenda sunt. Sciendum est autem[d], quod, etsi plenissimae sint donationes, si tamen ingrati existant homines, in quos bene-

---

f) *retrahebant* G. Be. *g*) L. 4. Cod. de mort. caus. don. VIII. 57. *h*) *At* Bu. *i*) *sciendum* om. Hal. *k*) *vult* Dig. *l*) *donatur* Bi. Bu. *m*) *donavit* Bu. *n*) Marcian L. 1. D. tit. cit. *o*) Hos versus Homericos, Odyss. XVII. v. 78 sqq., in quibusdam institutionum earumque Theophilinae paraphraseos mss. libris extantes, in aliis vero, ut in Erlang., nullo iis relicto spatio omissos, nec in L. 1. D. cit. ex Marciani institutionum libro IX. transscriptos obvios, tamquam suspectos etiam Bi. Be. Bu. uncis incluserunt, Hal. omnino reiecit. Interpretationem latinam editores pro suo quisque captu alii aliter, nullam vero G. Bi. Be. Bu. exhibent. En quam in plerisque institt. editt. legimus, habes versionem:

Piraee, incertus quoniam rerum exitus harum est;
Si tacita incautum stolidi me forte necare
Morte proci poterunt et opes vexare paternas,
Haec ego te malo, quam illorum quempiam habere;
Sin ego eos iusta meritos affecero clade,
Tum mihi tu laeto reddes illa omnia laetus.

p) *et* ins. Bu. *q*) *αἵτινες ἀπεοίκασι τοῖς ληγάτοις* Theoph. *non omnino* Hal. *r*) *aut* Hal. *s*) Cf. Paul. L. 10. D. h. t. XXXIX. 5. Fr. Vat. §. 266—316. *t*) L. 35. Cod. h. t. VIII. 54. *u*) *et* Bu. *x*) *τὰς δωρεὰς ἐμφανεῖς ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων γίνεσθαι παρεκελεύσαντο* Theoph. *y*) Cf. Constantin. L. 25. Cod. eod. Fragm. Vatic. §. 249. Theod. et Valent. L. 8. Cod. Th. de sponsal. III. 5. Sed. v. Iustinian. L. 34. §. 1. et L. 36. §. 3. Cod. h. t. VIII. 54. *z*) L. 36. Cod. eod. *a*) *statuit et quasdam* Bi. Bu. *b*) C. N. „Similiter a privatis in principem cessantibus actis fit donatio". Ex Nov. 52. c. 2. Auth. *Item a privatis* Cod. h. t. *c*) *posuimus* Bi. *d*) *Sciendum est tamen* Hal. G. Be. *Sc. tamen est* Bi.

[illegible] tunc Paulo. Cod. Par. Thelemacus donat pirreo. In Glossa autem haec: Sic et [illegible] sicut recitat poeta Omerus et Telemacus supra dictum [illegible] exposuit pyrreo donavit [illegible] [illegible] Dicht. [illegible] omnino sunt et in Glossa nec vela nec [illegible] [illegible] [illegible] ut [illegible] sententiae [illegible] [illegible] nobis [illegible] [illegible], et [illegible] Cod. [illegible] [illegible] In [illegible] quinta [illegible] [illegible]: Dicht verbis [illegible]. [illegible] constat jam [illegible] versus illos in [illegible] codicibus legi.

ficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionem [e] licentiam praestavimus [f], certis ex causis eas revocare, ne, qui suas res in alios contulerunt [g], ab his quamdam patiantur iniuriam vel iacturam, secundum enumeratos in constitutione [h] nostra modos. §. Est I. §. 3.
et aliud genus inter vivos donationum [i], quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum, postea autem a iunioribus divis principibus introductum est, quod ante nuptias vocabatur et tacitam in se condicionem habebat, ut tunc ratum esset, cum matrimonium fuerit [k] insecutum [l]; ideoque ante nuptias appellabatur, quod ante matrimonium efficiebatur et numquam [m] post nuptias celebratas talis donatio procedebat. sed primus quidem divus Iustinus, pater noster [n], cum augeri dotes [o] et post nuptias fuerat permissum, si quid tale eveniret [p], etiam [q] ante nuptias donationem augeri et [r] constante matrimonio sua constitutione [s] permisit. sed tamen nomen inconveniens remanebat, cum ante nuptias quidem vocabatur, post nuptias autem tale accipiebat incrementum. sed nos plenissimo fini tradere sanctiones [t] cupientes et consequentia nomina rebus esse studentes constituimus [u], ut tales donationes non augeantur tantum, sed et [v] constante matrimonio initium accipiant et non ante nuptias, sed propter nuptias vocentur et dotibus in hoc exaequentur, ut, quemadmodum dotes [x] constante matrimonio non solum augentur, sed etiam fiunt, ita et istae donationes, quae propter nuptias introductae sunt, non solum antecedant matrimonium, sed etiam eo contracto et augeantur et constituantur [y]. §. Erat olim et alius I. §. 4.
modus civilis acquisitionis per ius accrescendi, quod est tale: si communem servum habens aliquis cum Titio solus [z] libertatem ei imposuit [a] vel vindicta vel testamento [b], eo casu pars eius amittebatur et socio accrescebat. sed cum pessimum fuerat exemplo et libertate servum defraudari [c], et ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri, severioribus autem dominis lucrum accrescere [d], hoc quasi invidia [e] plenum pio remedio per nostram constitutionem [f] mederi necessarium duximus et invenimus viam, per quam et manumissor, et socius eius, et qui libertatem accepit, nostro fruantur beneficio, libertate cum effectu procedente, cuius favore et [g] antiquos legislatores [h] multa et [i] contra communes regulas statuisse manifestum [k] est, et eo, qui eam [l] imposuit, suae liberalitatis stabilitate gaudente, et socio indemni conservato, pretiumque [m] servi secundum partem dominii, quod nos definivimus [n], accipiente.

---

e) L. 10. Cod. de revocand. donat. VIII. 56. Cf. Philipp. L. 1. Cod. eod. f) *praestitimus* Hal. g) *ne illi, qui ... contulerint* Hal. h) Scil. L. 10. Cod. cit. i) *donationis* Hal. k) *esset* Hal. l) *inde secutum* Bu. m) *nusquam* Bi. Bu. n) Cf. infra §. 4. I. Inst. quib. non perm. test. fac. II. 12. Theoph. *Iustinum* non nominat *patrem Iustiniani*, διάταξις τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστίνου. V. Ludewig Vita Iustiniani. p. 146. sqq. o) *dotem* Bi. p) *evenit* Bi. *evenerit* Bu. q) *et* Hal. r) *et* om. G. Be. s) L. 19. Cod. de donat. ante nupt. V. 3. t) *tradere omnia cup.* Bu. u) L. 20. Cod. eod. v) *etiam* Hal. x) *et* ins. Bi. Bu. y) C.N. „Hodie aequalitas omnino servatur (*servanda est* Al.) in dote et donatione nuptiali (*antenuptiali* Al.), tam in constitutione utriusque, quam praestatione et in lucris exinde proventuris. (*non tantum in lucris exinde proventuris, sed etiam in praestatione et constitutione utriusque* Al.)". Ex Nov. 97. c. 1. Auth. *Aequalitas* Cod. de pact. conv. tam super dote V. 14. z) *solum* G. a) *imposuerit* Hal. b) ἐλευθέρωσεν οἰκέτην βινδίκτα, ἤγουν ἐπὶ ἄρχοντος. Theoph. c) *defrudari* G. d) *saevioribus .... accedere* Hal. De re cf. Paul. sent. rec. IV. 12. §. 1. Ulp. fragm. I. 18. Gai. L. 9. §. 2. D. de liberali causa XL. 12. e) *invidiae* Bi. f) L. 1. Cod. de commun. serv. manum. VII. 7. g) *et* om. Hal. h) *legumlatores* Hal. i) *etiam* Hal. k) *manifestissimum* Bi. l) *libertatem* ins. Hal. m) *pretium* Bu. n) Cf. L. 1. Cod. cit. et Iustinian. L. 7. Cod. de condic. insert. VI. 46.

TIT. VIII.

QUIBUS ALIENARE LICET VEL NON.

I.pr.G.§.62. §. Accidit aliquando, ut, qui dominus[a] sit, alienare non possit (*alienandae rei potestatem non habeat*); et contra, qui dominus non sit, alienandae rei potestatem habeat (*[ali]enare possit*). §. Nam dotale praedium maritus invita muliere per legem Iuliam prohibetur alienare[b],

p. 69. G. §. 63.

quamvis ipsius sit dotis causa ei datum; quod nos legem Iuliam corrigentes[c] in meliorem statum deduximus. cum enim lex in soli[d] tantummodo rebus locum habebat, quae Italicae fuerant, et alienationes inhibebat, quae invita muliere fiebant, hypothecas autem earum rerum[e] etiam volente ea[f]; utrique remedium[g] posuimus[h], ut et[i] in eas res, quae in provinciali solo positae sunt, interdicta sit[k] alienatio vel obligatio, et[l] neutrum eorum neque consentientibus mulieribus procedat, ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiae earum[m] convertatur[n].

quamvis ipsius sit, vel mancipatum ei dotis causa, vel in iure cessum, vel usucaptum. quod quidem ius utrum ad Italica tantum praedia, an etiam ad provincialia pertineat, dubitatur[o].

G. §. 64. §. *Ex diverso agnatus furiosi curator rem furiosi alienare potest ex lege duodecim*

I. §. 1. *tabularum*[p]; *item procurator*[q] | — *litt.* 24 — |. §. Contra autem (*item*) creditor pignus ex pactione, quamvis eius ea res non sit, alienare potest. sed hoc forsitan ideo videtur (*videatur*) fieri, quod voluntate debitoris intellegitur pignus alienari, qui[r] ab initio contractus (*olim*) pactus est, ut liceret creditori pignus vendere, si pecunia non solvatur. Sed ne creditores ius suum persequi impedirentur, neque debitores temere suarum rerum dominium amittere viderentur[s], nostra constitutione[t] consultum est et certus modus impositus est, per quem pignorum distractio possit procedere, cuius tenore utrique parti, creditorum et debitorum, satis abundeque[u] provisum est.

[Gaii institutionum §. 65—79. v. supra pag. 80. sqq.]

I. §. 2. G. §. 80. §. Nunc admonendi sumus, neque pupillam, neque pupillum[x] ullam rem sine au-

§.[y] *Nunc*[z] *admonendi sumus, neque feminam, neque pupillum sine tutore auctore*

Tit. VIII. a) *rei* ins. Bu. b) Cf. Paul. sent. rec. II. 21 b. §. 2. c) *et* ins. Bu. d) *solis* Hal. Bi. τὰ ἀκίνητα τὰ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ διακείμενα Theoph. e) *rerum* om. Bi. Bu. f) *ea* om. Bi. Bu. ὁ τοίνυν Ἰούλιος τὴν μὲν παρὰ γνώμην τῆς γυναικὸς ἐκποίησιν ἐπεῖχε, τὴν δὲ ὑποθήκην ἐκώλυσεν, εἰ καὶ κατὰ γνώμην αὐτῆς ἐγένετο, καὶ χώραν εἶχεν ἐπὶ μόνων τῶν ἐν Ἰταλίᾳ ἀκινήτων πραγμάτων. Theoph. g) L. un. Cod. de rei uxor. act. V. 13. h) *imposuimus* Hal. G. Be. i) *etiam* Hal. Bu. k) *fiat* Bi. l) *ut* Hal. m) *mulierum* add. Bu. n) *converteretur* G. Bi. Be. o) Vereor ne scribendum sit *non dubitatur*, cum praesertim initium verbi *dubitatur* non satis e codicis vestigiis constet. Kl. p) Cf. Cic. de invent. II. 50. Auct. ad Herenn. I. 13. q) Cf. Gai. L. 9. §. 4. D. de acq. rer. dom. XLI. 1. et supra §. 43. Inst. de rer. div. II. 1. r) *quia* Bu. s) *videantur* G. Bi. Be. Bu. t) L. ult. Cod. de iur. dom. impetrand. VIII. 34. u) *abunde* Hal. x) *neque pupillum, neque pupillam* Hal. G. Bi. Be. y) In cod. Ver. sequentibus praescriptum est: „IIII. *De pupillis an aliquid a se alienare possunt*". z) Cf. Comm. I. §. 192. et h. Comm. §. 47. et 85. item Ulp. XI. §. 27. et Fr. Vat. §. 1. et §. 259.

ctoritate tutoris alienare posse. ideoque[a] si mutuam pecuniam alicui sine tutoris auctoritate dederit, non contrahit obligationem, quia pecuniam non facit accipientis; ideoque vindicari nummi[b] possunt sicubi extent[c]. sed si nummi, quos mutuo minor[d] dederit, ab eo, qui accepit, bona fide consumpti sunt, condici possunt; si mala fide, ad exhibendum de his agi potest. At ex contrario omnes res pupillo vel[e] pupillae[f] sine tutoris auctoritate recte dari possunt. ideoque si debitor pupillo solvat, necessaria est debitori tutoris auctoritas; alioquin non liberabitur[g]. Sed hoc etiam evidentissima ratione statutum est in constitutione[h], quam ad Caesarienses advocatos ex suggestione Tribuniani, viri[i] eminentissimi, quaestoris sacri palatii nostri, promulgavimus, qua dispositum est, ita licere[k], tutori vel curatori debitorem pupillarem solvere, ut prius sententia iudicialis sine omni damno celebrata hoc permittat. quo subsecuto si et iudex pronunciaverit et debitor solverit, sequatur[l] huiusmodi solutionem plenissima securitas. sin autem aliter, quam disposuimus, solutio facta fuerit, pecuniam autem salvam habeat pupillus aut[m] ex ea locupletior sit et adhuc eamdem[n] summam petat, per exceptionem doli mali summoveri poterit. quodsi aut male consumpserit aut furto[o] amiserit, nihil proderit debitori doli mali exceptio, sed nihilominus damnabitur[p], quia temere sine tutoris auctoritate et non secundum nostram[q] dispositionem solverit. Sed ex diverso pupilli vel

rem mancipi alienare posse; nec mancipi vero feminam quidem posse, pupillum non posse. §. *Ideoque si quando mulier mutuam* G. §. 81.
pecuniam alicui sine tutore auctore dederit, quia facit eam accipientis, cum scilicet ea pecunia res nec mancipi sit, contrahit obligationem. §. *At si pupillus idem fecerit,* G. §. 82.
quia [pecuniam non facit accipientis], nullam contrahit obligationem. unde pupillus vindicare quidem nummos suos potest sicubi extent, id est, | — *litt.* 36 — | — *litt.* 15 — | *repetere potest* | — *litt.* 15 — | *[un]de de pupillo quidem quaeritur, an num[mos], quos mutuos dedit, ab eo, qui accepit* | — *litt.* 15 — | *se non* | — *litt.* 11 — | *possit, quoniam* . . . | — *vers.* 1 — |. §. | — *litt.* 21 — |[r] *nec mancipi* G. §. 83.
mulier[ibus] [et pupillis [sine] tutore auctore p. 74.
solvi possunt, quoniam meliorem condicionem suam facere iis etiam sine tutore auctore concessum est. §. *Itaque*[s] *si debitor pecu-* G. §. 84.
niam pupillo solvat, facit quidem pecuniam pupilli, sed ipse non liberatur, quia nullam obligationem pupillus sine tutore auctore dissolvere potest, quia nullius rei alienatio ei sine tutore auctore concessa est. sed tamen si ex ea pecunia locupletior factus sit et adhuc petat, per exceptionem doli mali summoveri potest. §. *Mulieri*[t] *vero etiam sine* G. §. 85.
tutore auctore recte solvi potest: nam qui solvit, liberatur obligatione, quia res nec mancipi, ut proxime diximus, a se dimittere mulier et sine tutore auctore potest. quamquam hoc ita est, si accipiat pecuniam: at si non accipiat, sed [[u] acceptam [u]] habere se

a) *Ideo* Bi. Bn. b) *nummos vindicare* G. c) *extant* Hal. d) *πούπιλλος* Theoph. e) *et* Hal. f) *et* ins. Bu. g) Cf. Paul. L. 15. D. de solut. et liberat. XLVI. 3. Gai. L. 9. D. de auct. et cons. tut. XXVI. 8. h) L. 25. Cod. de admin. tutor. V. 37. i) *viri* om. Bu. k) *ut ita liceat* Bu. l) *sequetur* Bu. m) *aut si* Bu. n) *pecuniae* ins. Hal. o) *aut vi* add. Hal. Al. p) *condemnabitur* Hal. q) *constitutionem vel* ins. Bu. r) In cod. tale quid scriptum esse censeo: *At ex contrario res tam mancipi quam* etc. Goesch. Cf. praeterea pr. Inst. de auct. tut. I. 21. s) Cf. Cic. top. c. 11. t) Cf. infra Comm. III. §. 171.

pupillae [u] solvere sine tutoris auctoritate [x] non possunt, quia id, quod solvunt [y], non fit accipientis, cum scilicet nullius rei alienatio eis sine tutoris auctoritate concessa est [z].

dicat, et per acceptilationem velit debitorem sine tutore auctore liberare, non potest.

TIT. IX.

PER QUAS PERSONAS NOBIS [a] ACQUIRITUR.

I. pr. G. §. 86. §. Acquiritur [b] *autem* nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam [c] per eos, quos in potestate *, manu, mancipiove* habemus; item per eos [d] servos, in quibus usumfructum habemus; item per homines liberos et [e] servos alienos, quos bona fide possidemus. de quibus singulis diligentius (*diligenter*) dispiciamus.

I. §. 1. §. Igitur liberi nostri utriusque sexus, quos in potestate habemus, olim quidem quidquid ad eos pervenerat, exceptis videlicet [f] castrensibus peculiis [g], hoc parentibus suis acquirebant sine ulla distinctione; et hoc ita parentum fiebat, ut [h] esset eis licentia, quod per unum vel unam eorum acquisitum esset [i], alii filio [k] vel extraneo donare vel vendere vel quocunque modo voluerint [l] applicare. quod nobis inhumanum visum est, et generali constitutione [m] emissa et liberis pepercimus et patribus debitum honorem [n] servavimus [o]. sancitum etenim a nobis est, ut, si quid ex re patris eis [p] obveniat, hoc secundum antiquam observationem totum parenti acquiratur [q]. quae enim invidia est, quod ex patris occasione profectum est, hoc ad eum reverti? quod autem ex alia causa sibi filiusfamilias acquisivit, huius usumfructum patri quidem acquirat, [r] dominium autem apud eum remaneat, ne, quod ei suis laboribus vel prospera fortuna accessit [s], hoc ad [t] alium perveniens
I. §. 2. luctuosum ei procedat. §. Hoc quoque a nobis dispositum est et in ea specie [u], ubi parens emancipando liberos suos [x] ex rebus, quae acquisitionem effugiunt [y], sibi tertiam partem retinere, si voluerit, licentiam ex anterioribus constitutionibus [z] habebat, quasi pro

---

u) *pupilli pupillaeque* Bn. x) *tutore auctore* Bi. y) *solvitur* Bi. z) *sit* Hal.

Tit. IX. a) *Cuique* Hal. *Vobis* Bi. Bn. Per totum hunc tit. Hal. Bi. Bn. secundam personam plur. tenent, ubi cum Gaio, Theoph., Glossa, compluribusque mss. Iustin. institt. codicibus nos, aeque ac G. Be., prima pers. plur. utimur. licet enim non nesciamus, quae contra Cuiacium, qui, ut Bi. ad h. l. notat, Theophilum secutus iniuria secundam pers. plur. in primam mutavit, moneri solent; neque ipsi fortasse, si peculiarem Iustinianearum institutionum curandam suscepissemus editionem, a maiori tam manuscriptorum quam impressorum librorum lectione recedendum duceremus; verumtamen in hac editione Gaium ceterosque libros, qui auctorem ex sua ipsius persona loquentem inducunt, sequi non dubitavimus, ne lectorem defatigaremus centies iuxta secundam personam apponendo primam parenthesi inclusam. b) L. 10. pr. D. de acq. rer. dom. XLI. 1. (Gai. lib. II. inst.) Cf. Ulp. fragm. XIX. §. 18. Epit. II. 1. §. 7. c) *etiam* om. Cod. Erlang. d) *eos* om. Hal. G. Be. e) *per* ins. Hal. f) *scilicet* Bn. g) Cf. §. 6. Inst. de mil. test. II. 11. pr. Inst. quib. non perm. test. fac. II. 12. Iuvenal. Sat. XVI. v. 52. sqq. h) *etiam* ins. Hal. i) *est* G. Bi. Bn. k) *filio* om. Bi. l) *voluerat* Hal. G. m) L. 6. Cod. de bon. quae liber. VI. 61. Cf. L. 8. eod. n) *honorem* om. G. τὸ ἐποφειλόμενον ἐφύλαξεν Theoph. o) *reservavimus* Hal. G. p) *ei* Hal. G. q) *adquirat* G. r) *eius* ins. Bn. s) *accesserit* Hal. t) *in* Hal. u) *negotii* add. Bn. x) *liberum* omissa voce *suum* G. Bi. *liberum suum* Bn. ἐμαγκίπατον ποιοῦντα τὸν παῖδα Theoph. y) *effugiebant* Hal. z) Constantin L. 1. L. 2. Cod. Theod. de matern. bon. VIII. 18. Id., Arcad. et Honor., Theod. et Valent., Leo L. 1 — L. 4. Cod. de bon. matern. VI. 60.

pretio [a] quodammodo emancipationis; et inhumanum quidem [b] accidebat, ut filius rerum suarum ex hac emancipatione dominio pro parte tertia [c] defraudaretur [d] et quod honoris ei ex emancipatione additum est [e], quod sui iuris effectus est, hoc per rerum diminutionem decrescat [f]. ideoque statuimus, ut parens pro tertia eorum bonorum parte [g] dominii, quam retinere poterat, dimidiam non dominii rerum, sed ususfructus retineat. ita etenim res [h] intactae apud filium remanebunt et pater ampliore summa fruetur [i] pro tertia dimidia [k] potiturus.

§. Item [l] nobis acquiritur quod servi nostri ex traditione nanciscuntur, sive quid stipulentur, [m] vel ex alia qualibet causa acquirant; hoc enim [n] nobis et ignorantibus et invitis obvenit [o]. ipse enim servus, qui in potestate alterius [p] est, nihil suum habere potest. I. §. 3.

§. *Igitur* [q] *[*quod*] liberi nostri, quos in potestate habemus, item quod servi* [r] *[*nostr*]i mancipio accipiunt, vel ex traditione nanciscuntur, sive quid stipulentur, vel ex alia qualibet causa acquirant, id nobis acquiritur: ipse enim, |qui in potestate nostra est, nihil suum habere potest.* G. §. 87. p. 75.

sed [s] (*et ideo*) si heres institutus sit, non alias nisi nostro iussu hereditatem adire (*non*) potest [t]; et si iubentibus nobis adierit, hereditas nobis acquiritur (*hereditatem nobis acquirit*), perinde ac [u] (*proinde atque*) si nos ipsi heredes instituti essemus. et [x] convenienter scilicet legatum per eos nobis acquiritur. §. *Dum tamen* [y] *sciamus, si alterius in bonis sit servus, alterius ex iure Quiritium, ex omnibus causis ei soli per eum acquiri, cuius in bonis est.* G. §. 88. §. Non solum [z] autem proprietas per eos, quos in potestate habemus, acquiritur nobis, sed etiam possessio. cuiuscumque [a] enim rei possessionem adepti fuerint, id nos possidere videmur. unde etiam per eos usucapio vel longi temporis possessio nobis accedit [b] (*procedit*). G. §. 89. §. *Per eas vero personas, quas in manu mancipiove habemus, proprietas quidem acquiritur nobis ex omnibus causis, sicut per eos, qui in potestate nostra sunt: an autem possessio acquiratur quaeri solet, quia ipsas non possidemus.* G. §. 90. §. De [c] iis (*his*) autem servis, in quibus tantum [d] usumfructum habemus, ita placuit, ut quidquid ex re nostra vel ex operis [e] I. §. 4. G. §. 91.

---

a) *praemio* Al. ὡσανεὶ τίμημα .. τῆς ἐμαγκιπατίονος Theoph. b) *quiddam* Hal. G. c) *tertia* om. Bu. οἰκείων ἐξεφεῖτο πραγμάτων, τῆς οὐσίας αὐτοῦ μειουμένης. Theoph. d) *defrudetur* G. *dominii ... defraudaretur* Bi. e) *erat* Hal. f) *effectus esset ... decresceret* Hal. g) *eorum bonorum* om. Hal. *pro tertia dominii parte bonorum* Bi. *pro t. p. bonorum dom.* omissa v. *eorum* Bu. h) *Ita et res* Bi. *Ita etenim et res* Bu. i) *fruatur* G. k) *dimidiae* Bi. l) Gai. L. 10. §. 1. D. cit. de acq. rer. dom. XLI. 1. m) *sive ex donatione, vel ex legato* add. Hal. *vel ex promissione, vel ex donatione, vel ex legato* add. Bu. Nostram lectionem tutatur praeter Gaium Theophilus quoque. Cf. Iulian. L. 86. §. 2. de legatis 1. XXX. Ulp. XIX. §. 19. sqq. n) *etenim* Bu. o) Cf. Gai. L. 32. D. de acq. rer. dom. XLI. 1. p) *alicuius* Bi. q) Cf. Ulp. XIX. §. 18. 19. Epit. II. 1. §. 7. r) L. 10. §. 1. cit. s) *et* ins. Bi. Bu. *Igitur quod servi nostri ex .... adquirunt, id nobis adquiritur; ipse enim, qui in p... potest. ideoque si* Dig. t) *sit, nisi ... adire non potest* Dig. Cf. Ulp. L. 25. §. 4. 5. D. de acq. vel. omitt. hered. XXIX. 2. u) *atque* cum Gaio Dig. x) *his* ins. Dig. y) Cf. Ulp. XIX. §. 20. item supra Comm. I. §. 54. et infra Comm. III. §. 166. z) Cit. L. 10. §. 2. a) *Cuiusque* Dig. b) *accidit* Hal. *per eorum longam possessionem dominium nobis adquiritur* Dig. c) Usque ad finem §. 93. L. 10. cit. §. 3—5. Cf. Epit. II. 1. §. 7. Ulp. XIX. §. 21. et infra Comm. III. §. 165. d) *tantummodo* Hal. e) *ex* om. Bi. Be. Bu. *ex operibus* G.

suis acquirant, id[f] **nobis** adiiciatur (*acquiratur*)**; quod**[g] **vero extra eas causas [*persecuti sint**[h]***], id ad dominum proprietatis pertineat**[i]**. itaque si is** (*iste*) **servus heres institutus sit, legatumve quid** (*quod*) **ei** aut donatum[k] (*datum*) **fuerit, non** usufructuario[l] (*mihi*)**, sed domino proprietatis acquiritur**[m].

G. §. 92. §. **Idem**[n] **placet et**[o] **de eo, qui a**[p] **nobis bona fide possidetur, |sive is**[q] **li-**

p. 76. **ber sit, sive alienus servus. quod enim placuit de usufructuario**[r]**, idem** placet **et**[s] (*probatur etiam*) **de bonae fidei**[t] **possessore. itaque quod extra duas istas**[u] **causas acquiritur, id vel ad ipsum pertinet, si liber est, vel**

G. §. 93. **ad dominum**[x]**, si servus est.** §. **Sed** (*si*) **bonae fidei p[ossessor** cum **usuceperit servum], quia eo modo dominus fit, [ex]** omnibus causis (*omni causa*) **per eum sibi acquirere potest.** fructuarius[y] (*usufructuarius*) **vero usucapere**[z] **non potest; primum quia non possidet, sed habet ius utendi** *et* **fruendi; deinde quia**[a] **scit, alienum servum e[sse].**

G. §. 94. Non solum autem proprietas per eos servos, in quibus usumfructum habemus vel quos bona fide possidemus, aut[b] per liberam personam, quae bona fide vobis servit, acquiritur nobis, sed etiam possessio.

§. *De illo quaeritur, an per eum servum, in quo usumfructum habemus, possidere aliquam rem et usucapere possimus, quia ipsum non possidemus. per eum vero, quem bona fide possidemus, sine dubio et possidere et usucapere possumus.*

Loquimur autem in utriusque persona[c] **secundum distinctionem**[d]**, quam proxime exposuimus, id est, si** quam possessionem (*quid*) **ex re nostra**

I. §. 5. **vel ex operis**[e] **suis** adepti fuerint (*acquirant*), *id nobis acquiritur.* §. **Ex his ita-**

G. §. 95. **que apparet, per liberos homines, quos neque iuri nostro subiectos habemus, neque bona fide possidemus, item per alienos servos, in quibus neque usumfructum habemus, neque iustam possessionem, nulla ex causa nobis acquiri p[osse. et hoc est, quod dici]tur, per extraneam personam nihil acquiri [posse]**[f]**,**

excepto eo, quod per liberam personam, veluti per procuratorem, placet non solum scientibus, sed et[g] ignorantibus nobis[h] acquiri

| — litt. 22 — | quaeritur, anne | — litt. 11 — | nobis acquiratur[k].

possessionem secundum divi Severi constitutionem[i], et per hanc possessionem etiam do-

---

f) *id* om. Bi. *g*) *adquiratur; si quid* Dig. *h*) *sunt* G. Bi. Bu. *consecuti sunt* Hal. *i*) *pertinet* Dig. *k*) *legatum quid ei donatumve* Bi. *l*) *mihi* cum Gaio Dig. *m*) *adquirit* Bi. *n*) Gai. L. 10. §. 4. 5. De de acq. rer. dom. XLI. 1. *o*) *et* om. Dig. *p*) *a* om. Dig. *q*) *is* om. cum Gaio Dig. *r*) *fructuario* Bi. *s*) *idem probatur etiam* cum Gaio Dig. *t*) *bona fide* G. Bi. Be. *u*) *istas* om. Dig. *x*) *eius* ins. Dig. *y*) *usufructuarius* cum Gaio Dig. *z*) *servum* ins. Dig. *a*) *quoniam* Dig. *b*) *vel* Bi. Bu. *c*) *personam* Bi. *d*) *diffinitionem* G. *definitionem* Bi. Be. Bu. *e*) *operibus* G. Bi. *f*) *et hoc ... posse* om. Cod. Erlang. *g*) *etiam* Bu. *h*) *nobis* (*vobis*) om. Bi. *sed etiam ignorantibus posse adquiri* Bu. *i*) Sever. et Antonin. L. 1. Cod. de acq. et retin. poss. VII. 32. Cf. Paul. L. 47. de usuc. et usurp. XLI. 3. *k*) Coniicere possis in cod. sic esse: „nihil acquiri *posse excepta possessione*; *de ea enim* quaeritur, anne *per liberam personam* nobis acquiratur". Ius, quod utilitatis ratione receptum esse in L. 1. C. cit. de acquir. possess. affirmant imperatores Severus et Antoninus, Gaii nostri temporibus fortasse nondum habebatur pro certo atque explorato. Goesch.

minium, si dominus fuit [l], qui tradidit, vel usucapionem aut longi temporis praescriptionem, si dominus non fuit [m].

§. *In summa sciendum* [*est, h*]*is,* [*qui in*] |*potestate, manu, mancipiove sunt, nihil* G. §. 96.
in iure cedi posse. cum enim [n] *istarum personarum nihil suum esse possit, conveniens est* p. 77.
scilicet, ut nihil [*omnino*] *in iure vindicare possint* | — *vers.* 1 — | [o].

§. [*Hactenus*] tantisper admonuisse sufficit [p], quemadmodum I. §. 6.
singulae res nobis [q] acquirantur [r]. nam legatorum ius, quo et ipso [s] sin- G. §. 97.
gulae res nobis [t] acquiruntur (*singulas res acquirimus*), item fideicommissorum, ubi singulae res nobis [u] relinquuntur, opportunius inferiore (*alio*) loco referemus. Videamus itaque nunc, quibus modis per universitatem res nobis [v] acquirantur [x]. §. Si [y] cui ergo heredes facti sumus [z], sive cuius bonorum pos- G. §. 98.
sessionem petierimus, *sive cuius bona emerimus*, vel si (*sive*) quem arrogaverimus, vel si cuius bona libertatum conservandarum causa nobis addicta fuerint, *sive quam in manum ut uxorem receperimus*, eius res omnes ad nos transeunt.

§. Ac prius de hereditatibus dispiciamus, quarum duplex condicio G. §. 99.
est: nam vel ex testamento, vel ab intestato ad nos pertinent.

§. Et prius est, ut de his dispiciamus, quae nobis ex testamento G. §. 100.
obveniunt [a], qua in re necessarium est initio [b] de ordinandis testamentis exponere.

TIT. X.

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

Testamentum ex eo appellatur, quod testatio mentis est. §. Sed ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, sciendum est, olim quidem duo genera testamentorum in usu fuisse, quorum altero in pace et in [b] otio utebantur, quod calatis comitiis appellabant [c]; altero, cum in praelium exi-

§. *Testamentorum* [d] *autem genera initio* I. pr.
duo fuerunt. nam aut calatis comitiis facie- G. §. 101. I. §. 1.
bant, quae comitia bis in anno testamentis faciendis destinata erant [e], *aut in procinctu* [f], *id est, cum belli causa ad pugnam ibant; procinctus est enim expeditus et armatus exercitus. alterum itaque in pace et*

---

l) *fuerit* Hal. m) *sit* Hal. G. n) Cf. supra h. C. §. 87. o) Linea vacua. p) *sufficiat* Hal. Bu. q) *nobis* (*vobis*) om. Bi. Bu. r) *adquiruntur* Bi. Be. Bu. s) *iure* add. G. Bi. Be. Bu. t) *nobis* (*vobis*) om. Bi. Bu. u) *nobis* (*vobis*) om. Bi. Bu. v) *nobis* om. G. Be. x) *adquiruntur* G. Be. Bi. Bu. y) Cf. Epit. II. 2. pr. z) *sitis* Hal. Bi. Bu. *simus* Be. a) *veniunt* Bu. b) *initium* Hal.

Tit. X. a) *sit* Hal. Servii Sulpicii definitio ap. Gell. VI. 12. Cf. definitt. Ulp. fragm. XX. §. 1. Modestin. L. 1. D. qui test. fac. XXVIII. 1. Duker de latin. vet. Ictor. p. 23. sqq. b) *in* om. Hal. c) *appellabatur* Bi. d) Cf. Gell. XV. 27. Ulp. XX. §. 2. e) Cf. Theoph.: *ἐγίνετο καιρῷ εἰρήνης δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, τοῦτον τὸν τρόπον· ὁ κῆρυξ ἅπασαν περιῄει τὴν πόλιν συγκαλῶν* (Cf. Laelius Felix apud Gell. XV. 27), *καὶ πᾶς ὁ δῆμος συνέτρεχε καὶ ὁ βουλόμενος ὑπὸ μάρτυρι διετίθετο τῷ δήμῳ.* f) Cf. Theoph.: *Τὸ δὲ procinctum ἐγίνετο ἡνίκα ἤμελλον ἐξίεναι ἐπὶ πόλεμον, τὸ ὄνομα δεξάμενον ἐκ τοῦ σχήματος ὅπερ ἔχοντες διετίθεντο. Procinctus γὰρ λέγεται ὁ ἐζωσμένος καὶ ἕτοιμος πρὸς παράταξιν*". Cf. praeterea Virgil. interpretes ed. Angeli Maii. Mediol. 1818. p. 67. 68. et Blumii iter Italicum tom. I. p. 263. Plutarch. Coriol. c. 9. Festus vocib. *Endo procinctu* et *Procincta*. Serv. ad Aeneid. VII. v. 612. Cic. de nat. deor. II. c. 3.

turi essent, quod procinctum [g] dicebatur [h]. G. §. 102. p. 78. Accessit deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur per aes et libram; scilicet quod [i] per mancipationem [k], id est [l] imaginariam quamdam venditionem agebatur, quinque testibus et libripende civibus Romanis puberibus praesentibus et eo, qui familiae emptor dicebatur. Sed illa quidem priora duo genera testamentorum ex veteribus temporibus [m] in desuetudinem abierunt; G. §. 103. quod vero per aes et libram fiebat, licet diutius permansit [n], attamen partim et hoc in usu esse desiit.

in otio faciebant, alterum in praelium exituri. §. Accessit [o] deinde tertium |genus testamenti, quod per aes et libram agitur. qui neque calatis comitiis, neque in procinctu testamentum fecerat, is, si subita morte urguebatur, amico familiam suam, id est patrimonium suum mancipio dabat, eumque rogabat, quid cuique post mortem suam dari vellet [p]. quod testamentum dicitur per aes et libram; scilicet quia per mancipationem peragitur. §. Sed illa quidem duo genera testamentorum in desuetudinem abierunt; hoc vero solum, quod per aes et libram fit, in usu retentum est [q]. sane nunc aliter [r] ordinatur, atque olim solebat. namque olim familiae emptor, id est qui a testatore familiam accipiebat mancipio, heredis locum obtinebat et ob id ei mandabat testator, quid cuique post mortem suam dari vellet. nunc vero alius heres testamento instituitur, a quo etiam legata relinquuntur, alius dicis gratia propter veteris iuris imitationem familiae emptor
G. §. 104. *adhibetur. §. Eaque [s] res ita agitur: qui facit, adhibitis, sicut in ceteris mancipationibus [t], quinque testibus civibus Romanis puberibus et libripende, postquam tabulas testamenti scripserit, mancipat alicui dicis gratia familiam suam. in qua re his verbis familiae emptor utitur: „familiam pecuniamque tuam endo mandatam tutelam custodelamque*
p. 79. *meam [*recipio, eaque*], quo tu iure testamentum |facere possis secundum legem publicam, hoc aere", et ut quidam adiiciunt „aeneaque libra", „esto mihi empta". deinde aere percutit libram idque aes dat testatori velut pretii loco. deinde testator tabulas testamenti tenens ita dicit: „haec ita, ut in his tabulis cerisque scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos, Quirites, testimonium mihi perhibetote". et hoc dicitur nuncupatio [u]: nuncupare est enim palam nominare; et sane quae testator specialiter in tabulis testamenti scripserit, ea videtur generali sermone nominare atque confirmare.*

I. §. 2. §. Sed praedicta quidem nomina testamentorum ad ius civile referebantur; postea vero [x] ex edicto praetoris forma alia faciendorum testamentorum introducta est. iure enim honorario nulla mancipatio [y] desiderabatur, sed septem testium signa sufficiebant, cum iure
I. §. 3. civili signa testium non erant [z] necessaria. §. Sed cum paulatim tam ex usu hominum, quam ex constitutionum emendationibus [a] coepit in unam consonantiam ius civile et prae-

g) *inprocinctu* Cod. ms. Ulp. XX. §. 2. Cf. not. f. praeced. h) *vocabatur* Bi. Be. i) *quod* om. Cod. Erlang. k) *emancipationem* G. Bi. . . ἐγένετο δὲ κατὰ ἐμαγκιπατίωνα. Ἐμαγκιπατίων δὲ κ. τ. λ. Theoph. l) *per* repetit Bu. m) *iam* ins. Bi. n) *permanserit* Hal. Bu. o) Cf. Gell. XV. 27. Ulp. XX. §. 2. p) Cf. Theoph. l. c. q) Cf. Ulp. l. c. r) Cf. Theoph. l. c. s) Cf. Ulp. XX. §. 2. cit. et §. 9. t) Cf. supra Comm. I. §. 119. u) Cf. Ulp. cit. 9. Isidor. Or. IV. c. 24. item infra Inst. h. t. §. 14. x) *vero* om. Bi. y) *emancipatio* G. Bi. z) *essent* Hal. a) Cf. Euseb. in vit. Constant. IV. 26. Tit. Cod. de testam. et quemadm. VI. 23.

**torium iungi, constitutum est, ut uno eodemque tempore, quod quodammodo ius civile
exigebat, septem testibus adhibitis et subscriptione testium, quod ex constitutionibus [b] in-
ventum est, et [c] ex edicto praetoris signacula testamentis imponerentur; [d] ut hoc ius tri-
pertitum esse videatur, ut [e] testes quidem et eorum praesentia uno contextu testamenti
celebrandi gratia a iure civili descendant, subscriptiones autem testatoris et testium ex sa-
crarum constitutionum observatione adhibeantur, signacula autem et numerus testium ex
edicto praetoris. §. Sed his omnibus a [f] nostra constitutione [g] propter testamentorum sin- I. §. 4.
ceritatem, ut nulla fraus adhibeatur, hoc additum est, ut per manum [h] testatoris vel te-
stium nomen heredis exprimatur et omnia secundum illius constitutionis tenorem proce-
dant [i]. §. Possunt autem omnes testes et [k] uno annulo signare testamentum [l]. quid enim, I. §. 5.
si septem annuli una sculptura [m] fuerint, secundum quod Pomponio [n] visum est? sed [o]
alieno quoque annulo licet signare [p]. §. Testes autem adhiberi possunt ii, cum quibus I. §. 6.
testamenti factio est; sed neque mulier, neque impubes, neque servus, neque mutus, ne-
que surdus, neque furiosus, neque is, cui [q] bonis interdictum est, neque ii, quos leges iu-
bent improbos intestabilesque esse [r], possunt in numero [s] testium adhiberi. §. Sed cum I. §. 7.
aliquis ex testibus testamenti quidem faciendi tempore liber existimabatur, postea vero [t]
servus apparuit, tam divus Hadrianus [u] Catonio Vero [x], quam postea divi [y] Severus et An-
toninus rescripserunt [z], subvenire se ex sua liberalitate testamento, ut sic habeatur [a], at-
que [b] si ut oportet [c] factum esset, cum eo tempore, quo testamentum signaretur, omnium
consensu hic testis liberorum [d] loco fuerit, nec [e] quisquam esset, qui ei status quaestio-
nem moveret [f]. §. Pater [g], nec non is, qui in potestate eius est, item duo fratres, qui I. §. 8.
in eiusdem patris sunt potestate, utrique [h] testes in uno testamento fieri possunt, quia ni-
hil nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi. §. In testibus [i] autem I. §. 9.
non debet is [k] esse, qui in potestate est** *aut familiae emptoris aut ipsius* **te-** G. §. 105.
statoris, *quia propter veteris iuris imitationem totum hoc negotium, quod agitur testa-
menti ordinandi gratia, creditur inter familiae emptorem agi et testatorem: quippe olim,
ut proxime diximus, is, qui familiam testatoris mancipio accipiebat, loco heredis erat.
itaque reprobatum est in ea re domesticum testimonium. §. Unde [l] et si is, qui in pote-* G. §. 106.
state patris est, familiae emptor adbibitus sit, pater eius testis esse non potest. at ne is

---

b) Cf. Theod. et Valent. L. 21. Cod. tit. cit. c) *et* om. Bi. Be. d) *ita* ins. Hal. e) *et* Hal. f) *ex* Bi. Be. g) L. 29. Cod. tit. cit. Sed cf. Nov. 119. c. 9. h) *per manus* Hal. Bi. i) C. N. (in editt. non obvia, ex ms. Gottingensi): „Sed hodie novo iure, sive per se, sive per alium testator nomen heredis scripsit, nihilominus valet testamentum". Ex Nov. 119. c. 9. Auth. *Et non observato* Cod. de testam. VI. 23. k) *et* om. Bu. l) Cf. Ulp. L. 22. Dig. qui test. fac. XXVIII. 1. Kirchman. de annulis. p. 31. m) *unius sculpturae* Bi. n) *Papiniano* Hal. *τῷ Πομπονίῳ* Theoph. o) *et* ins. Hal. G. Be. p) *testamentum* add. Hal. Cf. Ulp. L. 22. §. 2. et cit. Diocl. et Max. L. 12. Cod. h. t. VI. 23. q) *nec cui* G. Bi. Be. r) *is, quem … improbum intestabilemque* Bi. Bu. Cf. Gai. L. 26. D. h. t. XXVIII. 1. s) *in numerum* Hal. t) *autem* Hal. u) L. 1. Cod. de test. VI. 23. (Hadrianus A. Catonio Vero). x) *πρὸς Κατώνιον Βῆρον* Theoph. *Catoni* omisso nomine *Vero* Hal. *Catoniano Vero* Bu. *Ceionio Vero* legendum conficio. *L. Ceionius Commodus Verus* appellabatur non solum imperator L. Verus donec adoptaretur, sed et pater eius. *Catonius Verus* nusquam mihi occurrit, et nomen *Catonii* omnino tam rarum est, quam temporibus Hadriani *Ceionii* frequens. Kl. y) *dicus* Bi. z) Quorum rescriptum non extat. a) *firmum* add. Hal. Bu. b) *ac* Hal. Bi. c) *oportebat* Hal. d) *liberi* Hal. e) *neque* Hal. f) *movisset* G. Be. De re cf. Ulp. L. 22. §. 1. D. h. t. XXVIII. 1. g) …. *adhiberi* Ulp. XX. §. 6. et L. 17. D. de testib. XXII. 5. h) *utique* Hal. i) Cf. Ulp. XX. §. 3. k) *is* om. G. Bi. Bu. Be. l) Cf. Ulp. XX. §. 4. 5.

quidem, qui in eadem potestate est, velut frater eius. Sed si [m] filiusfamilias de (*ex*) castrensi peculio post missionem faciat testamentum, nec pater

p. 80. eius recte testis |adhibetur, nec is, qui in potestate eiusdem patris est;

G. §. 107. reprobatum est enim in ea re domesticum testimonium [n]. §. *De libripende* [o] *eadem, quae et de testibus, dicta esse intellegemus: nam et is testium numero est.*

I. §. 10. §. Sed neque heres scriptus, neque is, qui in potestate eius est, neque pater eius, qui habet eum in potestate, neque fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes adhiberi possunt; quia totum hoc negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter heredem et testatorem agi. licet enim [p] totum ius tale conturbatum fuerat [q] et veteres quidem [r] familiae emptorem et eos, qui per potestatem ei coadunati [s] fuerant, a testamentariis [t] testimoniis repellebant, heredi [u] et iis, qui per potestatem ei coniuncti [x] fuerant, concedebant testimonia in testamentis praestare, licet ii, qui id permittebant, hoc iure minime abuti eos debere suadebant; tamen nos eamdem observationem corrigentes et quod ab illis suasum est, in legis necessitatem transferentes ad imitationem pristini familiae emptoris merito nec heredi, qui imaginem vetustissimi familiae emptoris obtinet, nec aliis personis, quae ei, ut dictum est, coniunctae sunt, licentiam concedimus [y], quodammodo sibi testimonia praestare, ideoque nec huiusmodi veteres constitutiones [z] nostro codici inseri permisimus.

G. §. 108. §. *Is vero* [a], *qui in potestate heredis, aut in* [b] *legatarii est, cuiusve heres ipse aut legatarius in potestate est, quique in eiusdem potestate est, ab eo,* [* *qui testamentum facit* *], *testis et libripens adhiberi potest; ut ipse quoque heres et legatarius iure adhibeantur. sed tamen, quod ad heredem pertinet, quique in eius potestate est, cuiusque is in potestate erit, minime hoc iure uti debemus.*

I. §. 11. §. Legatariis autem et fideicommissariis, quia non iuris successores sunt, et aliis personis eis coniunctis [c] testimonium non denegamus [d], immo in quadam nostra constitutione [e] et hoc specialiter [f] concessimus, et multo magis iis, qui in eorum potestate sunt, vel qui

I. §. 12. eos habent in potestate, huiusmodi licentiam damus. §. Nihil autem interest, [g] testamen-

I. §. 13. tum in tabulis, an in chartis membranisve [h], vel in alia materia fiat [i]. §. Sed et unum [k] testamentum pluribus codicibus conficere [l] quis potest, secundum obtinentem tamen observationem omnibus factis. quod interdum etiam [m] necessarium est, veluti si quis naviga-

---

m) *etsi* G. Be. De re ipsa cf. Ulp. L. 20. D. qui test. fac. poss. XXVIII. 1. n) Cf. Gai. h. C. §. 106. Arc. et Hon. L. 3. §. 3. C. Theod. de test. IV. 4. o) Cf. Ulp. XX. cit. §. 3. p) *autem* Hal. q) *fuerit* Bu. r) *veteres, qui* Bi. Al. s) *coniuncti* Hal. Bu. *qui in potestate eius coadunati* Bi. t) *a testamentariis* om. G. u) *autem* add. Hal. x) *qui in potestate eius coadunati* Bi. y) Cf. Ulp. L. 20. §. 1. D. h. t. XXVIII. 1. z) *veterem constitutionem* Bi. Bu. a) Cf. Cic. pro Mil. c. 18. et Ulp. L. 20. cit. pr. b) *potestate* add. Goesch. c) *personis, quae eis coniunctae sunt* G. Be. d) *denegavimus* G. Be. e) Quae desideratur. f) *eis* ins. Hal. g) *utrum* ins. Bu. h) *charta membranave* Bi. i) Ulp. L. 1. pr. D. de B. P. sec. tabb. XXXVII. 11. „*Tabulas testamenti accipere debemus omnem materiae figuram. sive igitur tabulae sint ligneae, sive cuiuscumque alterius materiae, sive chartae, sive membranae sint, vel si e corio alicuius animalis, tabulae recte dicentur*". k) Florentin. L. 24. D. h. t. XXVIII. 1.: „*Unum testamentum pluribus exemplis consignare quis potest. idque interdum necessarium est, forte si navigaturus et secum ferre et relinquere iudiciorum suorum testationem velit*". l) *perficere* Bi. m) *etiam* om. Bu.

turus et secum fere et domi relinquere iudiciorum suorum contestationem velit, vel pro-
pter alias innumerabiles causas, quae humanis necessitatibus imminent. §. Sed haec qui- I. §. 14.
dem de testamentis, quae in [n] scriptis conficiuntur. si quis autem sine scriptis voluerit or-
dinare iure civili testamentum, septem testibus adhibitis et sua voluntate coram eis nun-
cupata sciat [o] hoc perfectissimum testamentum iure civili firmumque constitutum [p].

TIT. XI.

DE MILITARI TESTAMENTO.

§. [a] Supradicta [b] (*Sed haec*) diligens observatio in ordinandis testa- I. pr. G. §. 109.
mentis militibus propter nimiam [c] imperitiam [consti]tutionibus princi-
palibus [d] (*principum*) remissa est [e]. nam quamvis ii neque legitimum nume-
rum testium adhibuerint, neque aliam testamentorum sollennitatem observaverint,
(*neque vendiderint familiam, neque nuncupaverint testamentum*), recte nihilominus
testantur. videlicet cum in expeditionibus occupati sunt; quod merito nostra constitu-
tio [f] induxit [g]. quoquo enim modo voluntas eius suprema sive scripta inveniatur, sive
sine scriptura, valet testamentum ex voluntate eius. illis autem temporibus, per quae ci-
tra expeditionum [h] necessitatem in aliis locis vel [i] suis aedibus [k] degunt, minime ad vin-
dicandum tale privilegium adiuvantur. sed testari quidem, etsi filiifamilias sunt [l], propter
militiam conceduntur, iure tamen communi eadem observatione et [m] in eorum testamen-
tis adhibenda, quam et [n] in testamentis paganorum proxime exposuimus.

§. *Praeterea permissum est iis, et peregrinos et Latinos instituere heredes, vel iis* G. §. 110.
*legare; cum alioquin peregrini quidem ratione civili prohibeantur capere hereditatem lega-
taque* [o], *Latini vero* [p] *per legem Iuniam.* §. *Caelibes* [q] *quoque, qui lege Iulia hereditatem* G. §. 111.
legataque capere vetantur: item orbi, id est, qui liberos non habent, quos lex [r] || — *litt.* 17 — | p. 81.
prohibet | — *litt.* 14 — | — *vers.* 23 — |.

§. Plane de militum testamentis divus Traianus Statilio Severo [s] ita rescripsit: „Id I. §. 1.
„privilegium, quod militantibus datum est, ut quoquo [t] modo facta ab iis testamenta rata

n) in om. Hal. o) *fiet* Bi. p) Cf. Ulp. L. 21. D. h. t. XXVIII. 1.

Tit. XI. a) Praescribitur in cod. Ver. „*De testamentis militum*". b) *Supradictorum* Bu. De re ipsa cf. Ulp. XXIII. §. 10. c) *eorum* add. Hal. *propter simplicitatem eorum* Traian. ap. Ulp. L. 1. pr. D. h. t. XXIX. 1. *propter simplicitatem militarem* Antonin. L. 3. Cod. de test. mil. VI. 21. διὰ τὴν ἐν νόμοις ἀπειρίαν Theoph. d) *principalibus* om. Al. et Theoph. e) Ulp. L. 1. pr. D. cit. „*Militibus liberam testamenti factionem primus quidem divus Iulius Caesar concessit; sed ea concessio temporalis erat. postea vero primus divus Titus dedit. post hoc Domitianus. postea divus Nerva plenissimam indulgentiam in milites contulit; eamque et Traianus secutus est, et exinde mandatis inseri coepit caput tale. etc.* f) L. 17. Cod. h. t. VI. 21. sed cf. Constantin. L. 15. eod. g) *introduxit* Hal. G. h) *expeditionis* Bu. i) *in* add. Bu. k) *sedibus* Al. ἐν τοῖς … αὐτῶν οἰκήμασι Theoph. c. interpr. item Iustinian. L. 8. Cod. qui b. non obiic. VII. 35. l) *filiifamiliarum sint* Hal. *filiifamiliarum sunt* G. m) *et* om. Bi. n) *et* om. Hal. o) Cf. Ulp. XXII. §. 2. p) Cf. supra Comm. I. §. 23. 24. et infra h. C. §. 275. q) Cf. infra h. C. §. 286. et §. 144. r) Folium, quo huius paginae argumentum continuabatur, deperditum est. s) Nostram lectionem tuetur et Florentinus L. 24. Dig. h. t. XXIX. 1. (unde locus noster transscriptus est) et Theoph. „Στατίλιος Σεβῆρος"; sed Haloandri lectio „*Catilio Severo*" adiuvatur Dione Cass. LXIX. c. 21. p. 1166. ed. Reimar. „ὁ Ἄννιος Μάρκος, ὁ Κατίλιος πρότερον ὀνομαζόμενος", et Capitolino in Marc. cap. 1.: *Catilii Severi*. Cf. interpr. ad locc. citt. Wesseling. obss. I. 23. Extant ad hunc Catilium complures Plinii iun. epistolae. t) *quocunque* Bu.

„sint, sic intellegi debet, ut utique prius constare debeat, testamentum factum esse, quod
„et sine scriptura[u] a non militantibus quoque fieri potest. is ergo miles, de cuius bonis
„apud te quaeritur, si convocatis[x] hominibus ad hoc, ut voluntatem suam testaretur,[y] ita
„locutus est, ut declararet[z], quem vellet sibi[a] heredem esse et cui libertatem tribueret[b],
„potest videri sine scripto hoc modo esse testatus, et voluntas eius rata habenda est[c].
„ceterum si, ut plerumque sermonibus fieri solet, dixit alicui: „„ego te heredem facio"",
„aut: „„ tibi bona mea relinquo"", non oportet hoc pro testamento observari; nec ullo-
„rum magis interest, quam ipsorum, quibus id privilegium datum est, eiusmodi[d] exem-
„plum non admitti: alioquin non difficulter post mortem alicuius militis testes existerent,
„qui affirmarent, se audisse dicentem aliquem, se relinquere bona cui visum sit, et per
I. §. 2. „hoc vera iudicia subverterentur[e]". §. Quinimmo et mutus et surdus miles testamentum
I. §. 3. facere potest[f]. §. Sed hactenus hoc illis a principalibus constitutionibus[g] conceditur, qua-
tenus militant et in castris degunt. post missionem vero veterani, vel extra castra[h] si
faciant adhuc militantes testamentum, communi omnium civium Romanorum iure[i] facere
debent. et quod in castris fecerint[k] testamentum non communi iure, sed quo modo[l] vo-
luerint, post missionem intra annum tantum valebit. quid igitur[m], si intra annum de-
cesserit, condicio autem heredi adscripta[o] post annum extiterit, an quasi militis testamen-
I. §. 4. tum valeat? et placet valere quasi militis[p]. §. Sed et si quis ante militiam non iure fe-
cit testamentum et miles[q] factus et in expeditione degens resignavit illud et quaedam ad-
iecit sive detraxit, vel alias manifesta est militis voluntas hoc valere volentis, dicendum
I. §. 5. est valere hoc[r] testamentum quasi ex nova militis voluntate[s]. §. Denique et[t] si in
arrogationem datus fuerit miles, vel filiusfamilias emancipatus est, testamentum eius quasi
I. §. 6. ex nova militis voluntate valet, nec videtur capitis diminutione irritum fieri[u]. §. Scien-
dum tamen est, quod[x] ad exemplum castrensis peculii tam anteriores leges[y], quam prin-
cipales constitutiones[z] quibusdam quasi castrensia dederunt[a] peculia, et quorum[b] quibus-
dam permissum erat[c] etiam in potestate degentibus testari; quod nostra[d] constitutio[e] la-
tius extendens permisit[f] omnibus in his tantummodo[g] peculiis testari quidem, sed iure[h]
communi. cuius constitutionis tenore perspecto licentia est nihil eorum, quae ad praefa-
tum ius pertinent, ignorare.

---

u) *et* ins. Hal. et Dig., mox *quoque* omitt. x) *Si ergo miles ... quaeritur convocatis* Hal. et Dig.
y) *et* ins. Bu. z) *declaret* Bi. a) *sibi* om. Bu. b) *tribuere* G. Dig. c) *eius esse rata habenda* Bu.
d) *huiusmodi* Bu. e) *subvertuntur* Bi. Dig. f) Ulp. L. 4. D. h. t. XXIX. 1. „*Iure militari surdum et mutum testamentum facere posse ante causariam missionem in numeris manentem placet*". g) Cf. tit. Cod. de test. mil. VI. 21. h) *alii* ins. Hal. i) *id* ins. Hal. k) *fecerunt* Bi. l) *quocunque modo* Bu. m) *ergo* Hal. G.
n) *quis* ins. Hal. *quidem* ins. Bi. o) *scripta* Bu. p) Cf. Gai. L. 17. §. 4. African. L. 21. Macer. L. 26. Paul. L. 38. D. h. t. XXIX. 1. q) *est* ins. Bu. r) *hoc* om. Bu. s) Cf. Iulian. L. 20. §. 1. Marcell. L. 25. D. tit. cit.
t) *et* om. Bi. u) Cf. Marcian. L. 22. Tertyll. L. 23. D. eod. x) *cum* ins. Hal. y) Cf. Ulp. L. 1. §. 6. D. ad SC. Trebell. XXXVI. 1. L. 3. §. 5. D. de B. P. XXXVII. 1. L. 1. §. 15. D. de coll. bon. XXXVII. 6. z) Cf. e. gr. Honor. et Theod. L. 7. Cod. de assessorib. I. 51. Iid. L. 4. Cod. de advoc. div. iud. II. 7. a) *dederant* Hal.
b) *horum* Hal. Be. c) *fuerat* Hal. d) *nostra id* Hal. pro *quod nostra*. e) L. 37. Cod. de inoff. test. III. 28. cf. Iustinian. L. 12. Cod. qui test. fac. VI. 22. f) *permiserit* Hal. g) *in huiusmodi* Hal. pro *in his tantummodo*.
h) *testari, sed iure quidem* Bi.

TIT. XII.

QUIBUS NON EST PERMISSUM FACERE TESTAMENTUM [a].

Non tamen omnibus licet facere testamentum. statim enim ii, qui alieno iuri subiecti sunt, testamenti faciendi ius non habent; adeo quidem, ut, quamvis parentes eis permiserint, nihilo magis iure testari possint [b], exceptis iis, quos antea [c] enumeravimus [d], et praecipue militibus, qui in potestate parentum sunt, quibus de eo, quod in castris acquisierunt [e], permissum est ex constitutionibus principum testamentum facere [f]. quod quidem ius ab initio [g] tantum militantibus datum est, tam auctoritate divi Augusti, quam Nervae, nec non optimi imperatoris Traiani; postea vero [h] subscriptione divi Hadriani etiam [i] dimissis [k] militia, id est veteranis, concessum est [l]. itaque siquidem [m] fecerint de castrensi peculio testamentum, pertinebit hoc ad eum, quem heredem reliquerint [n]. si vero intestati decesserint nullis liberis vel fratribus [o] superstitibus, ad parentes [p] eorum iure communi pertinebit. Ex hoc [q] intellegere possumus, quod in castris acquisierit miles, qui in potestate patris est, neque ipsum patrem posse adimere [r], neque patris creditores id vendere vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune esse [s], sed scilicet [t] proprium eius esse, qui id [u] in castris acquisierit, quamquam iure civili [x] omnium, qui in potestate parentum [y] sunt, peculia perinde in bonis parentum computantur [z], ac [a] servorum peculia in bonis dominorum numerantur, exceptis videlicet [b] iis, quae ex sacris constitutionibus, et praecipue nostris, propter diversas causas non acquiruntur. praeter hos igitur, qui castrense vel quasi castrense peculium [c] habent, si quis alius filiusfamilias testamentum fecerit, inutile est, licet suae potestatis factus decesserit [d]. I. pr.

§. Praeterea testamentum facere non possunt impuberes, quia nullum eorum animi iudicium [e] est [f]; item furiosi, quia mente carent [g]. nec ad rem pertinet, si impubes I. §. 1.

|— *litt.* 37 —| [h]. §. *testamentum facere* |— *litt.* 28 —| || — *litt.* 10 — | *scilicet ut quae tutela liberatae non essent, ita testari deberent.* G. §. 112. p. 82. §. *Videntur ergo melioris condicionis esse femi-* G. §. 113.

TIT. XII. a) *Quibus Non Permittitur Facere Testamentum.* Bi. b) Gai. L. 6. D. qui test. fac. XXVIII. 1. Cf. Diocl. et Max. L. 3. §. 1. Cod. eod. tit. VI. 22. c) Cf. tit. anteced. d) *enunciavimus* Bu. e) *adquisierint* Bu. f) Cf. Ulp. fragm. XX. §. 10. Paul. sent. rec. III. 4 a. §. 3. g) *ab* om. G. Be. *ab initio* om. *inprimis* substituens Bi. *quidem ab initio ius* Bu. h) *ex* ins. Bi. i) *et* Bu. k) *a* ins. Hal. *honeste a* ins. Bu. l) Cf. nott. ad pr. tituli antecedentis. m) *si quod* G. Be. n) *reliquerunt* Hal. *relinquerint* G. o) Cf. contra Nov. 118. cap. 2. p) *parentem* Bi. q) *Ex eo* Bi. r) *neque ipsum patrem posse adimere* desunt in Cod. Erlang. s) Cf. Ulp. L. 1. §. 15. D. de collat. bon. XXXVII. 6. t) *scilicet* om. Bi. u) *esse, id quod* Bi. Bu. x) *iure civili* non habet Theoph. y) *parentis* Bi. z) *computentur* Hal. a) *si* ins. G. Bi. b) *scilicet* Bu. c) *peculium* om. G. d) Cf. Ulp. L. 1. §. 8. de B. P. sec. tabb. XXXVII. 11. e) *indicium* Bi. Bu. f) Cf. Ulp. L. 5. D. qui test. fac. XXVIII. 1. Fragm. XX. §. 12. Paul. rec. sent. III. 4 a. §. 1. g) Cf. Pomp. L. 16. Paul. L. 17. D. tit. cit. h) Gaius eum ordinem servasse videtur, ut, post absolutam materiam de testamentis militum, de his personis ageret, quibus non est permissum facere testamentum: quo sane pertinent, quae in fine pag. 81. nec non in princip. pag. 82. nobis legere contigit. Itaque praeter Ulpianum, Fragm. XX. §. 10—15. conferenda est Epit. II. 2. §. 1—3. ubi quae leguntur haec sunt: „§. 1. *Id quoque statutum est, quod non omnibus liceat facere testamentum: sicut sunt hi, qui sui iuris non sunt, sed alieno iuri subiecti sunt, hoc est, filii, tam ex nobis nati, quam adoptivi. §. 2. Item testamenta facere non possunt impuberes, id est, minores quatuordecim annorum, aut puellae duodecim. §. 3. Item et hi, qui furiosi, id est,*

postea pubes, aut furiosus postea compos mentis factus fuerit et decesserit. furiosi autem si per id tempus fecerint testamentum, quo furor eorum intermissus est, iure testati esse videntur [i], certe eo, quod ante furorem fecerint, testamento valente. nam neque testamenta recte facta [k], neque ullum aliud negotium recte gestum postea furor interveniens perimit.

nae, quam masculi: nam masculus minor annorum quatuordecim testamentum facere non potest, etiamsi tutore auctore testamentum facere velit; femina vero post duodecimum ann[um] testamenti faciendi ius nanciscitur | — vers. 1 — | [l].

I. §. 2. §. Item prodigus, cui bonorum suorum administratio interdicta est, testamentum facere non potest; sed id, quod ante fecerit [m], quam interdictio bonorum suorum [n] ei fiat,
I. §. 3. ratum est [o]. §. Item [p] surdus et mutus non semper testamentum facere possunt [q]. utique autem de eo surdo loquimur, qui omnino non exaudit, non [r] qui tarde exaudit; nam et mutus is intellegitur, qui loqui [s] nihil potest, non qui tarde loquitur. saepe enim [t] etiam litterati et eruditi homines variis casibus [u] et audiendi et loquendi facultatem amittunt; unde nostra constitutio [x] etiam his subvenit, ut certis casibus et modis secundum normam eius possint testari, aliaque facere, quae eis permissa sunt. sed si quis post factum testamentum adversa valetudine aut quolibet alio casu mutus aut surdus esse coeperit, ratum
I. §. 4. nihilominus permanet [y] eius testamentum. §. Caecus autem non potest facere testamen-
I. §. 5. tum, nisi per observationem, quam lex divi Iustini [z] patris nostri [a] introduxit [b]. §. Eius [c] qui apud hostes est testamentum, quod ibi fecit, non valet, quamvis redierit [d]; sed quod dum in civitate fuerat fecit, sive redierit, valet iure postliminii, sive illic decesserit, valet ex lege Cornelia [e].

TIT. XIII.

DE EXHEREDATIONE LIBERORUM.

G. §. 114. §. *Igitur* [a] *si quaeramus, an valeat testamentum, imprimis advertere debemus, an is, qui id fecerit, habuerit testamenti factionem: deinde, si habuerit, requiremus, an secundum iuris civilis regulam testatus sit; exceptis militibus, qui[bus] propter nimiam [impe]ritiam, ut diximus* [b], *quomodo velint, vel quomodo [poss]int* [c], *permittitur testamentum facere.*

---

mente insani fuerint, non possunt facere testamenta. Sed hi, qui insani sunt, per intervalla, quibus sani sunt, possunt facere testamenta". Goesch. i) Cf. Paul. rec. sent. tit. cit. §. 6. k) *testamentum ... factum* Hal. Bi. l) Versus vacuus. m) *fecit ante* Bi. Cf. Paul. l. c. §. 7. n) *suorum* om. Bi. o) Cf. Ulp. L. 18. D. tit. cit. p) *et* ins. Bu. q) *potest* Bi. Cf. Gai. L. 6. §. 1. Macer L. 7. D. eod. & §. 1. cf. Ulp. fragm. XX. §. 12. 13. r) *de eo* ins. Bi. s) *eloqui* Hal. Bi. t) *enim* om. Bu. *autem* G. u) *causis* G. Be. x) L. 10. Cod. qui test. VI. 22. y) *manet* Hal. z) L. 8. Cod. tit. cit. a) *mei* G. Cf. Not. n. ad §. 3. Inst. de donat. II. 7. pag. 71. b) Sed cf. Paul. rec. sent. III. 4a. §. 4. c) *autem* ins. Bi. d) Gai. L. 8. pr. D. qui test. fac. XXVIII. 1. e) Cf. Paul. loc. cit. §. 8. Iulian. L. 12. D. tit. cit. supra §. 5. I. quib. mod. ius pot. I. 12.

Tit. XIII. a) Usque ad verba *testatus sit* est L. 4. D. qui test. fac. poss. XXVIII. 1. (Gai. lib. II. inst.) b) Cf. supra h. C. §. 100. c) Cf. Ulp. XXIII. §. 10.

§. Non tamen, ut omnino (*iure civili*) [vale]at testamentum, sufficit haec (*ea*) observatio, quam supra [d] exposuimus *de familiae venditione et de testibus et de nuncupationibus.* I. pr. G. §. 115.

§. *Ante omnia requirendum est, an institutio heredis sollenni more facta sit: nam aliter facta institutione nihil proficit, familiam testatoris ita venire, testesque ita adhiberi, [itaque] nuncupari testamentum, ut supra diximus* [d]. G. §. 116. *§. Sollennis* [e] *autem institutio haec est: „Titius heres esto". sed et illa iam comprobata videtur: „Titium heredem esse* |*iubeo". at illa non est comprobata: „Titium heredem esse volo". sed et illae a plerisque improbatae sunt: „heredem instituo", item „heredem facio".* G. §. 117. p. 83.

§. *Observandum* [f] *praeterea est, ut si mulier, quae in tutela sit, faciat testamentum, [* auctoribus iis, quos *] tutores habet, facere debeat: alioquin inutiliter iure civili testabitur.* G. §. 118. §. *Praetor* [g] *tamen, si septem signis testium signatum sit testamentum, scriptis heredibus secundum tabulas testamenti [hereditatem] pollicetur: [* et *] si nemo sit, ad quem ab intestato iure legitimo pertineat hereditas, velut frater eodem patre natus, aut patruus, aut fratris filius, ita poterunt scripti heredes retinere hereditatem. nam idem iuris est* [h] *et si alia ex [causa] testamentum non valeat, velut quod familia non venierit, aut nuncupationis verba testator locutus non sit.* G. §. 119. §. *Sed* [i] *videamus, an etiam si frater aut patruus extent, potiores scriptis heredibus habeantur. rescripto enim imperatoris Antonini significatur, eos, qui secundum tabulas testamenti non iure factas bonorum possessionem petierint, posse adversus eos, qui ab intestato vindicant hereditatem, defendere se per exceptionem doli mali.* G. §. 120. §. *Quod sane quidem ad masculorum testamenta pertinere certum est; item ad feminarum, quae ideo non utiliter testatae sunt, quod verbi gratia familiam non vendiderint, aut nuncupationis verba locutae non sint:* |*an autem et ad ea testamenta feminarum, quae sine tutoris auctoritate fecerint, haec constitutio pertineat, videbimus.* G. §. 121. p. 84. §. *Loquimur autem de his scilicet feminis, quae non in legitima parentium aut patronorum tutela sunt, sed de his, quae alterius generis tutores habent, qui etiam inviti coguntur auctores fieri* [k]. *alioquin parentem et patronum, sine auctoritate eius facto testamento, non summoveri palam est.* G. §. 122.

§. Sed (*Item*) qui filium in potestate habet [l], curare debet, ut eum *vel* heredem instituat vel nominatim exheredem [m] faciat [n]. (*exheredet*). alioquin si eum [o] silentio praeterierit, inutiliter testabitur. I. pr. contin. G. §. 123.

---

d) Cf. supra Iust. Inst. h. lib. tit. X. et Gai. h. C §. 108. sqq. *e*) Cf. Ulp. XXI. *f*) Cf. supra Comm. I. §. 192. et h. C. §. 112—13. et infra Comm. III. §. 43. item Ulp. XX. §. 15. Boeth. in Top. Cic. c. 4. (libr II). *g*) Cf. infra h. C. §. 147. sqq. et Cic. cum Boëth. l. c. *h*) Cf. Ulp. XXVIII. §. 6. et supra §. 2. Inst. de test. ord. II. 10. *i*) Cf. Paul. in Coll. leg. Rom. et Mos. XVI. §. 3. init. *k*) Cf. supra Comm. I. §. 190. et 192. *l*) *sed si quis f. i. p. habeat* Bi. De re ipsa cf. Epit. II. 3. pr. §. 4. Ulp. XXII. §. 16. *m*) *cum* ins. Hal. G. Be. *n*) C. N. (Apud Baudoz. i. f. tit.; ap. Vult. ipsa Codicis auth inseritur ad §. 5.; ap. Be. hic loci inseritur): „Non licet parentibus si quem ex liberis velint exheredare vel praeterire, nisi (*si* ins. Cuiac. *si is* ins. Baud.) probetur ingratus a scripto herede et ingratitudinis causa inseratur nominatim testamento. Causae vero comprehensae sunt quatuordecim sub cap. de inoff. test. (*sub ... test.* om. Baud.)". Ex Nov. 115. c. 3. Auth. *Non licet* Cod. de liber. praeter. VI. 28. *o*) *cum* om. Bi.

adeo quidem, ut,[p] si vivo patre filius[q] decesserit, nemo heres ex eo[r] testamento existere possit, quia scilicet ab initio non constiterit testamentum[s]. sed non ita de filiabus vel[t] aliis per virilem sexum descendentibus liberis utriusque sexus fuerat antiquitati observatum; sed si non fuerant heredes scripti scriptaeve vel exheredati exheredataeve, testamentum quidem non infirmabatur, ius autem[u] accrescendi eis ad certam portionem praestabatur[v]. sed nec nominatim eas personas exheredare parentibus necesse erat, sed licebat[x] inter ceteros hoc
G. §. 124. facere[y].

adeo quidem, ut nostri praeceptores existiment, etiamsi vivo patre filius defunctus sit, neminem heredem ex eo testamento existere posse, scilicet quia statim ab initio non constiterit institutio. sed diversae scholae auctores, siquidem filius mortis patris tempore vivat, sane impedimento eum esse scriptis heredibus, et illum ab intestato heredem fieri confitentur: si vero ante mortem patris interceptus sit, posse ex testamento hereditatem adiri putant, nullo iam filio impedimento; quia scilicet existimant, [non *] statim ab initio inutiliter fieri testamentum filio praeterito. §. Ceteras[z] vero liberorum personas si praeterierit testator, valet testa-*
p. 85. *mentum. praeteritae istae personae scriptis heredibus in [partem ac[crescunt: si sui instituti sint, in virilem]; si extranei in dimidiam. id est, si quis tres verbi gratia filios heredes instituerit, et filiam praeterierit, filia accrescendo pro quarta parte fit heres* | — vers. 1 — | *habitura esset. at si extraneos ille heredes instituerit, et filiam praeterierit, filia accrescendo ex dimidia parte fit heres. quae de filia diximus, eadem et de nepote deque omnibus li-*
G. §. 125. *berorum personis, sive masculini [sive] feminini sexus, dicta intellegemus. §. Quid ergo est? licet .. secundum [ea, quae] diximus, scriptis heredibus dimidiam partem ta[ntum] detrahant, tamen praetor eis contra tabulas bonorum possessionem promittit: qua ratione extranei heredes a tota hereditate repelluntur* | — litt. 25 — | *bonorum possessio* | — litt. 21 — |[a]
G. §. 126. *etiam masculus interesset. §. Sed nuper imperator Antoninus significavit rescripto suo*[b]*, non plus nancisci feminas per bonorum possessionem, quam quod iure accrescendi consequerentur. quod in emancipatis [feminis similiter obtinet, scilicet ut quod] accrescendi iure habiturae essent si suae fuissent, id ipsum etiam per bonorum possessionem habeant.*
G. §. 127. *§. Sed siqui[dem] filius a patre exheredetur, nominatim* | — litt. 23 — | *potest exheredari*[c]. §.[d] Nominatim autem quis exheredari videtur, sive ita exhe-

p) *et* ins. G. Be. q) *eius* ins. Bu. r) *suo* Bu. s) Cf. Paul. L. 29. D. de reg. iur. L. 17. t) *et* Hal. u) *tamen* Hal. *sed ius* Bi. v) Cf. Ulp. XXII. §. 17. x) *et* ins. Bi. Ba. y) C. N. (ex solo Ms. Gotting.): „Hodie ex causa praeteritionis vel exheredationis irritum est testamentum, quantum ad institutionem; cetera namque firma permanent". Ex Nov. 115. c. 3. Auth. *Ex causa exheredationis* Cod. de liber. praeterit. VI. 28. Cf. Ulp. XXII. §. 14. sqq. z) Cf. Ulp. XXII. §. 17. Epit. II. 3. §. 1. Lex Rom. Burg. tit. XLV. (Schulting. XLIV. pag. 853—54. ed. Barkow. pag. 126—29. Paul. sent. rec. III. 4. B. §. 8. a) Nisi audacior in re tam difficili videar, e vestigiis scripturae haec fere restituerim: „repelluntur; *et efficeretur ut solis eis praeteritis* bonorum possessio *daretur nisi filiusfamilias* etiam masculus interesset". Cf. Ulp. L. 3. §. 11. L. 10. §. ult. D. de bon. poss. contra tabb. XXXVII. 4. Kl. b) Cf. Iustinian. L. 4. C. de lib. praet. VI. 28. et Theoph. II. 13. §. 3. c) Bluminis coniecit: „nominatim *exheredari debet, nam inter ceteros non potest exheredari*". Equidem num librarius scripserit *exheredari debet*, dubito; imo eum potius sic scripsisse putem: *exheredandus est*. Goesch. De re ipsa cf. Ulp. XXII. §. 20. d) Edit. Gotting. ante verba *Postumi quoque* signum §. 1. ponit.

re[detur: „[Titius filius meus exheres esto", sive ita: „filius meus] exhe- p. 86.
res esto"[e], non adiecto proprio nomine, scilicet si alius filius non extet[f].
§. [*Masculorum*[g] *cete*]*rorum personae, vel feminini sexus* | — *litt.* 15 — | — *vers.* 2 — | [*insti-* G §. 128.
tutio]*nem heredum adiici sole*[*nt*], *sed* | — *litt.* 12 — |[h]. §. *Nam praetor*[i] *omnes virilis sexus* G. §. 129.
tam [*filios, quam ceteros*], *id est nepotes quoque et pro*[*nepotes*] . . . . | — *vers.* 2 — |[k]
§.[l] Postumi quoque liberi [vel[m] heredes institui debent vel] exhere- G. §. 130.
dari. §. Et [in eo par omnium condicio est, quod et[n] filio postumo et G. §. 131.
quolibet ex ceteris liberis, sive feminini sexus sive masculini[o], prae-
terito, valet quidem testamentum, sed postea agnatione postumi sive
postumae rumpitur et ea ratione totum infirmatur. ideoque si mulier,
ex qua postumus aut postuma sperabatur, abortum fecerit, nihil impe-
dimento est scriptis heredibus ad hereditatem adeundam. §. Sed femi- G. §. 132.
nini quidem sexus postumae[p] vel nominatim vel inter ceteros exhere-
dari solebant (*solent*), dum tamen, si inter ceteros exheredentur, aliquid eis p. 87.
legetur[q], ne videantur[r] praeteritae esse per oblivionem. masculos vero
postumos, id est filium[s] et deinceps, placuit non aliter[t] recte exhere-
dari, nisi nominatim exheredentur[u], hoc scilicet modo: „quicumque mihi[v]
filius genitus fuerit, exheres esto]"[x]. §. [Postumorum[y] autem loco sunt et I. §. 2.
hi, qui in sui heredis loco[z] succedendo quasi agnascendo fiunt parenti- G. §. 133.
bus sui heredes. ut ecce si quis filium et ex eo nepotem neptemve in
potestate habeat (*habeam*), quia filius gradu praecedit, is solus iura sui
heredis habet, quamvis nepos quoque et neptis ex eo in eadem pote-
state sint[a]. sed si filius eius eo (*meus me*) vivo moriatur aut qualibet alia
ratione exeat de potestate eius (*mea*), incipit[b] nepos neptisve in eius
loco[c] succedere, et eo modo iura suorum heredum quasi agnatione nan-
ciscuntur. §. Ne ergo eo modo rumpatur[d] eius (*mihi*) testamentum, sicut G. §. 134.
ipsum filium vel heredem instituere vel nominatim exheredare debet
testator (*debeo*), ne non iure faciat[e] (*faciam*) testamentum; ita et nepotem ne-

---

c) *sive ita fil . . . esto* om. Theoph. et complures institutionum codd. mss. f) *extat* Bi. Cf. Ulp. L. 1. 2. 3. D. de liber. et postum. XXVIII. 2. g) Cf. Ulp. XXII, §. 20. cit. h) Integrum articulum ita fere conceptum esse existimo: „*Masculorum ceterorum* personae, vel feminini sexus *liberi aut nominatim exheredandi sunt, aut inter ceteros, velut hoc modo: ceteri exheredes sunto: quae verba post institutionem* heredum adiici solent, sed *haec ita sunt iure civili*". Goesch. i) Cf. infra h. C. §. 135. k) Loci sententia haud dubie haec est: ex praetoris edicto masculos omnes nominatim exheredandos esse, feminas vero vel nominatim, vel inter ceteros. l) Vid. not. d. praeced. Cf. Ulp. XXII. §. 18. 21. 22. Epit. II. 3. §. 2. m) Quae sequuntur usque ad finem §. 132. omnia editor ex solis Iustiniani inst. recepit, quamvis non neget harum auctores non ubique ipsa Gaii verba retinuisse. n) *in ins.* Bi. Bu. o) *sive masc. sex. sive feminei* Bi. *sive feminei sex. sive masc.* Bo. p) *personae* Hal. Bi. Ba. q) Cf. Ulp. XXII. §. 21. r) *exhaeredarentur . . . legaretur, ne viderentur* Hal. s) *filios* Hal. Bu. t) *aliter* om. Bi. Bu. u) *exhaeredarentur* Hal. v) *mihi* om. Bu. x) Cf. Ulp. L. 3. D. de iniust. test. XXVIII. 3. y) Quae sequuntur usque ad finem pag. 87. codicis Ver. e L. 13. D. de iniusto XXVIII. 3. (Gai. lib. II. inst.) restituta sunt. In folio codicis bis rescripto vix una alterave littera legi poterat. Praeterea cf. Ulp. XXIII. §. 3. z) *locum* Hal. et Dig. a) *sunt* Bi. b) *incipiunt* Bi. Bu. c) *locum* Hal. Bu. Dig. d) *rumpat* Dig. e) *fiat* Bu.

ptemve ex filio (*eo*) necesse est ei (*mihi*) vel heredem instituere vel exheredare, ne forte eo (*me*) vivo, filio mortuo, succedendo in locum eius nepos neptisve] |quasi agnatione rumpat[f] test[amentum: idque lege Iunia
p. 88. Velleia[g] provisum est],

in qua simul[h] exheredationis modus ad similitudinem postumorum demonstratur.

| — *litt.* 24 — | *virilis sexus nominatim, feminini vel nominatim vel inter ceteros exheredentur, dum tamen iis, qui inter ceteros exheredantur,* [*aliquid legetur*.

I. § 3. G. § 135. §. E]mancipatos[i] liber[os iure civili neque heredes instituere, neque exheredare necesse est, quia] non sunt sui[k] heredes. sed praetor omnes, tam feminini quam masculini sexus, si heredes non instituantur, exheredari iubet, virilis sexus [nominatim, feminini][l] vero[m] inter ceteros. quodsi[n] (*q*[*ui*] *si*) neque heredes instituti fuerint[o], neque [ita], ut *supra* diximus, exheredati[p], praetor promittit[q] eis contra tabulas testamenti bonorum possessionem | — *litt.* 21 — | — *vers* 3. — | — *litt.* 15 — |

I. §. 4. G. §. 136. §. Adoptivi liberi quamdiu sunt in potestate patris adoptivi[r], eiusdem iuris habentur, cuius sunt iustis nuptiis quaesiti; itaque

§. [*Adoptivi*] *quamdiu tenentur in adoptione, naturalium loco sunt.*

heredes instituendi vel exheredandi[s] sunt, secundum ea, quae de naturalibus exposuimus. emancipati vero [a] patre adoptivo neque iure civili, neque[t] quod ad
G. §. 137. edictum praetoris attinet (*pertinet*), [inter liberos connumerantur][u]. §. Qua ratione accidit, ut ex diverso, quod ad naturalem parentem attinet (*pertinet*), quamdiu quidem sint[v] in adoptiva familia, extraneorum numero habeantur[x], ut eos neque heredes instituere, neque exheredare necesse sit; [cum ve-
p. 89. ro emanci]pati fuerint [ab adoptivo patre, tunc incipiant][y] |in ea causa esse, in qua futuri essent, si ab ipso[z] naturali patre [*emancipati*] fuissent.

I. §. 5. §. Sed haec quidem vetustas introducebat; nostra vero constitutio[a] inter masculos et feminas in hoc iure nihil interesse existimans, quia utraque persona in hominum procreatione similiter[b] naturae officio fungitur, et lege antiqua duodecim tabularum omnes

---

f) *rumpant* Bi. Bu. *rumpat* etiam Dig. *g*) *Iunia Vellea* Dig. Florent. Ἰουλίῳ Βελλείῳ (Βελλίῳ Fabr. 2.) Theoph. ed. Reitz. *Iulia Vellea* Hal. G. *Iulia Velleia* Bi. Be. Bu. In cod. Vat. Ulp. fr. XXII. (§. 19.) legitur *lege iulia*; cf. vero Schulting. ad h. l. *h*) *similis* Hal. *i*) Cf. Ulp. XXII. §. 23. et supra h. C. §. 132. *k*) *sui* om. Bi. Bu. *l*) Sic in Inst. legitur. Ista tamen verba ad explendam lacunam non sufficiunt; unde Institutionum auctores aliquid omisisse suspiceris. Gaius fortasse praeterquam quod masculos nominatim exheredandos esse docuit, illud quoque significavit, praetorem, quantum ad exheredationis modum pertinet, filios ab ulterioris gradus liberis non distinguere. Goesch.
m) *et* ins. G. Be. Bu. *n*) *quia si* Hal. G. *o*) *instituantur* Bu. *p*) *exheredentur* Bu. *q*) *permittit* Hal. Bi. *r*) *adoptivi* om. Bi. *s*) *instituendi sunt vel exheredandi sunt*. Cod. Erlang. *t*) *eo iure* ins. Hal. *u*) *numerantur* G. Bi. Be. *v*) *sunt* Hal. G. Bi. Be. *x*) *habentur* Bi. *y*) *incipiunt* Bi. *z*) *a* pro *ab ipso* Hal.
a) L. 4. Cod. de liber. praeterit. VI. 28. *b*) *simili* Hal. ὁμοίως ἡ φύσις προήγαγε· Theoph.

similiter ad successionem ab intestato vocabantur[c], quod et praetores postea secuti esse videntur, ideo simplex ac simile ius et in filiis et in filiabus et in ceteris descendentibus[d] per virilem sexum personis, non solum iam[e] natis, sed etiam postumis introduxit, ut omnes, sive sui sive emancipati sint[f], vel heredes instituantur vel[g] nominatim exheredentur et eumdem habeant effectum circa testamenta parentum suorum infirmanda et hereditatem auferendam, quem[h] filii sui vel emancipati habent, sive iam nati sint, sive adhuc in utero constituti postea nati sint. circa adoptivos autem filios certam induximus[i] divisionem, quae[k] nostra constitutione[l], quam super adoptivis[m] tulimus, continetur.
§. Sed[n] si in[o] expeditione occupatus miles testamentum faciat et liberos suos iam natos vel postumos nominatim non exheredaverit, sed silentio[p] praeterierit non ignorans an habeat liberos, silentium eius pro exheredatione nominatim facta valere constitutionibus principum[q] cautum est. I. §. 6.
§. Mater vel avus maternus necesse non habent liberos suos aut heredes instituere aut exheredare, sed possunt eos[r] omittere; nam silentium matris aut avi materni et ceterorum[s] per matrem ascendentium tantum facit, quantum exheredatio patris. nec[t] enim matri filium filiamve, neque avo materno nepotem neptemve ex filia, si eum eamve heredem non instituat, exheredare necesse est, sive de iure civili quaeramus, sive de edicto praetoris, quo praetor[u] praeteritis liberis contra tabulas bonorum possessionem promittit[x]. sed aliud eis adminiculum servatur, quod paulo post[y] vobis manifestum fiet. I. §. 7.

TIT. XIV.
DE HEREDIBUS INSTITUENDIS.

[Sequuntur e Gaii institutionibus §. 185—190].

Heredes instituere permissum est tam liberos homines, quam servos[a], et tam proprios, quam alienos. proprios autem servos[b] olim quidem secundum plurium sententias non aliter, quam cum libertate recte instituere licebat; hodie vero etiam sine libertate ex nostra constitutione[c] heredes eos

§. *Sicut*[d] *autem liberi homines, ita et servi, tam nostri quam alieni, heredes scribi possunt.* I. pr. G. §. 185.
§. *Sed noster servus simul et liber et heres esse iuberi debet, id est hoc modo: „Stichus servus meus liber heresque esto", vel: „heres liberque esto".* G. §. 186.
§. *Nam si sine libertate heres institutus sit, etiamsi postea* G. §. 187.

c) Cf. Iustinian. L. 14. Cod. de legit. hered. VI. 58. d) *descendentium* Bi. e) *iam* om. G. Bi. Be. f) *sunt* G. Bi. Be. g) *aut ... aut* Bi. Bu. h) *quam* Cod. Erlang. i) *introduximus* Bu. k) *in* ins. Hal. Bu. l) L. 10. Cod. de adopt. VIII. 48. Cf. §. 2. Inst. de adopt. I. 11. §. 14. Inst. de hered. quae ab intest. III. 1. m) *adoptivos* Bi. n) Cf. Ulp. L. 7. D. de test. mil. XXIX. 1. o) *in* om. Bi. Bu. p) *silentio* om. Bi. q) Gordiani et Philippi L. 9. L. 10. Cod. de test. mil. VI. 21. r) *silentio* ins. Hal. s) *matris et avi materni ceterorumque* Bi. Bu. t) *Neque* Hal. u) *praetor* abest ab omnib. mss. Charond. x) *permittit* Hal. y) Vid. hui. lib. tit. 18. de inoff. testamento.

Tit. XIV. a) Cf. Ulp. fr. XXII. §. 7. et L. 3. D. de hered. instit. XXVIII. 5. b) *servos* om. Hal. G. Be. *ἀλλοτρίους οἰκέτας. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἡμετέρους οἰκέτας πάλαι μὲν κατὰ τὴν τῶν πλειόνων νομικῶν γνώμην* κ. τ. λ. Theoph. c) L. 5. Cod. de necessar. serv. heredib. VI. 27. d) Ad §. 185. 186. et 187. cf. Ulp. XXII. §. 7. et 12.

instituere permissum est; quod non per innovationem induximus[e], sed quoniam aequius[f] erat, et Atilicino placuisse Paulus suis libris, quos tam ad Masurium[g] Sabinum, quam ad Plautium scripsit, refert. proprius autem servus etiam is intellegitur, in quo nudam proprietatem testator habet, alio usumfructum habente. Est tamen[h] casus, in quo hec cum libertate utiliter servus a domina[i] heres instituitur, ut in constitutione[k] divorum[l] Severi et Antonini cavetur[m], cuius verba haec sunt: „Servum adulterio maculatum[n] non iure testamento manumissum „ante sententiam ab ea muliere videri, quae rea fuerat[o] eiusdem criminis postulata, ra„tionis est; quare sequitur, ut in eumdem a domina collata[p] institutio nullius momenti „habeatur"[q]. Alienus servus etiam is intellegitur, in quo usumfructum testator habet.

manumissus fuerit a domino, heres esse non potest, quia institutio in persona eius non constitit: ideoque licet alienatus sit, non potest iussu domini cernere hereditatem.

I. §. 1. G. §. 188. p. 102. §. Servus autem a domino suo heres institutus siquidem in eadem causa manserit, fit ex testamento liber heresque[r] necessarius;

§. Cum[s] libertate vero heres [institutus si[quidem in eadem causa manserit, fit] ex testamento liber [atque] necessarius heres.

si vero a vivo (*ab ipso*) testatore manumissus fuerit, suo arbitrio hereditatem adire potest, quia non fit heres[t] necessarius, cum utrumque ex domini testamento non consequitur[u]. quodsi[x] alienatus fuerit (*sit*), iussu novi domini [adire hereditatem debet[y], et ea] ratione per eum dominus fit heres[z]: [nam ipse alienatus neque] liber (*heres*), neque heres (*liber*)[a] esse potest, etiamsi[b] cum libertate heres institutus fuerit; destitisse enim a libertatis datione[c] videtur dominus, qui eum alienavit.

G. §. 189. nus, qui eum alienavit. §. Alienus quoque servus heres institutus [si in] eadem causa duraverit, iussu domini eius hereditatem adire debet; si vero alienatus fue[rit ab eo, aut viv]o testatore aut post mortem eius, ante[quam adeat[d], debet iussu novi] domini adire (*cernere*). at si [manumissus est, vivo testatore vel mortuo, antequam adeat], suo arbitrio adire hereditatem potest.

G. §. 190. *§. [Si] autem servus alienus heres institutus [est], vulgari cretione data, ita igitur dies cretionis cede[nt si] ipse servus scierit, se heredem institutum esse, nec ullum impedimentum sit, quominus certiorem dominum faceret, ut illius iussu cernere possit.*

---

e) *introduximus* Bi. f) *et aequius* Bi. *et aequum* Bu. om. Theoph. g) *Masurium* G. Bi. Be. Bu. Pers. sat. V. 9. „*Masuri rubrica*". Nostram lectionem habet et Theoph. h) *autem* Bi. Bu. i) *sua* add. Bu. k) Hodie desiderata. l) *divi* Bu. Hic etiam Bi. legit *divorum*, τῶν θειοτάτων Theoph. m) Marcian. L. 48. §. 2. D. h. t. XXVIII. 5. „*Interdum nec cum*" rel. n) *adulterii accusatum* Dig. l. c. τὸν οἰκέτην ἔνοχον ὄντα τῇ μοιχείᾳ Theoph. o) *fuerit* Dig. p) *haeredis* ins Hal. *heredis* ins. Bi. *institutio heredis* Bu. q) *nihil momenti habeat* Dig. Cf. etiam Ulp. L. 12. D. qui et a quib. XL. 9. et L. 27. D. ad leg. Iul. de adulter. XLVIII. 5. r) *ei* add. Hal. s) Cf. Ulp. XXII. §. 11. et 12. t) *heres* om. G. Bi. Be. u) *consequatur* Hal. Al. x) Cf. Ulp. L. 9. §. 16. D. h. t. y) Cf. Julian. L. 7. §. 1. D. eod. z) Cf. §. 3. Inst. per quas pers. nob. acq. II. 9. a) *per se* ins. Bu. b) *etsi* Bu. c) *donatione* Bu. τῆς ἐπὶ τῇ ἐλευθερίᾳ δόσεως Theoph. d) *hereditatem* add. Bu.

§. Servus [e] autem [f] alienus post domini mortem recte heres instituitur, quia et [g] I. §. 2.
cum hereditariis servis est testamenti factio [h]. nondum enim adita hereditas personae vicem sustinet, non heredis futuri, sed defuncti, cum et [i] eius, qui in utero est, servus recte
heres instituitur [k]. §. Servus [l] plurium [m], cum quibus testamenti factio est, ab extraneo I. §. 3.
institutus heres unicuique dominorum, cuius iussu adierit, pro portione dominii acquirit
hereditatem. §. Et unum hominem et plures usque in [n] infinitum, quot quis velit, here- I. §. 4.
des [o] facere licet. §. Hereditas [p] plerumque dividitur in duodecim uncias, quae assis ap- I. §. 5.
pellatione continentur. habent autem et [q] hae partes propria nomina ab uncia usque ad assem, ut puta [r] haec: uncia [s], sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as [t]. Non autem utique [u] duodecim uncias esse oportet; nam tot unciae assem efficiunt, quot testator voluerit; et si unum tantum quis ex semisse verbi gratia heredem scripserit, totus as in semisse erit. neque enim idem ex parte testatus et ex parte intestatus decedere potest, nisi sit miles [x], cuius sola voluntas in testando [y] spectatur. et ex [z] contrario potest quis in quantascumque [a] voluerit plurimas uncias suam
hereditatem dividere. §. Si plures instituantur [b], ita demum [c] partium distributio necessa- I. §. 6.
ria est, si nolit testator eos ex aequis partibus heredes esse; satis enim constat, nullis partibus nominatis, aequis ex partibus eos heredes esse. partibus autem in quorumdam personis expressis si quis alius sine parte nominatus erit [d], siquidem aliqua pars assi deerit, ex ea parte heres fit, et si plures sine parte scripti sunt, omnes in eamdem partem concurrunt [e]. si vero totus as completus sit, [f] in partem dimidiam vocantur, et ille vel illi omnes in alteram dimidiam; nec interest primus, an medius, an novissimus sine parte
heres [g] scriptus sit; ea enim pars data intellegitur, quae vacat. §. Videamus [h] si pars I. §. 7.
aliqua vacet, nec tamen quisquam sine parte heres institutus sit, quid iuris sit; veluti si tres ex quartis partibus heredes scripti sunt. et constat vacantem partem singulis tacite pro hereditaria parte accedere [i] et perinde haberi, ac si ex tertiis partibus heredes [k] scripti essent; et [l] ex diverso si plures [m] in portionibus sint, tacite singulis decrescere, ut, si verbi gratia [n] quatuor ex tertiis partibus heredes scripti sint, perinde habeantur, ac si unusquis-
que ex quarta parte [o] scriptus fuisset [p]. §. Et si plures [q] unciae, quam duodecim distri- I. §. 8.

e) Cf. Gai. L. 31. Paul. L. 52. D. h. t. XXVIII. 5. f) *etiam* Hal. *autem* omnes mss. Charond., qui tamen habet *etiam*; *autem* om. Bi. g) *et* om. Bu. h) *factio est testamenti* et mox §. 3. *testamenti est factio* Bu. i) *etiam* Hal. G. Br. k) *instituatur* Hal. Charond. Al. l) *autem* ins. Hal. m) Cf. Ulp. L. 67. D. de acquir. vel omitt. hered. XXIX. 2. n) *usque* om. G. Br. Bi. *ad* Bi. *usque ad* Bu. o) *quot quis haeredes velit f., licet* Hal. *quotquot velit, her. fac. lic.* Bu. p) Ulp. L. 50. §. 2. D. h. t. q) *et* om. Bi. r) *utputa* om. Hal. *puta* Dig. s) *uncia* om. Hal. Bi. et Dig. *haec: sescunx i. e. uncia et media, sext.* Bu. ταῦτα· *Uncia*, τὸ δωδέκατον μέρος τῆς κληρονομίας. *Sextans* κ. τ. λ. Theoph. t) Cf. Volus. Maeciani distributio et Balbus de asse, in I. F. Gronov. de sestert. Lugd. Bat. 1691. 4. pagg. 395. sqq. u) *semper* ins. Hal. G. Br. Οὐ πάντως δὲ Theoph. x) Pompon. L. 7. D. de reg. iur. L. 17. „*Ius nostrum non patitur eumdem in paganis testato et intestato decessisse, earumque rerum naturaliter inter se pugna est, testatus et intestatus*". y) *testamento* Bu. z) *Et in* Bi. *Ex* Bu. a) *quotcunque* Hal. b) *Si plures instituantur haeredes* Hal. *Sed si plures heredes inst.* Bu. c) *in hoc casu* ins. Hal. d) *fuerit* Bu. e) *concurrent* G. Br. Bu. f) *ii, qui nominatim expressas partes habent*, ins. Hal. g) *heres* om. Bi. Bu. h) Cf. Ulp. L. 13. D. h. t. XXVIII. 5. i) *accrescere* Al. Cf. Ulp. L. 17. D. eod. k) *instituti* ins. Bu. l) *et* om. Bi. m) *haeredes scripti* ins. Hal. n) *ut, verbi gratia, si* Bu. o) *haeres* ins. Hal. p) Cf. Paul. L. 18. et alii passim D. h. t. q) Cf. Hermogen. L. 87. D. eod.

butae sint, is qui sine parte institutus est, quod dupondio [r] deest, habebit; idemque erit [s] si dupondius expletus [t] sit; quae omnes partes ad assem postea revocantur, quamvis sint
I. §. 9. plurium unciarum. §. Heres et [u] pure et sub condicione institui potest; ex certo tempore aut ad certum tempus non potest [x], veluti „post quinquennium, quam moriar", vel „ex kalendis illis", aut [y] „usque ad kalendas illas heres esto". denique diem [z] adiectum pro
I. §. 10. supervacuo haberi placet et perinde esse [a], ac si pure heres institutus esset. §. Impossibilis condicio in institutionibus et legatis, nec non [b] fideicommissis et libertatibus pro non
I. §. 11. scripta [c] habetur [d]. §. Si plures [e] condiciones institutioni [f] adscriptae sunt [g], siquidem coniunctim, ut puta „si illud et illud factum erit" [h], omnibus parendum est; si separatim,
I. §. 12. veluti „si illud aut illud factum erit [h], cui libet [i] obtemperare satis est. §. Ii, quos testator numquam vidit, heredes institui possunt, veluti si fratris filios peregri natos [k], ignorans qui essent, heredes instituerit. ignorantia enim testantis [l] inutilem institutionem non facit.

TIT. XV.

DE VULGARI SUBSTITUTIONE.

[Sequuntur e Gaii institutionibus §. 174—184.]

I. pr. G. §. 174. Potest [a] autem [b] quis in testamento suo [c] plures gradus heredum facere, ut puta „si ille heres non erit, ille heres esto", et deinceps in quantum velit testator substituere potest et [d] novissimo loco in subsidium vel servum necessarium heredem instituere.

§. [e] *Interdum* [f] *duos pluresve gradus heredum facimus, hoc modo: „Lucius Titius heres esto, cernitoque in diebus* [* *centum* *] *proximis, quibus scies poterisque. quodni ita creveris, exheres esto. tum Maevius heres esto, cernitoque in diebus centum" et reliqua. et deinceps in quantum velimus substituere possumus.*

I. §. 1. G. §. 175. §. Et plures in unius locum possunt substitui, vel unus in plurium, vel singuli singulis [g], vel invicem ipsi, qui heredes instituti sunt.

§. *Et licet nobis vel unum in unius locum substituere, pluresve; et contra in plurium locum vel unum vel plures substituere.*

---

r) *dipondio* Al. s) *habebit* Ha. t) *completus* Bu. u) *et* om. G. Bi. Be. καὶ .. καὶ Theoph. x) Cf. Papin. L. 34. D. h. t. y) pro *aut* Cod. Erlang. habet *quidem*. z) *Diemque* Bi. a) *est* Bu. b) *in ins.* Hal. c) *non scripto* Bi. d) Ulp. L. 1. D. de condicionib. institutionum XXVIII. 7. „*Sub impossibili condicione vel alio mendo factam institutionem placet non vitiari*". e) Paul. L. 5. D. eod. „*Si heredi plures condiciones coniunctim datae sint, omnibus parendum est: quia unius loco habentur. si disiunctim sint, cuilibet* [*cui libet*. Al.]". f) *in institutionibus* Hal. g) *fuerint* Bu. h) *fuerit* Hal. Bu. i) *cuilibet conditioni* Hal. *cuilibet* G. Bu. οἷαν βούλεται Theoph. k) *peregrinantes* Hal. *peregre natos* Be. Bu. ἀδελφὸν ἐπὶ ξένης διάγοντα Theoph. Cf. interpp. ad h. l. Theoph. et Pith. ad Collat. XVI. §. 3. (pag. 796. ap. Schulting.) l) *testatoris* Bu.

Tit. XV. a) Ad pr. §. 1. Marcian. L. 36. D. de vulg. et pupill. substit. XXVIII. 6. b) *autem* om. Dig. c) *suo* om. Dig. d) *deinceps, in q. vel. testator; ut nov... instituere possit. Et* Hal. deinceps, in q. vel. testator, *substituere potest, et* G. Be. Bu. *deinc., i. q. v. testator, substituere: potest et* Bi. *et deinceps plures; ut nov... heredem instituat* Dig. Pro *substituere* Charond. hab. *instituere*. Καὶ εἰς ἀπέραντον ὑποκαθιστᾷν δυνάμεθα, καὶ ἐν τελευταίῳ τόπῳ ἤτοι βαθμῷ, ὡς εἰς ἐσχάτην βοήθειαν, οἰκέτην ἡμέτερον ἐνιστᾶσθαι δυνάμεθα· Theoph. e) In cod. Ver. praescribitur „*De substitutionibus*". f) Cf. Ulp. XXII. §. 33. Epit. II. 4. §. 1. g) *singuli in singulorum* Hal.

§. Primo itaque gradu scriptus heres hereditatem cernendo fit heres, et substitutus excluditur: non cernendo summovetur, etiamsi pro herede gerat, et in locum eius substitutus succedit. et deinceps si plures gradus sint, in singulis simili ratione idem contingit. G. §. 176.
§. Sed[h] *si cretio sine exheredatione sit data, id est, si haec verba [* adiecta sint *]: „si non creveris, tum Publius Maevius heres esto", illud diversum invenitur: quia si prior omissa cretione pro herede gerat, substitutus in partem admittitur, et fiunt ambo aequis partibus [heredes. [quod]si neque cernat, neque pro herede gerat, sane in universum summovetur et substitutus in totam hereditatem succedit.* G. §. 177. p. 99. *§. Sed*[i] *dudum quidem placuit, quamdiu cernere et eo modo heres fieri possit prior, etiamsi pro herede gesserit, non tamen admitti substitutum: cum vero cretio finita sit, tum pro herede gerentem admittere substitut[um. olim] vero placuit, etiam superante cretione, posse eum pro herede gerendo in partem substitutum admittere, et amplius ad cretionem reverti non posse.* G. §. 178.

§. Et si ex disparibus[k] partibus[l] heredes scriptos invicem substituerit et nullam mentionem in substitutione partium habuerit, eas videtur in substitutione partes[m] dedisse, quas in institutione expressit; et ita divus Pius rescripsit[n]. I. §. 2. §. Sed[o] si instituto heredi et coheredi suo substituto[p] dato alius[q] substitutus fuerit, divi[r] Severus et Antoninus sine distinctione rescripserunt ad utramque partem substitutum admitti. I. §. 3. §. Si[s] servum alienum[t] quis[u] patremfamilias arbitratus heredem scripserit et, si heres non esset[x], Maevium ei substituerit, isque servus iussu domini adierit hereditatem, Maevius[y] in partem admittitur. illa enim verba „si heres non erit", in eo quidem, quem alieno iuri subiectum esse testator scit, sic accipiuntur: si neque ipse heres erit, neque alium heredem effecerit[z]. in eo vero, quem patremfamilias esse arbitratur, illud significant[a]: si hereditatem sibi, eive[b], cuius iuri postea subiectus esse coeperit, non acquisierit. idque Tiberius[c] Caesar in persona Parthenii servi sui constituit[d].

TIT. XVI.

DE PUPILLARI SUBSTITUTIONE.

§. **Liberis**[a] suis (*nostris*) **impuberibus**, quos in potestate quis habet (*habemus*), **non solum ita, ut supra diximus**[b], **substituere potest** (*possumus*), **id est, ut [si] heredes ei non [ex]titerint, alius ei** (*nobis*) **heres sit; sed eo** I. pr. G. §. 179.

---

h) Cf. Ulp. XXII. §. 34. i) Cf. Ulp. l. c. k) Cf. Ulp. L. 24. D. h. t. XXVIII. 6. l) *portionibus* Bi. m) *partes* om. Bi. n) Aelius et Antonin. L. 1. Cod. de impub. et al. substitutionib. VI. 26. Verba *et ... rescripsit* om. Al. nec non Theoph. o) Cf. Iulian. L. 27. et Papin. L. 41. D. h. t. p) *haeredi, cohaerede subst.* Hal. q) *ei* add. Hal. r) *divus* Bu. s) *Sed si* Bu. t) Cf. Iulian. L. 40. D. de hered. inst. XXVIII. 5. u) *quem* hab. Cod. Erlang. pro *quis*. x) *sit* Bi. y) *Maevius substitutus* Hal. *substitutus* omisso nomine *Maevius* Bi. z) *fecerit* Bu. a) *verba* add. Bu. b) *vel ei* Hal. c) *Tyberius* Hal. καὶ τοῦτο ὁ θειότατος ἀντέγραψε Πῖος [sic ed. princ. et Reitz; ἀντέγραψεν Ἀντωνῖνος ed. Fabrot.] ἐπὶ Παρθενίου Theoph. cf. interpp. d) Pompon. [? Iulian.] L. 41. D. de her. inst. XXVIII. 5. „*Et hoc Tiberius Caesar constituit in persona Parthenii, qui tamquam ingenuus heres scriptus adierat hereditatem, cum esset Caesaris servus. nam divisa hereditas est inter Tiberium et eum, qui Parthenio substitutus erat, ut refert Sextus Pomponius*".

Tit. XVI. a) Cf. Ulp. XXIII. §. 7. Epit. II. 4. §. 2. b) *praediximus* Bu. Cf. tit. praeced.

amplius, ut et[c] (*etiam*) si heredes ei (*nobis*) extiterint et adhuc impuberes mortui fuerint, sit iis[d] aliquis heres; velut si quis dicat hoc modo: „Titius filius meus mihi[e] heres esto.[f] si filius meus mihi [* heres non erit, sive heres *] erit et [prius] moriatur, quam in suam tutelam venerit[g], tunc
G. §. 180. Seius heres esto". §. Quo casu siquid[em] non extiterit heres filius, tunc substitutus patri (*patris*) fit[h] heres; [si vero] heres extiterit filius, et ante pubertatem decesserit, ipsi filio fit[h] heres substitutus. nam moribus[i] institutum est, ut cum eius aetatis sint filii, in qua ipsi sibi testamentum facere non pos-
I. §. 1. sunt, parentes eis faciant. §. Qua ratione excitati etiam constitutionem[k] in nostro posuimus codice, qua prospectum est, ut si qui[l] mente captos habeant filios vel nepotes vel pronepotes cuiuscumque sexus vel gradus, liceat eis, etsi puberes sint, ad exemplum pupillaris substitutionis certas personas substituere. sin autem resipuerint, eamdem substitutionem infirmari sanximus[m], et hoc ad exemplum pupillaris substitutionis, quae, postquam
I. §. 2. pupillus adoleverit, infirmatur. §. Igitur[n] in pupillari substitutione secundum praefatum
p. 100. modum ordinata (*Quamobrem*) duo quodammodo sunt testamenta, | alterum (*aliud*) patris, alterum (*aliud*) filii, tamquam si ipse filius sibi heredem instituisset; aut certe unum est testamentum duarum causarum, id est[o] duarum hereditatum.

I. §. 3. G. §. 181. §. Sin autem ita quis formidolosus[p] sit, ut timeat[q], ne filius eius[r], pupillus adhuc, ex eo, quod palam substitutum accepit[s], post obitum eius periculo insidiarum subiiceretur[t], vulgarem quidem substitutionem palam facere et in primis[u] testamenti partibus[v] debet;

§. *Ceterum*[x] *ne post obitum parentis periculo insidiarum subiectus videatur pupillus, in usu est, vulgarem quidem substitutionem palam facere, id est eo loco, quo pupillum heredem instituimus:* [* *nam* *] *vulgaris substitutio ita vocat ad hereditatem substitutum, si omnino pupillus heres non extiterit; quod accidit cum vivo parente moritur, quo casu nullum substituti maleficium suspicari possumus, cum scilicet vivo testatore omnia, quae in testamento scripta sint, ignorentur.*

illam autem substitutionem, per quam, etsi[y] (*etiamsi*) heres extiterit pupillus et intra[z] pubertatem decesserit, substitutus vocatur (*substitutum vocamus*), separatim in inferioribus partibus scribere[a] (*tabulis scribimus*), eamque partem (*easque tabulas*) proprio lino propriaque cera consignare (*consignamus*) et in

c) *et* om. Hal. Bi. Be. d) *eis* Hal. *ei* G. Bi. Be. Bu. e) *mihi* om. Bu. f) *et* ins. Hal. Bu. g) *id est, pubes factus sit*, ins. Bi. *id est antequam pubes factus sit* ins. Bu. quod glossema non agnoscit Theoph. h) *sit* Bu. i) *a maioribus* Al. *moribus vel a maioribus* in Cod. Erl. fuerat, sed deleta sunt verba *vel a maioribus*. *Τοῦτο ... οὐκ ἀπὸ ἰδικοῦ νόμου ἐπινενόηται, ἀλλ' ἐξ ἀγράφου συνηθείας εἰσῆκται* Theoph. *Moribus introductum est, rel.* Ulp. L. 2. D. de vulg. et pup. subst. XXVIII. 6. k) L. 9. Cod. de impub. et al. substitutionib. VI. 26. l) *qui* om. G. m) *sanximus* om. Hal. G. Bi. Be. n) *Ergo* Bu. o) *duarum causarum, id est* om. et Theoph. p) *ita formidolosus quis* Bu. q) *timeret* G. Bi. Be. r) *suus* Hal. s) *acceperit* Hal. Bu. t) *subiaceat* Hal. *subiceretur* G. u) *quidem* repet. Bi. v) *ordinare* ins. Hal. *ponere* ins. Bu. x) Cf. Epit. II. 4. §. 2. y) *si* Hal. Be. z) *infra* Bu. a) *debet* add. Bu.

priore parte testamenti cavere debet[b] (*prioribus tabulis cavemus*), ne inferiores tabulae vivo filio et adhuc impubere aperiantur.

illud palam est, non ideo[c] minus valere substitutionem impuberis filii, quod in iisdem tabulis scripta sit, quibus sibi quisque heredem instituisset, quamvis pupillo hoc periculosum sit.

sed longe tutius est, utrumque genus substitutionis separatim in inferioribus tabulis consignari, quod, si ita consignatae vel separatae fuerint substitutiones, ut diximus, ex priore potest intellegi, in altera quoque idem esse substitutus.

|§. Non[d] solum autem heredibus institutis impuberibus liberis p. 101. I. §. 4.
ita substituere parentes possunt (*possumus*), ut, si[e] heredes eis extiterint et ante G. §. 182.
pubertatem mortui fuerint, sit eis is heres, quem ipsi voluerint[f] (*nos voluerimus*), sed etiam exheredatis[g]. itaque eo casu si quid[h] pupillo ex hereditatibus, legatisve, aut donationibus propinquorum atque[i] amicorum acquisitum fuerit, id omne ad substitutum pertinet[k]. §. Quaecumque di- G. §. 183.
ximus de substitutione impuberum liberorum, vel heredum institutorum vel exheredatorum, eadem etiam de postumis intellegimus (*intellegemus*).

§. Liberis autem suis testamentum facere nemo potest, nisi[l] et sibi faciat[m]; nam I. §. 5.
pupillare testamentum est pars et sequela paterni testamenti, adeo ut, si patris testamentum non valeat, nec filii quidem valebit. §. Vel singulis[n] autem[o] liberis vel ei[p], qui I. §. 6.
eorum novissimus impubes[q] morietur, substitui potest: singulis quidem[r], si neminem eorum intestatum[s] decedere voluerit[t]; novissimo, si ius legitimarum hereditatum integrum inter eos[u] custodiri voluerit[x]. §. Substituitur autem impuberi aut nominatim[y], veluti: I. §. 7.
„Titius", aut generaliter, ut: „quisquis mihi patri[z] heres erit"[a]. quibus verbis vocantur ex substitutione, impubere filio mortuo, qui et[b] scripti sunt[c] heredes et extiterunt[d], pro[e] qua parte heredes facti sunt. §. Masculo igitur usque ad quatuordecim annos substitui I. §. 8.
potest[f], feminae usque[g] ad duodecim annos. et si hoc tempus excesserint, substitutio evanescit.

§. Extraneo[h] vero vel filio puberi heredi instituto ita substituere ne- I. §. 9.
mo potest (*non possumus*), ut, si heres extiterit et intra[i] aliquod tempus de- G. §. 184.
cesserit, alius ei heres sit; sed hoc solum nobis permissum est, ut eum per fideicommissum testator obliget (*obligemus, ut*) [*alii*] hereditatem eius

---

b) *debet* om. Hal. Bi. Bu. c) *ideo non* Bu. d) Cf. Ulp. XXIII. §. 8. e) *etsi* Bi. f) *parentes* add. Bu. g) Cf. Modestin. L. 1. §. 2. D. de vulg. et pup. subst. XXVIII. 6. et Ulp. L. 10. eod. h) *exhaeredato* ins. Hal. i) *aut* Bu. k) *pertinebit* Hal. G. Be. Bu. l) *prius* ins. Bu. quod nec Theoph. agnoscit. m) Cf. Modest. L. 1. D. cit. §. 3. et Ulp. L. 2. §. 4. sqq. D. eod. n) Florentin. L. 37. D. de vulg. et pup. subst. XXVIII. 6. o) *autem* om. Hal. et Dig. *singulis autem* Bu. p) *ei* om. Dig. q) *impubes* om. Dig. r) *quidem* om. Dig. s) *intestato* G. Be. t) *voluit* G. Be. *velit* Dig. u) *inter eos* om. Cod. Erlang. x) *velit* Hal. G. Be. et Dig. y) Cf. §. 1. Inst. de exher. lib. II. 13. z) *patri* om. Hal. G. Be. ἐμοὶ τῷ πατρὶ Theoph. a) Cf. Modest. L. 3. Ulp. L. 8. L. 10. Julian. L. 31. D. tit. cit. Iustinian. L. 11. Cod. de impub. et al. subst. VI. 31. b) παραγενήσονται, οἵτινες καὶ ἐγράφησαν κληρονόμοι καὶ γεγόνασιν· Theoph. *illi, qui et scr.* Hal. *illi, qui et ei scr.* G. *qui et ei scr.* Be. *qui ei et scr.* Bu. c) *sint* G. Be. d) *extiterint* Be. e) *et pro* Hal. G. f) Cf. Papin. L. 7. D. tit. cit. g) pro *usque* Bu. habet *vero*. h) Cf. Epit. II. 4. §. 3. item infra h. C. §. 277. i) *infra* Bu.

(*nostram*) vel totam, vel [*pro*][k] parte restituere (*restituat*); quod ius quale sit, suo loco[l] trademus.

TIT. XVII.

QUIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMANTUR[a].

I. pr. §. 1. Testamentum iure factum usque adeo[b] valet, donec rumpatur irritumve fiat. §. Rumpitur[c] autem testamentum, cum in eodem statu manente testatore[d] ipsius testamenti ius[e]
G. §. 138. vitiatur. §. Si[f] quis enim post factum testamentum adoptaverit sibi filium *aut* per imperatorem (*populum*) eum, qui sui iuris est, aut per praetorem secundum nostram constitutionem[g] eum, qui in potestate parentis fuerit, omni modo testamentum eius rumpitur quasi agnatione sui heredis.

G. §. 139. §. *Idem[h] iuris est si cui post factum testamentum uxor in manum conveniat, vel*
G. §. 140. *quae in manu fuit nubat: nam eo modo filiae loco esse incipit, et quasi sua [est]. §. Nec[i] prodest sive hae[c, si]ve ille, qui adoptatus est, in eo testamento sit institutus institutave[k]. nam de exheredatione eius[l] supervacuum videtur quaerere, cum testamenti faciendi tem-*
G. §. 141. *pore suorum heredum numero non fuerit. §. Filius[m] quoque, qui ex prima secundave mancipatione manumittitur, quia revertitur in potestatem patriam, rumpit ante factum te-*
G. §. 142. *stamentum. nec prodest si in eo testamento heres institutus vel exheredatus fuerit. §. Simile[n] ius olim fuit in eius persona, cuius nomine ex senatusconsulto erroris causa probatur, quia forte ex peregrina vel Latina, quae per errorem quasi civis Romana uxor ducta esset, natus esset. nam sive heres institutus esset a parente, sive exheredatus, sive vivo*
p. 90. *patre causa probata, sive post mortem eius, omni modo quasi agna|tione rumpebat testa-*
G. §. 143. *mentum. §. Nunc vero ex novo senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, siquidem vivo patre causa probatur, aeque ut olim omni modo rumpit testamentum: si vero post mortem patris, praeteritus quidem rumpit testamentum, si vero heres in eo scriptus est vel exheredatus, non rumpit testamentum, ne scilicet diligenter facta testamenta rescinderentur [eo tem]pore, [quo] renovari non possent.*

I. §. 2. G. §. 144. §. Posteriore[o] quoque testamento, quod iure perfectum (*factum*) [est], superius rumpitur. nec interest, an[p] extiterit aliquis ex eo heres, an non extiterit[q]: hoc enim solum spectatur, an aliquo casu existere potue-

---

k) *pro* om. Cod. Ver. et Goesch. restituit *ex*; nos autem stetimus cum institutionibus Iustiniani. l) Vid. Inst. h. lib. tit. 23. de fideicommissariis libertatibus, et Gai. h. C. §. 248. sq.

Tit. XVII. a) *Q. M. Testamenta infirmentur.* Hal. *Q. M. Testamentum Infirmatur.* Bu. b) *usque eo* Hal. c) Cf. Papin. L. 1. Ulp. L. 8. D. de iniusto, rupto, irr. facto testam. XXVIII. 3. d) *μὴ μείναντος τοῦ τεστάτωρος ἐπὶ τῆς αὐτῆς καταστάσεως* Theoph. Cf. interpr. e) *vis* Al. *δίκαιον* Theoph. f) Cf. Epit. II. 5. §. 3. Ulp. XXIII. §. 3. g) Cf. supra lib. I. tit. 11. §. 2. h) Cf. Ulp. l. c. et supra Comm. I. §. 114. i) Cf. Tryphonin. L. 28. §. 1. D. de lib. et post. XXVIII. 2. k) Cf. Cerv. Scaevola L. 18. D. de iniusto XXVIII. 3. Papin. L. 23. §. 1. D. de lib. et post. XXVIII. 2. l) Cf. Ulp. L. 8. §. 7. 8. D. de B. P. c. tabb. XXVII. 4. Papin. L. 23. cit. pr. Paulus L. 132. pr. de verb. obl. XLV. 1. m) Cf. Ulp. l. c. et L. 8. §. 1. D. de iniusto XXVIII. 3. item supra Comm. I. §. 132. et infra Comm. III. §. 6. n) Cf. supra Comm. I. §. 67. et infra Comm. III. §. 5. o) Cf. Ulp. L. 2. Pompon. L. 16. D. tit. cit. Paul. L. 9. D. de lib. et postum. XXVIII. 2. item Epit. II. 3. §. 4. Ulp. XXIII. §. 2. p) *an* om. Hal. G. Be. q) *extiterit* non repetunt Hal. G. Be.

rit. ideoque si quis *ex posteriore testamento, quod iure factum est,* aut noluerit heres esse, aut vivo testatore aut post mortem eius, antequam hereditatem adiret[r], decesserit, *aut per cretionem exclusus fuerit,* aut condicione, sub qua heres institutus est, defectus sit[s], *aut propter caelibatum ex lege Iulia summotus fuerit ab hereditate*[t]; [in his] casibus paterfamilias intestatus moritur. nam et prius testamentum non valet, ruptum a posteriore; et posterius aeque nullas vires habet, cum ex eo nemo heres extiterit.

§. Sed[u] et[x] si quis priore testamento iure perfecto posterius aeque iure fecerit[y], I. §. 3.
etiamsi ex certis rebus[z] in eo heredem instituerit[a], superius tamen[b] testamentum sublatum esse divi[c] Severus et Antoninus rescripserunt, cuius constitutionis verba[d] inseri iussimus[e], cum aliud quoque praeterea in ea constitutione expressum est[f]: „Imperatores Severus et Antoninus Cocceio Campano[g]. Testamentum secundo loco factum, licet in eo „certarum rerum heres scriptus sit, iure valere perinde, ac si rerum mentio facta non es„set, sed[h] teneri heredem scriptum, ut, contentus[i] rebus sibi datis aut suppleta[k] quarta „ex lege Falcidia, hereditatem restituat his, qui in priore testamento scripti fuerant, pro„pter inserta[l] verba[m], quibus ut valeret prius testamentum expressum est, dubitari non „oportet[n]". Et ruptum quidem testamentum hoc modo efficitur.

§. Alio[o] quoque[p] modo testamenta iure facta infirmantur: velut I. §. 4.
[*cum*] is, qui fecerit[q] testamentum, capite diminutus sit; quod qui- G. §. 145.
bus modis accidat[r], primo libro[s] rettulimus (*commentario*[t] *relatum est*). §.[u] Hoc I. §. 5.
autem casu [ir]|rita fieri testamenta dicuntur (*dicemus*), cum alioquin et G. §. 146. p. 91.
quae rumpuntur[x], irrita fiant[y], [*et[z] quae statim ab initio non iure fiunt, irrita sint[a], sed[b] et ea, quae iure facta sunt et[c] postea propter[d] capitis diminutionem irrita fiunt*], possumus (*possunt*) nihilominus rupta dicere (*dici*). sed quia sane commodius erat singulas causas singulis appellationibus distingui, ideo quaedam non iure facta (*fieri*) dicuntur,
quaedam iure facta rumpi vel irrita fieri. §. Non[e] tamen per omnia[f] I. §. 6. G. §. 147.

---

r) *adierit* Bi. Bu. s) *aut ante conditio, ..., defecerit* Bi. Be. *aut conditio, ..., defecerit* Bu. ἢ ὑπὸ αἵρεσιν ἐγράφη, καὶ ἡ αἵρεσις ἠτόνησε. Theoph. t) Cf. supra h. C. §. 111. et infra §. 286. u) Marcian. L. 20. D. ad SCt. Trebell. XXXVI. 1. Cf. Ulp. L. 12. §. 1. D. de iniust. rupt. XXVIII. 3. et L. 1. §. 4. L. 9. §. 13. item Paul. L. 10. D. de her. inst. XXVIII. 5. x) *et* om. Bi. Bu. y) *Si quis priore facto testamento posterius fecerit testamentum* Dig. z) *rebus* om. G. a) *in posteriores tabulas heredes instituit* Dig. b) *tamen* om. G. Bi. Be. Bu. c) *divus* Bu. *sublatum est, ut divi quoque* Dig. Θειότατοι Theoph. d) *et hic* ins. Hal. e) *inseruimus* Bi. *rettuli* Dig. f) *sit* Hal. *cum alia quoque praeterea in constitutione expressa sunt* Dig. g) *Coccio Cumpano* Dig. Flor. Κοκκείῳ Καμπανῷ Theoph. h) *et* ins. Hal. i) *sit* add. Bu. k) *parte* ins. Bu. l) *fideicommissi* ins. Hal. *fideicommissaria* ins. Dig. m) *secundo testamento* add. Bi. Bu. ἐν τῇ δευτέρᾳ διαθήκῃ Theoph. n) *et hoc ita intellegendum est, si non aliquid specialiter contrarium in secundo testamento fuerit scriptum* add. Dig. o) Cf. Epit. II. 3. §. 8. Ulp. XXIII. §. 2. p) *autem* pro *quoque* hab. Hal. G. q) *fecit* Hal. G. Bi. Be. r) *accidit* Bi. Bu. s) Tit. XVI. de capitis diminutione. t) Supra Comm. I. §. 159. sqq. u) Ed. Gotting. §i. signum hic loci non habet; sed qui nobis est §. 6. ibi est §. 5. et sic porro. x) *rumpantur* G. Bi. Be. y) *fiunt* Bi. Bu. z) *ea* ins. Hal. a) *sunt* G. Be. Bu. b) *sed* om. G. Be. Bu. *et quae .... sint. sed* om. Bi. c) *et* om. Bi. Bu. d) *per* Hal. e) Cf. Ulp. XXVIII. §. 6. et XXIII. §. 6. et supra h. C. §. 119. f) Cf. Ulp. L. 1. §. 11. D. de B. P. sec. tabb. XXXVII. 11.

inutilia sunt ea testamenta, quae *vel* ab initio *non iure facta sunt vel* iure facta postea[g] propter[h] capitis diminutionem irrita facta *aut rupta* sunt. nam si septem testium signis signata sunt (*sint*) *testamenta*, potest scriptus heres secundum tabulas[i] bonorum possessionem agnoscere (*petere*); si modo defunctus *testator* et civis Romanus et suae potestatis mortis tempore fuerit. nam si ideo irritum factum sit (*fit*) testamentum, quod[k] *postea* civitatem vel etiam libertatem testator amisit, aut quia *is* in adoptionem se dedit[l], [et] mortis tempore in adoptivi patris potestate sit (*fuit*), non potest scriptus heres secundum tabulas[m] bonorum possessionem petere.

G. §. 148. §. [* *Qui*[n] *autem* *] *secundum tabulas testamenti, quae aut statim ab initio non iure factae sint, aut iure factae postea ruptae vel irritae erunt, bonorum possessionem accipiunt, si modo possunt hereditatem obtinere, habebunt bonorum possessionem cum re: si*
G. §. 149. *vero ab iis avocari hereditas potest, habebunt bonorum possessionem sine re.* §. *Nam*[o] *si quis heres iure civili institutus sit, vel ex primo vel ex posteriore testamento, vel ab*
p. 92. *intestato iure legitimo heres sit, is potest ab iis hereditatem avocare: si vero nemo* |*sit alius iure civili heres, ipsi retinere hereditatem possunt* .... *iudicium adversus eos habent* | — *litt.* 16 — | — *vers.* 1 — | — *litt.* 17 — | *legitimus* | — *litt.* 28 — | *habentur* | — *litt.* 21 — | *factum sit aut quod familia non venierit, aut nuncupationis verba testator locutus non sit.*
G. §. 150. | — *vers.* 3 — | *possessores* ..... *olim* | — *litt.* 20 — |. §. *lege*[p] *bona caduca fiunt et ad popu-*
G. §. 151. *lum deferri iubentur, si defuncto nemo* [*successor extiterit*]. §. *Potest, ut iure facta testamenta* | — *litt.* 15 — | *infirmentur. apparet . posse* | — *litt.* 27 — | *testator* | — *litt.* 32 — | *eius* | — *litt.* 27 — | *iure civili valeat qui* | — *litt.* 28 — | *tabulas testam*[*enti*] | — *litt.* 22 — | — *vers.* 1 — |
p. 93. .. *quidem* ... *si quis ab i*[*ntestato*] *bonorum possessionem petierit* .... | — *vers.* 3 — | |*perveniat hereditas. et hoc ita rescripto imperatoris Antonini significatur.*

I. §. 7. §. Ex eo autem solo[q] non potest infirmari testamentum, quod postea testator id noluit[r] valere[s]; usque adeo, ut, etsi[t] quis post factum prius testamentum posterius facere coeperit, et, aut mortalitate praeventus aut quia eum eius[u] rei paenituit[x], non perfecerit[y], divi Pertinacis oratione cautum sit, ne alias tabulae priores iure factae irritae

---

g) *postea* om. Hal. G. Bi. Be. h) *per* Hal. i) *testamenti* add. Hal. G. Be. Bu. k) *quia* Hal. G. Be. Bu. l) *amiserit* ... *dederit* Bi. Be. Bu. m) *testamenti* add. Bu. n) Cf. Ulp. XXIII. §. 6. XXVIII. §. 13. infra Comm. III. §. 35. sq. o) Cf. supra h. C. §. 119. 120. p) Cf. Ulp. XXVIII. §. 7. Iulian. L. 98. §. 1. de legat. I. XXX. q) Cf. Ulp. L. 2. D. de inimst. rupt. XXVIII. 3. L. 1. §. 1. D. de B. P. sec. tabb. XXXVII. 11. Theod. et Valent. L. 21. §. 3. Cod. de testam. VI. 23. r) *noluerit* Hal. s) C. N. (ex solo ms. Gotting.) „Nisi inter liberos subscriptione testium vel ipsius parentis vel omnium liberorum, inter quos partitio sit subsecuta, ut in authenticis de triente et semisse [Nov. 18]: praeter subscriptionem parens, qui scit litteras, ita recte liberis disponit, si manu propria designat tempus, item nomina liberorum, numerum unciarum seu signa rerum non signis, sed consequentia litterarum: sed hoc inter liberos testamentum ita infirmatur, si parens septem testibus declaraverit nolle se tale testamentum valere, et alium disponit voluntatem, vel in testamento perfecto vel in scriptura perfecta voluntate, ut in authenticis imperfectis [i. e. *Auth. de testam. imperf.* Nov. 107. Sav.]. M." Cf. Auth. *Quod sine subscriptione* et *Hoc inter liberos* Cod. de test. VI. 23. Ex Nov. 107. t) *si* Bi. Bu. u) *huius* Bu. x) *id* ins. Hal. y) *perfecisset* Al.

fiant, nisi sequentes iure ordinatae et perfectae fuerint; nam imperfectum testamentum
sine dubio nullum est. §. Eadem oratione expressit, non admissurum se hereditatem I. §. 8.
eius, qui litis causa principem reliquerit [z] heredem; neque tabulas non legitime factas, in
quibus ipse ob eam causam [a] heres institutus erat, probaturum; neque ex nuda voce heredis nomen admissurum; neque ex ulla scriptura, cui iuris auctoritas desit, aliquid adepturum. secundum haec [b] divi quoque [c] Severus et Antoninus saepissime rescripserunt. „Licet enim", inquiunt, „legibus soluti sumus, attamen legibus vivimus [d]".

TIT. XVIII.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

Quia plerumque [a] parentes sine causa liberos suos [b] exheredant vel omittunt, in- I. pr.
ductum est, ut de inofficioso testamento agere possint liberi, qui queruntur aut inique se exheredatos [c] aut inique praeteritos, hoc [d] colore, quasi non sanae mentis fuerint, cum testamentum ordinarent [d]. sed hoc dicitur, non quasi vere furiosus sit, sed recte quidem fecerit [e] testamentum, non autem ex officio pietatis. nam si vere furiosus sit [f], nullum
est [g] testamentum. §. Non [h] autem liberis tantum permissum est testamentum parentum I. §. 1.
inofficiosum accusare, verum etiam parentibus liberorum. soror autem et frater turpibus personis scriptis heredibus ex sacris constitutionibus [i] praelati sunt; non ergo contra omnes heredes agere possunt. ultra fratres igitur et sorores cognati nullo modo aut agere
possunt aut agentes vincere [k]. §. Tam autem naturales liberi, quam secundum nostrae I. §. 2.
constitutionis [l] divisionem adoptati ita demum de inofficioso testamento agere possunt, si nullo alio iure ad defuncti bona venire possunt [m]. nam qui ad totam hereditatem vel partem eius alio iure veniunt, de inofficioso [n] agere non possunt. postumi quoque, qui
nullo alio iure venire possunt, de inofficioso agere possunt [o]. §. Sed haec ita accipienda I. §. 3.

---

z) *Cf.* Paul. L. 91. D. de her. inst. XXVIII. 5. et sent. rec. V. 12. §. 8. item IV. 5. §. 3. Ulp. L. 8. §. 2. D. de inoff. test. V. 2. Honor. et Theod. L. 20. Cod. de test. VI. 23. a) *rem* Bu. b) *hoc* Hal. c) *quoque* om. Hal. d) *vivere volumus.* Bu. *κατὰ νόμους πολιτευόμεθα ... secundum leges vivere volumus* Theoph. Cf. Ulp. L. 31. D. de legib. I. 3. Dio Cass. LIII. c. 18. p. 509. Alex. L. 3. Cod. de test. VI. 23. Theod. et Valent. L. 4. Cod. de legib. I. 14.

Tit. XVIII. a) Cf. L. 1. D. sqq. h. t. V. 2. b) *vel* ins. Bi. Bu. c) *esse* add. Bu. d) Marcian. L. 2. D. h. t. „*Hoc colore inofficioso testamento agitur, quasi ... fuerunt, ut ... et hoc ... furiosus vel demens testatus sit, sed ... fecit ... furiosus esset vel demens ..*" Dig. Flor. e) *fecit* Pu. f) *est* Bu. g) *eius* add. Bu. h) *tantum* hic ins. Bi. nec mox omissa eadem voce. De re cf. Ulp. L. 1. D. h. t. i) Constantin. L. 27. Cod. h. t. III. 28. k) Cf. Ulp. l. cit. i. f. l) L. 10. Cod. de adopt. VIII. 48. m) *possint* Hal. n) *testamento* add. Bu. o) C. N. (ap. Valt. ad §. penult. hui. tit. relata): „Hodie non licet parenti debitam portionem liberis relinquere, nisi iure institutionis, nec praeterire liberos, nec exheredare, nisi causas ingratitudinis probandas ab herede nominatim inseruit testamento, quae quatuordecim sunt: (1.) si parentem accusaverit, nisi crimine (*tamen in crimine* Baud.) maiestatis; (2.) si parenti manus intulerit; (3.) si gravem et inhonestam ei iniuriam fecerit; (4.) si cum maleficis ut maleficus conversatur; (5.) si vitae parentis per veneficium vel alio modo insidiatus fuerit; (6.) si novercae aut concubinae sui parentis sese immiscuerit; (7.) si ex delatione filii gravia dispendia parens sustinuerit; (8.) si pro parente incluso liberi masculi capaces doli (*dolo* Hal. Be.), qui ab intestato ei succedunt, rogati ab eo pro persona vel debito in quantum idonei sunt fideiubere noluerint; (9.) si convictus fuerit filius parentem prohibuisse testari, unde parenti liceat exheredare, si

sunt, si nihil eis penitus a testatoribus [p] testamento relictum est; quod nostra constitutio [q] ad verecundiam naturae introduxit. sin vero quantacumque pars hereditatis vel res eis fuerit relicta, de inofficioso [r] querela quiescente id, quod eis deest, usque ad quartam legitimae partis repleatur [s], licet non fuerit adiectum boni viri arbitratu debere eam compleri [t]. I. §. 4. §. Si [u] tutor nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex testamento patris sui legatum acceperit, cum nihil erat ipsi tutori relictum a patre suo, nihilominus poterit nomine suo de inofficioso patris [x] testamento agere. I. §. 5. §. Sed et [y] si e contrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat [z], de inofficioso egerit, et superatus est, ipse [a] tutor quod sibi in eodem testamento legatum relictum est non amittit. I. §. 6. §. Igitur quartam [b] quis debet habere, ut de inofficioso testamento [c] agere non possit, sive iure hereditario, sive iure legati vel [d] fideicommissi, vel si mortis causa ei quarta donata fuerit; vel inter vivos, in iis tantummodo casibus, quorum mentionem facit nostra constitutio [e]; vel aliis modis, qui [f] constitutionibus continentur. I. §. 7. §. Quod autem de quarta diximus, ita intellegendum est, ut, sive unus fuerit sive plures, quibus agere de inofficioso testamento permittitur, una quarta eis dari possit, ut [g] pro rata eis distribuatur, id est pro virili portione quarta [h].

TIT. XIX.

DE HEREDUM QUALITATE ET DIFFERENTIA.

I. pr. G. §. 152. §. [a] Heredes [b] autem aut necessarii dicuntur, aut sui et necessarii, aut extranei. I. §. 1. G. §. 153. §. Necessarius [c] heres est servus *cum libertate* heres institutus, ideo sic appellatus [d], quia, sive velit sive nolit, omni modo [e] post G. §. 154. mortem testatoris protinus liber et necessarius heres fit [f] (*est*). §. Unde [g]

---

postea testamentum fecerit; sed si in ipsa prohibitione intestatus decesserit, adversus eum suas actiones ii, quorum interest, exercere possunt; (10.) si citra voluntatem neque arenarii, neque mimi filius cum arenariis vel mimis conversetur; (11.) si filia vel neptis non consenserit (*consentit* Vult. *consenserint* v. d. Water, Otto) parentis voluntati volentis (*volenti* Baud. Be.) eas honeste copulare, sed luxuriose vivere elegerunt; sed (*verum si* Baud.) viginti quinque annorum facta aliqua si parente differente eam (*cum* Vult.) marito copulare, in suum corpus peccaverit, vel sine consensu parentis libero (*libere* Vult.) marito se iunxerit, hoc ad ingratitudinem ei non imputatur; (12.) si liberi furioso parenti curam praebere neglexerint, unde tam exheredatione digni sunt, quam poenis legitimis: is enim legitimus successor erit, qui attestatione missa eum in sua domo susceperit; (13.) si liberi parentem captum ab hostibus noluerint redimere; (14.) si patre orthodoxo ipsi haeretici fuerint". Ex Nov. 115. cap. 3. p) *in* ins Bu. q) L. 30. Cod. h. t. III. 28. r) *inofficiosi pro de inofficioso* Bi. s) *repletur* Bi. t) C. N. „Hodie si quatuor sunt (*Novissima lege cautum est, ut si quatuor sint filii* Vult.) vel pauciores, triens ex substantia deficientis; si plures (*sint* add. Vult.), semis debetur eis iure institutionis (*debeatur eis quoque relicti titulo ex aequo scilicet inter eos dividendus.* Vult.)". Ex Nov. 18. c. 1. Auth. *Novissima* Cod. h. t. u) Cf. ad §. 4. 5. Tryphonin. L. 22. D. de his quae ut indign. XXXIV. 9. Marcian. L. 30. §. 1. Marcell. L. 10. §. 1. D. h. t. x) *poterit tutor nomine suo* de inoff. sui p. Bu. y) *et* om. Hal. z) *fuerit* G. Bi. Be. a) *ipse* om. Bi. b) Cf. Zeno L. 29. Iustinian. L. 35. §. 2. Cod. h. t. item Nov. 115. 118. c) *testamento* om. Hal. d) *aut* Bi. e) L. 30. Cod. h. t. f) *in nostris* ins. Hal. g) *ea* ins. Hal. G. Be. h) *id est pro virili portione quarta* om. Hal.

Tit. XIX. a) Praecedit in cod. Ver. unius versus spatium vacuum. b) Cf. Epit. II. 3. §. 6. c) Cf. Epit. l. c. Ulp. XXII. §. 24. d) *ideoque sic appellatur* Hal. e) *omnino* Hal. Bi. Be. Bu. f) *sit* Bi. *γίνεται* Theoph. g) Cf. Epit. l. c.

b

[illegible] non sufficiant bonis [illegible] creditoribus, cum [illegible]

[illegible] quas sibi [illegible] non [illegible]

qui facultates suas suspectas habent, solent[h] (*habet, solet*) servum suum primo aut[i] secundo, vel[k] etiam ulteriore gradu *liberum et* heredem instituere, ut, si creditoribus satis non fiat, potius eius (*huius*) heredis, quam ipsius testatoris bona a creditoribus possideantur et[l] vel distrahantur, vel inter eos dividantur (*veneant, id est, ut ignominia, quae accedit ex venditione bonorum, hunc potius heredem, quam ipsum testatorem contingat. quamquam apud Fufidium Sabino placeat, eximendum eum esse ignominia, quia non suo vitio, sed necessitate iuris bonorum venditionem pateretur: sed alio iure utimur*). §. Pro hoc tamen incommodo illu[d] G. §. 155.
ei commodum praestatur, ut ea, quae post mortem patroni sui sibi acquisierit, *sive ante bonorum venditionem, sive postea*, ipsi reserventur.

et quamvis bona defuncti non sufficiant[m] creditoribus, iterum[n] tamen ex ea[o] causa res eius, quas sibi[p] acquisierit[q], non veneunt[r].

et quamvis propter contractionem bona venierint, iterum ex hereditaria causa bona eius non venient[s], *nisi si quid ei ex hereditaria causa fuerit acquisitum*, |*velut si* [**ex eo, quod**] *Latinus acquisierit, locupletior* p. 94.
factus sit: cum ceterorum hominum, quorum bona venierint, pro [**residua**] *portione, si quid postea acquirant, etiam saepius bona veniri soleant.*

§. Sui autem et[t] necessarii heredes sunt velut filius filiave[u], I. §. 2.
nepos neptisve[v] ex filio, et deinceps ceteri liberi, qui modo in potestate G. §. 156.
morientis fuerint (*fuerunt*)[x]. sed uti nepos neptisve sui heredes sint (*suus heres sit*), non sufficit eum [*eamve*] in potestate avi mortis tempore fuisse, sed opus est, ut pater *quoque* eius vivo patre suo desierit suus heres esse, aut morte interceptus, aut qualibet alia ratione liberatus[y] potestate: tunc (*tum*) enim nepos neptisve in locum[z] sui patris succedit (*succedunt*). §. Sed sui[a] quidem heredes ideo appellantur, quia domestici he- G. §. 157.
redes sunt et vivo quoque patre (*parente*) quodammodo domini existimantur; unde etiam si quis intestatus mortuus sit[b], prima causa est in successione liberorum[c]. necessarii vero ideo[d] dicuntur, quia omni modo[e], [*sive*] velint, [*si*]ve [*nolint[f], tam*] ab intestato, quam ex testamento[g] heredes[h] fiunt. §. Sed[i] his praetor permittit volentibus abstinere G. §. 158.
se ab heredi∫tate, ut potius parentis quam ipsorum bona similiter a creditoribus possideantur (*veneant*).

---

h) Plurali numero utitur et Theoph. Cf. §. 1. Inst. quib. manum. licet I. 6. i) *vel* Bi. k) *aut* Hal. G. Be. Bu. l) *et* om. Hal. G. nec non Cod. Erlang. m) *sufficiunt* Bi. n) *iterum* om. G. Bi. Be. Bu. o) *ex alia* G. Be. p) *causa quas sibi res* G. Be. q) *adquisivit* G. Bi. Be. r) *veneant* Bi. s) Anne cum Inst. scribamus *veneunt* et mox *venire*? Kl. t) *Σοῦοι δὲ νεκεσσάριοι* Theoph. De re ipsa cf. Comm. III. §. 2. u) *υἱός, θυγάτηρ*, Theoph. v) *neptisque* G. Bi. Be. Bu. x) Cf. Epit. II. 3. §. 6. cit. Ulp. XXII. §. 24. cit. y) *a patris* ins. Hal. *a* ins. Bu. z) *in loco* Bi. a) Cf. Paul. L. 11. D. de liber. et postum. XXVIII. 2. b) *moriatur* Hal. *mortuus fuerit* Bu. c) Cf. Ulp. L. 1. sqq. D. de suis et leg. XXXVIII. 16. d) *ideo* om. Bu. e) *omnino* Hal. f) Cf. Ulp. L. 1. §. 3. D. si quis om. causa XXIX. 4. g) *ex lege duodecim tabularum* ins. Hal. et agnoscere videtur Theoph. h) *iure* ins. Bu. i) Cf. Gai. L. 57. D. de acq. vel om. hered. XXIX. 2. Ulp. fragm. XXII. §. 24. cit.

G. §. 159. §. *Idem*[k] *iuris est et* [* *in* *] *uxoris persona, quae in manu est, quia filiae loco*
G. §. 160. *est; et in nurus, quae in manu filii est, quia neptis loco est.* §. *Quin*[l] *similiter abstinendi*
p. 95. *potest|atem facit praetor etiam ei, qui in causa*[m] *mancipii est, cum liber et heres institutus sit; cum necessarius, non etiam suus heres sit, tamquam servus.*

I. §. 3. §. Ceteri[n], qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei heredes
G. §. 161. appellantur. itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt, heredes a nobis instituti, *sicut* extranei heredes[o] videntur. qua de causa et qui a matre heredes instituuntur, eodem numero sunt, quia feminae liberos in potestate non habent[p].

servus quoque[q] a domino heres institutus et post testamentum factum ab eo manumissus eodem numero habetur.	*servi quoque, qui liberi et heredes instituti sunt et postea a domino manumissi, eodem numero habentur.*

I. §. 4. §. In[r] extraneis heredibus illud observatur, ut sit cum eis testamenti factio, sive ipsi heredes instituantur, sive hi, qui in potestate eorum sunt. et id duobus[s] temporibus inspicitur: testamenti quidem facti[t], ut constiterit institutio; mortis vero testatoris, ut effectum habeat. hoc amplius et[u] cum adit[x] hereditatem, esse debet cum eo testamenti factio, sive pure sive sub condicione heres institutus sit. nam ius heredis eo vel[y] maxime tempore inspiciendum est, quo acquirit[z] hereditatem[a]. medio autem tempore inter factum testamentum et mortem testatoris vel condicionem institutionis existentem[b] mutatio iuris heredi non nocet, quia, ut diximus, tria tempora inspicimus[c]. Testamenti autem factionem[d] non solum is habere videtur, qui testamentum facere potest, sed etiam[e] qui ex alieno testamento vel ipse capere potest vel alii acquirere, licet non possit[f] facere testamentum. et ideo furiosus[g] et mutus[h] et postumus et infans[i] et filiusfamilias et servus alienus testamenti factionem habere dicuntur[k]. licet enim testamentum facere non possint[l], attamen ex testamento vel sibi vel alii acquirere possunt.

I. §. 5. G. §. 162. §. Extraneis[m] autem heredibus deliberandi potestas *data* est de
G. §. 163. adeunda hereditate, vel non adeunda. §. Sed sive is, cui abstinendi pot-

k) Cf. infra Comm. III. §. 3. et supra h. C. §. 139. l) Cf. supra Comm. I. §. 123. et 138. m) In cod. Ver. ante vocem *mancipii* legitur *id est mancipato;* quae verba plane reiicere non dubitavi. Savinius ea ponenda censuerat post verba *mancipii est,* ad quae sine dubio hoc glossema, quondam in margine positum, pertinuisse videtur; Goeschenius totum locum sic constituit: „*etiam mancipato, id est, ei, qui in causa mancipii est*". Kl. Mihi quidem minime sine dubio est, an illud „*id est mancipato*" glossema sit, necne. Gaium enim ita suspicor distinguere, ut quos *dicis gratia* mancipatos primo commentario indicat, eos *in causa mancipii* constitutos ubique fere nuncupet. reliquos vero mancipio datos vel ex qua alia causa, addictione puta vel auctoramento, in mancipii condicionem delapsos *in mancipio* omnes esse dicere soleat. Goeschenii igitur lectio cum duplicem verborum transpositionem contineat, Savinii emendationem acceptissimam habendam ducerem. Forte autem legendum quis dixerit: „*institutus sit; id est, mancipatus cum necessarius*" rel. Bg. n) Cf. Epit. II. 3. §. 6. cit. o) *extranei her. nobis vid.* Hal. *extran. sunt her.* Bu. p) Cf. §. 10. Inst. de adopt. I. 11. q) Cf. Paul. L. 13. D. de opt. leg. XXXIII. 5. Ulp. L. 6. §. 3. D. de her. inst. XXVIII. 5. r) Florentin. L. 49. §. 1. D. eod. s) *tribus* Bu. ἐν δυσὶ καιροῖς Theoph. *duobus vel tribus* Al. t) *facti* om. Bi. *tempore* add. Hal. Bu. *testamenti facti* Dig. u) *etiam* Bu. x) *adierit* G. Be. Bu. *adibit* Dig. y) *vel* om. Hal. z) *adquisierit* Bu. a) Cf. Terent. Clem. L. 62. D. de leg. 2. XXXI. b) *existente* Bu. c) *inspici debent* Hal. *inspiciuntur* Bu. d) Vid. Pompon. L. 16. D. qui test. fac. XXVIII. 1. e) *etiam is, qui* Bu. f) *potest* Bi. g) Cf. Marcell. L. 63. D. de acq. v. om. her. XXIX. 2. item §. 3. Inst. quib. non perm. test. II. 12. h) *et surdus* add. Al. i) ὁ ἄλαλος καὶ ὁ πούπιλλος καὶ ὁ ἴμφας καὶ ὁ ποςοῦμος Theoph. k) *videntur* Bu. l) *possunt* Bi. m) Cf. Iustinian. L. 22. Cod. de iure deliber. VI. 30. L. 6. Cod. de repud. vel abst. her. VI. 31.

estas est, immiscuerit se bonis hereditariis[n], sive extraneus (*is*), cui de adeunda [*hereditate*] deliberare licet, adierit, postea relinquendae hereditatis facultatem non habet, nisi *si* minor sit (*annorum*) viginti quinque annis. nam huius aetatis hominibus, sicut in ceteris omnibus causis, deceptis, ita et (*etiam*) si temere damnosam hereditatem susceperint, praetor succurrit. §. Sciendum tamen est (*scio quidem*), divum Hadria- I. §. 6.
num etiam maiori[o] viginti quinque annis (*annorum*) veniam dedisse, cum post aditam hereditatem grande aes alienum, quod aditae hereditatis tempore latebat, emersisset (*apparuisset*). sed hoc quidem[p] divus Hadrianus speciali beneficio cuidam praestitit, divus autem Gordianus postea in[q] militibus tantummodo hoc extendit[r]. sed nostra benevolentia commune omnibus subiectis imperio nostro hoc beneficium praestitit et constitutionem[s] tam aequissimam, quam nobilissimam[t] scripsit, cuius tenorem si observaverint homines, licet eis adire hereditatem et in tantum teneri,[u] quantum valere bona hereditatis contingit; ut ex hac causa neque deliberationis auxilium[x] eis fiat necessarium, nisi omissa observatione nostrae constitutionis, et deliberandum existimaverint et sese veteri gravamini aditionis supponere maluerint.

§. Item[y] extraneus heres testamento institutus aut ab intestato ad legitimam hereditatem vocatus potest aut pro herede gerendo aut[z] etiam nuda voluntate suscipiendae hereditatis heres fieri. pro herede autem gerere quis videtur, si rebus hereditariis tamquam heres utatur, vel vendendo hereditarias res, vel[a] praedia colendo locandove, et[b] quoquo modo si[c] voluntatem suam declaret, vel re vel verbis[d], de adeunda hereditate, dummodo sciat eum, in cuius bonis pro herede gerit, testatum intestatumve[e] obiisse et se ei heredem esse. pro herede enim gerere est pro domino gerere; veteres enim heredes pro dominis appellabant[f]. sicut autem nuda voluntate extraneus heres fit, ita et[g] contraria destinatione

§. *Extraneis*[h] *heredibus solet cretio dari, id est, finis deliberandi, ut intra certum tempus vel adeant hereditatem, vel si non adeant, temporis fine summoveantur. ideo autem cretio appellata est, quia cernere est quasi decernere et constituere.* I. §. 7. G. §. 164. p. 96.
§. *Cum ergo ita scriptum sit: „heres Titius esto", adiicere debemus: „cernitoque in centum diebus proximis, quibus scies poterisque. quodni ita creveris, exheres esto*[i]*".* G. §. 165.
§. *Et*[k] *qui ita heres institutus est, si velit heres esse, debebit intra diem cretionis cernere, id est, haec verba dicere: „quod me Publius Titius testamento suo heredem instituit, eam hereditatem adeo cernoque"*[l]. *Quodsi ita non creverit, finito tempore cretionis excluditur: nec quidquam proficit si pro herede gerat,* G. §. 166.

n) *hereditatis* Hal. G. Bi. Be. o) *maioribus* Bu. p) *quidem* om. Cod. Erlang. q) *in* om. Hal. r) *concessit* Hal. s) L. 22. Cod. de iure deliberandi VI. 30. t) *nobilem* G. Bi. Be. u) *in* ins. Bi. Bu. x) *sit* ins. Hal. mox om. *fiat*. y) Cf. Ulp. L. 20. Paul. L. 22. 88. D. de acq. vel. om. her. XXIX. 2. z) *vel* Bi. a) *aut* ... *aut* Bi. Bu. b) *aut* Bi. c) *si* om. Hal. d) *verbo* Hal. e) *testato intestatove* Bi. f) Sic et verbum fere Theoph. et Fest. v. *Heres*. g) *et* om. Hal. h) Cf. Ulp. XXII. §. 27. Isidor. orig. V. 24. i) Cf. Ulp. l. c. item infra h. C. §. 171. et §. 174. et Cic. de orat. I. 22. k) Cf. Ulp. XXII. §. 25. 28. 26. l) Cf. Ulp. §. 28. cit.

statim ab hereditate repellitur [m]. Eum [n], qui
G. §. 167. mutus vel surdus natus vel postea factus est [o], nihil prohibet pro herede gerere et acquirere sibi hereditatem, si tamen intellegit quod agitur [p].

id est, si rebus hereditariis tamquam heres utatur. §. *At* [q] *is, qui sine cretione heres institutus sit, aut qui ab intestato legitimo iure ad hereditatem vocatur, potest aut cernendo, aut pro herede gerendo, vel etiam nuda voluntate suscipiendae hereditatis heres fieri: eique liberum est, quocumque tempore voluerit, adire hereditatem. solet [* tamen *] praetor postulantibus hereditariis creditoribus tempus constituere, intra quod si velint adeant*
G. §. 168. *hereditatem: si minus, ut liceat creditoribus bona defuncti vendere.* §. *Si* [r] *quis autem*
p. 97. *cum cretione |heres institutus est, [* sicut *] nisi creverit hereditatem, non fit heres; ita non aliter excluditur, quam si non creverit intra id tempus, quo cretio finita sit. itaque licet ante diem cretionis constituerit hereditatem non adire, tamen paenitentia actus, su-*
G. §. 169. *perante die cretionis, cernendo heres esse potest.* §. *At hic* [s], *qui sine cretione heres institutus est, quique ab intestato per legem vocatur, sicut voluntate nuda heres fit, ita et*
G. §. 170. *contraria destinatione statim ab hereditate repellitur.* §. *Omnis autem cretio certo tempore constringitur. in quam rem tolerabile tempus visum est centum dierum. potest tamen nihilominus iure civili aut longius aut brevius tempus dari* [t]: *longius tamen interdum prae-*
G. §. 171. *tor coarctat.* §. *Et* [u] *quamvis omnis cretio certis diebus constringatur, tamen alia cretio vulgaris vocatur, alia certorum dierum: vulgaris illa, quam supra exposuimus* [x], *id est in qua dicuntur haec verba: „quibus sciet poteritque"; certorum dierum, in qua detractis*
G. §. 172. *his verbis cetera scribuntur.* §. *Quarum* [y] *cretionum magna differentia est. nam vulgari cretione data, nulli dies computantur, nisi quibus scierit quisque, se heredem esse institutum, et possit cernere. certorum vero dierum cretio[ne] data, etiam nescienti, se heredem*
p. 98. *institutum esse, numerantur dies con|tinui: item ei quoque, qui aliqua ex causa cernere prohibetur, et eo amplius ei, qui sub condicione heres institutus est, tempus numeratur.*
G. §. 173. *unde melius et aptius est, vulgari cretione uti.* §. *Continua haec cretio vocatur* [z], *quia continui dies numerantur. sed quia tamen dura est haec cretio, altera m[agis] in usu habetur; unde etiam vulgaris dicta est.*

[Gaii institutionum §. 174—184 vid. supra pag. 92—96.; §. 185—190 vid. p. 89. 90.]

TIT. XX.

DE LEGATIS.

I.pr.G.§.191. §. Post haec videamus de legatis, quae pars iuris extra propositam quidem materiam videtur; nam loquimur de iis (*his*) iuris figuris,

m) Gai. §. 169. Cf. Paul. L. 66. D. tit. cit. Ulp. L. 6. §. 1. D. ad SCtum Trebell. XXXVI. 1. n) Ulp. L. 5. pr. D. de acq. vel om. her. XXIX. 2. „*Mutum, nec non surdum, etiam ita natos, pro herede gerere et obligari hereditati posse constat*". Cf. Paul. L. 93. §. 1. 2. D. eod. o) *natus est vel postea factus* Bi. Ba. p) *quod agit.* Hal. *quid agitur.* Bi. q) Cf. Ulp. §. 26. cit. r) Cf. Ulp. XXII. §. 30. s) Cf. Ulp. XXII. §. 29. t) Cf. Cic. ad Att. XIII. ep. 46. u) Cf. Ulp. XXII. §. 31. x) Cf. supra h. C. §. 165. y) Cf. Ulp. XXII. §. 32. z) Cf. Ulp. XXII. §. 31. 32. cit.

quibus per universitatem res nobis acquiruntur. sed cum omnino (*omni modo*) **de testamentis, deque**[a] **heredibus, qui testamento instituuntur, locuti sumus**[b], **non sine causa sequenti loco potest** (|*poterat*) **haec iuris materia tractari.** p. 103.

§. Legatum[c] itaque est donatio quaedam a defuncto relicta[d]. I. §. 1.

§.[e] *Legatorum*[f] *utique genera* [*sunt*] *quatuor: aut enim per vindicationem legamus, aut per damnationem, aut sinendi modo, aut per praeceptionem.* G. §. 192. (cf. I. §. 2.)

§. *Per*[g] *vindicationem* | — *litt.* 20 — | *verbi gratia: „hominem Stichum do, lego". sed si .... verbum positum sit, velut* | — *litt.* 14 — | [*per vin*]*dicationem legatum est: sive* | — *litt.* 20 — | *ita legatum fuerit, „su*[*mito*]*"* | — *litt.* 16 — | *ita, „capito"; aeque per vindicationem*[h] [*legatum est.* §. *Ideo*[i] *au*]*tem per vindicationem legatum app*[*ellatur*], *quia post aditam hereditatem statim ex iure Quiritium res legatarii fit: et si eam rem legatarius vel ab herede vel ab alio quocumque, qui eum possidet, petat, vindicare debet, id est, intendere,* [*rem suam*] *ex iure Quiritium esse.* §. *In eo* [*ver*]*o dissentiunt prud*[*entes. nam Sabinus*] *quidem et Cassius ceterique nostri praeceptores quod ita legatum sit, statim post aditam hereditatem putant fieri legatarii, etiamsi ignoret sibi legatum esse dimissum; sed posteaquam scierit et* | — *litt.* 10 — |[k] *tum perinde esse atque si legatum non esset*[l]. *Nerva vero et Proculus ceterique illius scholae auctores non aliter putant rem legatarii fieri, quam si voluerit eam ad se pertinere*[m]. *Sed hodie ex divi Pii Antonini* |*constitutione hoc magis iure uti videmur, quod Proculo placuit. nam cum legatus fuisset Latinus*[n] *per vindicationem coloniae, deliberent, inquit*[o], *decuriones, an ad se velint pertinere, proinde ac si uni legatus esset.* §. *Tales*[p] *autem solae res per vindicationem leguntur recte, quae ex iure Quiritium ipsius testatoris sunt. sed eas quidem, quae pondere, numero, mensura constant, placuit sufficere si mortis tempore sint ex iure Quiritium testatoris, veluti vinum, oleum, frumentum, pecunia numerata. ceteras res vero placuit utroque tempore testatoris ex iure Quiritium esse debere, id est, et quo faceret testamentum, et quo moreretur: alioquin inutile est legatum.* §. *Sed*[q] *sane hoc ita est iure civili. postea vero auctore Nerone Caesare senatusconsultum factum est, quo cautum est, ut si eam rem quisque legaverit, quae eius numquam fuerit, perinde utile sit legatum, atque si optimo iure relictum esset:*

G. §. 193. G. §. 194. G. §. 195. p. 104. G. §. 196. G. §. 197.

---

a) *et de* Hal. b) *simus* Hal. c) Modest. L. 36. D. de legat. 2. XXXI. „*Legatum est donatio testamento relicta*". d) *ab haerede praestanda* add. Hal. Contra vid. Theoph. e) Praecedit in cod. Ver. unius versus spatium, in quo vestigia inscriptionis apparent. f) Cf. Epit. II. 5. pr. Ulp. XXIV. §. 2. g) Cf. §. 2. Inst. h. t. Ulp. XXIV. §. 3. Epit. II. 5. §. 1. Theophil. II. 20. §. 2. „*Βινδικατίωνος μὲν ἐστι ταῦτα τὰ ῥήματα· δίδωμι τῷδε νομίσματα ρ'. αὕτη δὲ βινδικατίων δεσπότην ἐποίει τὸν ληγατάριον, ἅμα τῇ τοῦ κληρονόμου ἀδιτίωνι ὡς δύνασθαι αὐτὸν κατὰ παντὸς κινεῖν τὴν in rem. καὶ διὰ τοῦτο ὠνομάζετο καὶ αὕτη ἐν ταῖς ἰδικαῖς πράξεσι, ταῖς περιποιούσαις ἡμῖν δεσποτείαν*". h) Gaium ita fere scripsisse arbitror: „Per vindicationem *legatum relinquitur ita* verbi gratia: hominem Stichum do, lego. sed si *alterutrum* verbum positum sit, velut *do*, *aut lego*, *etiam per* vindicationem legatum est: sive *aliis similibus verbis*, *velut* ita legatum fuerit: *sumito*; *vel ita*: *sibi habeto*; vel ita: capito, aeque etc." Goesch. i) Cf. Epit. II. 5. cit. §. 1. Gai. L. 69. pr. D. de legat. 1. XXX. item infra h. C. §. 204. k) Legendum erit *spreverit tum*, quod Niebuhrio, vel *repudiaverit tum*, quod Blumio, vel *repudiaverit tum*, quod Unterholznero placet. Goesch. l) Cf. Julian. L. 81. §. 6. et L. 86. §. 2. de legat. 1. XXX. m) Cf. Nerat. L. 64. D. de furt. XLVII. 2. et Ulp. L. 44. §. 1. D. de legat. 1. XXX. Paul. sent. rec. III. 6. §. 7. et 36. et Gai. h. C. §. 200. n) Cf. Plin. X. ep. 105. o) *inquit* Goesch. in contextum recipere non est ausus; in cod. Ver. est *inquid*. p) Cf. Ulp. XXIV. §. 7. Epit. II. 5. cit. §. 1. et §. 3. q) Cf. Ulp. XXIV. §. 11a.

optimum autem ius est per damnationem legatum, quo genere etiam aliena res legari pot-
G. §. 198. *est, sicut inferius*[r] *apparebit.* §. *Sed si quis rem suam legaverit, deinde post testamen-*
(cf. I. §. 12.) *tum factum eam alienaverit, plerique putant, non solum iure civili inutile esse legatum,*
p. 105. *sed nec ex senatusconsulto confirmari. quod ideo dictum* |*est, quia etsi per damnationem aliquis rem suam legaverit, eamque postea alienaverit, plerique putant, licet ipso iure debeatur legatum, tamen legatarium petentem per exceptionem doli mali repelli, quasi con-*
G. §. 199. *tra voluntatem defuncti petat.* §. *Illud*[s] *constat, si duobus pluribusve per vindicationem*
(cf. I. §. 8). *eadem res legata sit, sive coniunctim sive disiunctim, si omnes veniant ad legatum, partes ad singulos pertinere, et deficientis portionem collegatario accrescere. coniunctim autem ita legatur: „Titio et Seio hominem Stichum do, lego"; disiunctim ita: „Lucio Titio ho-*
G. §. 200. *minem Stichum do, lego. Seio eumdem hominem do, lego".* §. *Illud quaeritur, quod sub condicione per vindicationem legatum est, pendente condicione cuius esset. nostri praeceptores heredis esse putant*[t] *exemplo statuliberi, id est, eius servi, qui testamento sub aliqua condicione liber esse iussus est: quem constat interea heredis servum esse*[u]. *sed diversae scholae auctores putant, nullius interim eam rem esse: quod multo magis dicunt de eo, quod sine condicione pure legatum est, antequam legatarius admittat legatum.*

G. §. 201. §. *Per*[x] *damnationem hoc modo legamus: „heres meus Stichum servum meum dare*
p. 106. *damnas esto". sed et si „dato"* |*scriptum sit, per damnationem legatum est.* §. [*Qu*]*o*[y]
G. §. 202.
(cf. I. §. 4.) *genere legati etiam aliena res legari potest, ita ut heres redimere et praestare, aut aesti-*
G. §. 203. *mationem eius dare debeat*[z]. §. *Ea*[a] *quoque res, quae in rerum natura non est, si modo*
(cf. I. §. 7.) *futura est, per damnationem legari potest, velut fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut*
G. §. 204. *quod ex illa ancilla natum erit.* §. *Quod autem ita legatum est, post aditam hereditatem, etiamsi pure legatum est, non, ut per vindicationem legatum, continuo legatario acquiritur, sed nihilominus heredis est. ideo legatarius in personam agere debet*[b], *id est, intendere, heredem sibi dare oportere: et tum heres* [**rem**], *si mancipi sit, mancipio dare, aut in iure cedere, possessionemque tradere debet*[c]; *si nec mancipi sit, sufficit si tradiderit. nam*[d] *si mancipi rem tantum tradiderit, nec mancipaverit, usucapione* [*demum*] *pleno iure fit legatarii:* [*finitur*] *autem* [*usu*]*capio,* [*ut supra*[e] *quoque*] *diximus, mobilium*
G. §. 205. *quidem rerum anno, earum vero, quae solo tenentur, biennio.* §. *Est et* ....
| — litt. 30 — |[f] [*si eadem res*] *duobus pluribusve per damnationem*[g] *legata sit, siquidem*

r) Vid. h. C. §. 202. s) Cf. Ulp. XXIV. §. 12. et L. 1. §. 3. D. de usufr. accresc. VII. 2. Epit. II. 5. cit. §. 1. et §. 4. 5. Iulian. L. 30. D. de condic. et demonstrat. XXXV. 1. t) Cf. Gai. L. 29. §. 1. D. qui et a quib. manumissi XL. 9. u) Cf. Ulp. II. §. 1. 2. et L. 9. pr. D. de statuliber. XL. 7. x) Cf. Ulp. XXIV. §. 4. Epit. II. 5. §. 2. Theoph. II. 20. §. 2. y) Cf. supra h. C. §. 197. item Epit. II. 5. cit. §. 2. et §. 3. Ulp. XXIV. §. 8. z) In Epit. II. 5. §. 2. post expressam hui. §. sententiam adiecta leguntur haec: *„Sed si testator rem alienam, quasi suam credens, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab herede petere non potest, et inutile est legatum. Nam si sciens alienam esse, per legatum dederit, necesse est, ab herede aut ipsam rem, aut aestimationem rei in pretio legatario dari".* Goesch. a) Cf. Epit. II. 5. cit. §. 3. b) Cf. Theoph. l. c. *„ἐτίκτετο δὲ ἐντεῦθεν τῷ ληγαταρίῳ κατὰ τοῦ κληρονόμου περσοναλία ἀγωγή, ἡ λεγομένη ex testamento".* c) Cf. supra h. C. §. 194. infra §. 213. d) Cf. supra h. C. §. 41. e) Vid. h. C. §. 42. 44. 54. f) Eulerus locum ita restituendum esse opinatur: *„est et alia differentia inter legatum per vindicationem et per damnationem: si enim eadem res".* Conf. Epit. II. 5. §. 5. Goesch.
g) Heisius legendum censet: *„debentur, sive omnes veniant ad legatum, sive non".* At, si Eulerum audiamus, sic legemus: *„debentur, sicut in per vindicationem legato".* Cf. Epit. II. §. 5. Goesch.

coniunctim, plane singulis partes debentur[h] | — litt. 29 — | [*si ve*]*ro disiunctim, singulis solida res debe*[*tur*][i], |*ut scilicet heres alteri rem, alteri aestimationem eius praestare de-* p. 107.
beat[k]. *et in coniunctis*[l] *deficientis portio non ad collegatarium pertinet, sed in hereditate remanet.*

§. *Quod autem diximus, deficientis portionem* [* *in* *] *per damnationem quidem le-* G. §. 206.
gato in hereditate retineri, in per vindicationem vero collegatario accrescere, admonendi sumus, ante legem Papiam iure civili ita fuisse: post legem vero Papiam deficientis portio caduca fit[m], *et ad eos pertinet*[n], *qui in eo testamento liberos habent.* §. *Et quamvis* G. §. 207.
prima causa sit in caducis vindicandis heredum liberos habentium, deinde, si heredes liberos non habeant, legatariorum liberos habentium[o]; *tamen ipsa lege Papia significatur, ut collegatarius coniunctus*[p], *si liberos habeat, potior sit heredibus, etiamsi liberos habebunt.* §. *Sed plerisque placuit, quantum ad hoc ius, quod lege Papia coniunctis constitui-* G. §. 208.
tur, nihil interesse, utrum per vindicationem, an per damnationem legatum sit.

§. *Sinendi*[q] *modo ita legamus: „heres meus damnas esto sinere Lucium Titium ho-* G. §. 209.
minem Stichum sumere sibique habere". §. *Quod*[r] *genus legati plus quidem habet,* G. §. 210.
[* *quam* *] *per vindicationem legatum; minus autem, quam per damnationem. nam eo modo non solum suam rem* |*testator utiliter legare potest, sed etiam heredis sui: cum alioquin* p. 108.
per vindicationem nisi suam rem legare non potest; per damnationem autem cuiuslibet extranei rem legare potest. §. *Sed siquidem mortis testatoris tempore res ipsius testatoris* G. §. 211.
sit, vel heredis, plane utile legatum est, etiamsi testamenti faciendi tempore neutrius fuerit.
§. *Quodsi post mortem testatoris ea res heredis esse coeperit, quaeritur, an utile sit lega-* G. §. 212.
tum. et plerique putant inutile esse. quid ergo est? licet aliquis[s] *eam rem legaverit, quae neque eius umquam fuerit, neque postea heredis eius umquam esse coeperit, ex senatusconsulto Neroniano proinde videtur, ac si per damnationem relicta esset.* §. *Sicut autem* G. §. 213.
per damnationem legata res non statim post aditam hereditatem legatarii efficitur, sed manet heredis eousque, donec is heres tradendo, vel mancipando, vel in iure cedendo legatarii eam fecerit[t], *ita et in sinendi modo legato iuris est: et ideo huius quoque legati nomine in personam actio est*[u], *„quidquid heredem ex testamento dare, facere oportet".*
§. *Sunt*[x] *tamen, qui putant, ex hoc legato non videri obligatum heredem, ut mancipet,* G. §. 214.
aut in iure cedat, |*aut tradat, sed sufficere, ut legatarium rem sumere patiatur, quia ni-* p. 109.
hil ultra ei testator imperavit, quam ut sinat, id est patiatur, legatarium rem sibi habere.

---

h) Cf. Ulp. XXIV. §. 13. Epit. II. 5. §. 4. Paul. L. 7. D. de legat. 2. XXXI. Julian. L. 84. §. 8. D. de legat. 1. XXX. *i*) Cf. Ulp. loc. cit. Epit. II. 5. §. 5. *k*) Cf. Epit. II. 5. cit. §. 5. Iustinian. L. un. §. 11. Cod. de caduc. tollend. VI. 51. Pompon. L. 13. §. 1. D. de legat. 2. XXXI. Julian. L. 82. §. 5. D. de legat. 1. XXX. *l*) Cf. Ulp. l. c. item cit. L. 7. et cit. L. 84. §. 8. *m*) Cf. supra h. C. §. 199. et 206. item Ulp. XXIV. cit. §. 12. 13. *n*) Cf. Ulp. XXV. §. 17. Iuvenal. Sat. IX. vers. 88. Fragm. veter. ICti de iure fisci, §. 3. item infra h. C. §. 286. *o*) Cf. Ulp. l. §. 21. ubi cum Ms. Vatic. *legatarii patres* legendum esse ex hoc Gaii loco intellegitur. *p*) Cf. Paul. L. 89. D. de legat. 3. XXXII. *q*) Cf. Ulp. XXIV. §. 5. Epit. II. 5. §. 6. Theoph. II. 20. §. 2. *r*) Cf. Ulp. XXIV. §. 10. Epit. II. 5. cit. §. 6. *s*) Hic locus epitomatores movisse videtur, ut lib. II. tit. 5. cit. §. 6. sic scriberent: „Nam et propriam rem testator, et heredis sui, *et alienam* per sinendi legatum relinquere potest". Goesch. *t*, Cf. supra h. C. §. 204. *u*) Cf. Theoph. l. c. καὶ ἐντεῦθεν ὁμοίως ἥρμοζεν ἡ *ex testamento*. *x*) Cf. Epit. II. 5. cit. §. 6.

G. §. 215. §. *Maior illa dissensio in hoc legato intervenit, si eamdem rem duobus pluribusve dis-
iunctim legasti. quidem putant, utrisque solidum deberi*[y]*, sicut per [damn]ationem: non-
nulli occupantis esse meliorem condicionem aestimant; quia, cum in eo genere legati dam-
netur heres patientium praestare, ut legatarius rem habeat, sequitur, ut si priori patien-
tiam praestiterit et is rem sumpserit, securus sit adversus eum, qui postea legatum petie-
rit, quia neque habet rem, ut patiatur eam ab eo sumi, neque dolo malo fecit, quominus
eam rem haberet.*

G. §. 216. §. *Per praeceptionem*[z] *hoc modo legamus: „Lucius Titius hominem Stichum prae-
G. §. 217. cipito". §. Sed nostri*[a] *quidem praeceptores nulli alii eo modo legari posse putant, nisi
ei, qui aliqua ex parte heres scriptus est: praecipere enim esse, praecipuum sumere; quod
tantum in eius persona procedit, qui aliqua ex parte heres institutus est, quod is extra
G. §. 218. portionem hereditatis praecipiat legatum, [* quod *] habiturus sit*[b]*. §. Ideoque si extra-
p. 110. neo legatum fuerit, inutile est legatum. adeo ut Sabinus |existimaverit, ne quidem ex [se-
natusconsulto] Neroniano posse convalescere: nam eo, inquit, senatusconsulto ea tantum
confirmantur, quae verborum vitio iure civili non valent*[c]*, non quae propter ipsam per-
sonam legatarii non deberentur. sed Iuliano*[d] *ex Sexto*[e] *placuit, etiam hoc casu ex se-
natusconsulto confirmari legatum: nam ex verbis etiam hoc casu accidere, ut iure civili
inutile sit legatum, inde manifestum esse, quod eidem aliis verbis recte legatur, velut per
vindicationem, per damnationem, sinendi modo: tunc autem vitio personae legatum non
valere, cum ei legatum sit, cui nullo modo legari possit, velut peregrino, cum quo testa-
G. §. 219. mentifactio non sit; quo plane casu senatusconsulto locus non est. §. Item*[f] *nostri prae-
ceptores, quod ita legatum est, nulla ratione putant posse consequi eum, cui ita fuerit le-
gatum, qu[am] iudicio familiae erciscundae, quod inter heredes de hereditate erciscunda,
id est, dividenda accipi solet: officio enim iudicis id contineri, ut et quod per praeceptio-
G. §. 220. nem legatum est, adiudicetur. §. Unde intellegimus, nihil aliud secundum nostrorum prae-
ceptorum opinionem per praeceptionem legari posse nisi quod testatoris sit*[g]*: nulla enim
alia res, quam hereditaria, deducitur in hoc iudicium. itaque si non suam rem*[h] *eo modo
p. 111. testator legaverit, |iure quidem civili inutile erit legatum; sed ex senatusconsulto confir-
mabitur. aliquo tamen casu etiam alienam rem [* per *] praeceptionem legari posse faten-
tur: veluti si quis eam rem legaverit, quam creditori fiduciae causa mancipio dederit;*

---

y) Cf. Cels. L. 14. D. de usu et usufr. et reditu. XXXIII. 2. z) Cf. Ulp. XXIV. §. 6. Theoph. l. c.
a) Cf. Theoph. l. c. Epit. II. 5. §. 7. item Plin. V. ep. 7. b) Sav. mavult: „*praecipuum legatum habiturus sit*". Goesch. c) Cf. Ulp. XXIV. §. 11 a. d) Cf. Iulian. L. 18. D. de legat. 1. XXX. e) Hanc codicis Ver. lectionem Savinius, Pomponium sub nomine Sexti latere ratus, immutavit in „Iuliano *et* Sexto", quam lectionem Goesch. recepit. Hic vero postea (in addit. ad h. l.) Vat. fr. §. 88. dubium sibi fecisse ait, num Gaius Pomponium Sexti praenomine significare voluerit; quam dubitationem augere possunt, quae dudum Heineccium ad suspicionem adduxerant, Sextum aliquem ICtum a Pomponio differre. Cf. Opuscula ad hist. iur. Hal. 1735. p. XV. Quid igitur obstat, quominus, certe si Sextus ille iureconsultus anterior Iuliano fuit, hunc similiter libros ex Sexto fecisse dicamus, atque Gaius fecit ex Q. Mucio (Cf. supra Comm. I. §. 188.), Neratius et Pomponius ex Plautio, Iulianus ex Minicio et Iavolenus ex Cassio? Kl. f) Theoph. l. c. indistincte ait.: *ἀνῄρειτο δὲ ἡ πραικεπτίων διὰ τοῦ familiae herciscundae· ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὸ παλαιόν· αἱ διατάξεις δὲ τῶν νεωτέρων βασιλέων ἀνεῖλον τὰ τυπικὰ ῥήματα, δι' ὧν τὸ γένος ἐσημαίνετο.* g) Cf. Ulp. XXIV. §. 11. h) Cf. Gai. L. 26. et L. 28. D. fam. hercisc. X. 2.

nam officio iudicis coheredes cogi posse existimant, soluta pecunia solvere eam rem, ut possit praecipere [is], cui ita legatum sit. §. *Sed diversae scholae auctores putant, etiam* G. §. 221.
extraneo per praeceptionem legari posse, proinde ac si ita scribatur: „Titius hominem Stichum capito"; supervacuo adiecta „prae" syllaba: ideoque per [vindicationem eam rem] legatam videri. quae sententia dicitur divi Hadriani constitutione confirmata esse. §. *Se-* G. §. 222.
*cundum hanc igitur opinionem, si ea res [*ex*] iure Quiritium defuncti fuerit, po[test] a legatario vindicari, sive is unus ex heredibus sit, sive extraneus. sed si in bonis tantum testatoris fuerit, extraneo quidem ex senatusconsulto utile erit legatum, heredi vero familiae herciscundae iudicis officio praestabitur. quodsi nullo iure fuerit testatoris, tam heredi, quam extraneo ex senatusconsulto utile erit [*legatum*].* §. *Sive*[i] *tamen heredibus,* G. §. 223.
secundum nostrorum opinionem, sive etiam extraneis, secundum illorum opinionem, duobus pluribusve eadem res coniunctim aut disiunctim legata fuerit, singul|i partes habere p. 112.
debent.

§. **Sed olim quidem erant legatorum genera quatuor: per vindicationem, per dam-** I. §. 2. (cf. G. §. 192.)
nationem, sinendi modo, per praeceptionem; et certa quaedam verba cuique generi legatorum assignata erant, per quae singula genera legatorum significabantur. sed ex constitutionibus divorum principum[k] **sollennitas huiusmodi verborum penitus sublata est. nostra autem constitutio**[l]**, quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores esse cupientes, et non verbis, sed voluntatibus eorum faventes, disposuit, ut omnibus legatis una sit natura, et quibuscumque verbis aliquid derelictum**[m] **sit, liceat legatariis id persequi non solum per actiones personales, sed etiam per in rem et per hypothecariam. cuius constitutionis perpensum modum ex ipsius tenore perfectissime accipere possibile est.** §. **Sed non usque ad eam constitutionem standum esse existimavi-** I. §. 3.
mus. cum enim antiquitatem invenimus legata quidem stricte concludentem, fideicommissis autem, quae ex voluntate magis descendebant defunctorum, pinguiorem naturam indulgentem, necessarium esse duximus[n] **omnia legata fideicommissis exaequare**[o]**, ut nulla sit inter ea differentia, sed quod deest legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorum, et si quid amplius est in**[p] **legatis, per hoc crescat fideicommissorum**[q] **natura. sed ne in primis legum cunabulis permixte**[r] **de his exponendo studiosis adolescentibus quamdam introducamus**[s] **difficultatem, operae pretium esse duximus interim separatim prius de legatis et postea de fideicommissis tractare, ut, natura utriusque iuris cognita, facile possint permixtionem eorum eruditi subtilioribus auribus accipere**[t]**.** §. **Non solum autem testa-** I. §. 4. (cf. G. §. 202.)
toris vel heredis res, sed etiam aliena legari potest, ita ut heres cogatur redimere eam et praestare, vel[u]**, si**[x] **non potest redimere**[y]**, aestimationem eius dare. sed si**[z] **talis res sit,**

---

i) Cf. Epit. II. 5. cit §. 7. k) Constantini, Constantii et Constantis L. 21. Cod. h. t. VI. 37. l) L. 1. Cod. comm. de legatis VI. 43. m) *relictum* Hal. n) L. 2. Cod. eod. o) *ὥστε πάσας τοῖς γένεσι τῶν ληγάτων μίαν εἶναι φύσιν*. Theoph. p) *in* om. Cod. Erlang. q) *fideicommissi* Bl. Bu. r) *permistim* Hal. s) *introduceremus* G. Be. t) *percipere* Bu. u) *aut* Bu. x) *eam* ins. Hal. y) Cf. Paul. L. 12. D. de legat. 2. XXXI. Gai. L. 14. §. 2. Labeo L. 30. §. 6. D. de legat. 3. XXXII. z) Cf. Ulp. L. 39. §. 10. L. 40. Iulian. L. 106. §. 2. D. de legat. 1. XXX.

cuius non est commercium, vel adipisci non potest [a], nec aestimatio eius debetur; sicuti [b] si campum Martium vel basilicas vel templa vel quae publico usui destinata sunt legaverit. nam [c] nullius momenti [d] legatum est. Quod autem diximus alienam rem [e] posse legari, ita intellegendum est, si defunctus sciebat alienam rem esse, non [f] si ignorabat. forsitan enim, si scivisset [g] alienam rem esse [h], non legasset; et ita divus Pius rescripsit. et verius est [i] ipsum, qui agit, id est legatarium, probare oportere, scisse [k] alienam rem [l] legare [m] defunctum, non heredem probare oportere, ignorasse alienam [n], quia semper ne-
I. §. 5. cessitas probandi incumbit illi, qui agit. §. Sed et si rem obligatam creditori aliquis [o] legaverit, necesse habet heres eam [p] luere [q]. et in [r] hoc quoque casu idem placet, quod in re aliena, ut ita demum luere [s] necesse habeat heres, si sciebat defunctus rem obligatam esse; et ita divi Severus et Antoninus rescripserunt. si tamen defunctus voluit legata-
I. §. 6. rium luere et hoc expressit [t], non debet heres eam luere. §. Si res aliena [u] legata fuerit et eius [x] vivo testatore legatarius dominus factus fuerit, siquidem ex causa emptionis [y], ex testamento [z] actione pretium consequi potest; si vero ex causa lucrativa, veluti ex [a] donatione [b] vel ex alia simili causa, agere non potest; nam traditum est [c] duas lucrativas causas in eumdem hominem et in [d] eamdem rem concurrere non posse. hac ratione si ex duobus [e] testamentis eadem res eidem debeatur, interest, utrum rem, an aestimationem ex testamento consecutus sit [f]; nam si rem [g], agere non potest, quia habet
I. §. 7. eam ex causa lucrativa; si aestimationem, agere potest [h]. §. Ea quoque res, quae in re-
(cf. G. §. 203.) rum natura non est [i], si modo futura est, recte legatur, veluti fructus, qui in illo fundo
I. §. 8. nati erunt [k], aut quod [l] ex illa [m] ancilla natum erit [n]. §. Si eadem [o] res duobus legata sit,
(cf. G. §. 199.) sive coniunctim sive disiunctim, si ambo perveniant ad legatum, scinditur [p] inter eos legatum [q]; si vero [r] alter deficiat, quia aut spreverit legatum aut vivo testatore decesserit aut alio quolibet [s] modo defecerit, totum ad collegatarium pertinet. Coniunctim autem legatur, veluti si quis dicat: „Titio et Seio hominem Stichum do lego"; disiunctim [t] ita: „Titio hominem Stichum do lego, Seio [u] Stichum do lego". Sed et [x] si expresserit:
I. §. 9. „eumdem hominem Stichum", aeque disiunctim legatum intellegitur. §. Si [y] cui fundus

---

a) *nec adipisci potest* Bi. Verba *vel ... potest*, quae nec Theoph. agnoscit, expunxit Cuiacius, ergo om. G. b) *veluti* Hal. c) *nam* om. Cod. Erlang. d) *tale* ins. Hal. e) Cf. Iulian. L. 108. cit. §. 8. 9. Papin. L. 67. §. 8. D. de legat. 2. XXXI. f) *et* ins. G. Be. g) *scisset* G. Bi. Be. h) *rem esse* om. G. Bi. Be. Cf. Ulp. L. 57. D. de legat. 1. XXX. i) *esse* G. Be. *Verius esse existimo* Marcian. L. 21. D. de probat. XXII. 3. unde locus nost. usque ad §. 6. desumptus est. k) *scivisse* Hal. l) *vel obligatam* ins. Dig. m) *legasse* Bu. n) *vel obligatam* iterum ins. Dig. *ignorasse rem alienam esse* Bu. o) *quis* Bu. p) *eam* om. G. Bi. Be. q) Cf. Ulp. L. 57. D. de legat. 1. XXX. Gai. L. 15. D. de dote prael. XXXIII. 4. r) *in* om. G. Bi. Be. s) *luere eam post heres* hab. Bu. t) *voluerit ... expresserit* Hal. u) Cf. Iulian. L. 84. §. 5. D. de legat. 1. XXX. x) *rei* ins. Hal. y) Cf. Iulian. L. 19. D. de O. et A. XLIV. 7. z) *testamenti* Bi. Bu. a) *ex* om. Bi. b) *ex causa donationis* G. Be. c) Cf. Iulian. L. 17. D. de O. et A. XLIV. 7. Paul. L. 83. §. 6. de V. O. XLV. 1. L. 61. D. de sol. et lib. XLVI. 3. d) *in* om. Theoph. Hal. e) Cf. Ulp. L. 34. §. 1. 2. D. de legat. 1. XXX. Papin. L. 66. pr. D. de legat. 2. XXXI. f) *est* G. Bi. Be. g) *habet* ins. Hal. Bu. h) Cf. Pompon. L. 16. Paul. L. 33. D. de legat. 1. XXX. i) Cf. Pompon. L. 24. pr. D. eod. k) *nascetur vel erit* Bu. l) *qui* Bu. m) *illa* om. G. n) *nascetur* Bu. o) Cf. Iustinian. L. un. §. 11. Cod. de caduc. tollend. VI. 51. p) *dividitur* Bu. q) Cf. Paul. L. 142. D. de verb. sign. L. 16. r) *vero* om. Hal. G. Bu. s) *vel alio quoque* Hal. t) *autem* ins. Bu. u) *hominem* repetit Hal. x) *et* om. Bi. Bu. y) Iulian. L. 82. §. 2. D. de legat. 1. XXX. „*Fundus mihi legatus*

alienus legatus fuerit[z], et emerit proprietatem eius[a] detracto[b] usufructu, et ususfructus
ad eum pervenerit[c], et postea ex testamento agat, recte eum agere et fundum petere
Iulianus[d] ait, quia ususfructus in petitione servitutis locum obtinet[e], sed officio iudicis
contineri[f], ut deducto usufructu iubeat aestimationem praestari. §. Sed si rem legatarii I. §. 10.
quis ei legaverit, inutile est legatum[g]; quia quod[h] proprium est ipsius, amplius eius fieri
non potest, et licet alienaverit eam, non[i] debetur, nec[k] ipsa[l], nec aestimatio eius. §. Si I. §. 11.
quis rem suam quasi alienam legaverit, valet legatum; nam plus valet quod in veritate
est, quam quod in opinione[m]. sed et si legatarii putavit[n], valere constat, quia exitum
voluntas defuncti habere potest. §. Si rem suam[o] legaverit testator, posteaque[p] eam alie- I. §. 12.
naverit[q], Celsus existimat[r], si non adimendi animo vendidit[s], nihilominus deberi; idem- (cf. G. §. 198.)
que divi[t] Severus et Antoninus rescripserunt. iidem rescripserunt[u] eum, qui post testa-
mentum factum praedia, quae legata erant, pignori dedit, ademisse legatum non videri[x],
et ideo legatarium cum herede[y] agere posse, ut praedia a creditore luantur. si vero quis
partem rei legatae alienaverit, pars quae non est alienata omni modo[z] debetur, pars au-
tem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit. §. Si[a] quis debitori suo I. §. 13.
liberationem legaverit, legatum utile est[b] et neque ab ipso debitore, neque ab herede eius
potest heres petere, nec[c] ab alio, qui heredis loco est[d]; sed et[e] potest a debitore con-
veniri, ut liberet eum. potest autem[f] quis vel ad tempus iubere, ne heres petat. §. Ex[g] I. §. 14.
contrario si debitor creditori suo quod debet legaverit, inutile est legatum, si nihil plus
est in legato, quam in debito[h], quia nihil amplius habet per legatum. quodsi in diem
vel sub condicione debitum ei pure legaverit, utile est legatum propter repraesentationem.
quodsi vivo testatore dies venerit aut[i] condicio extiterit, Papinianus[k] scripsit utile esse
nihilominus legatum, quia semel constitit; quod et verum est. non enim placuit[l] senten-
tia existimantium extinctum esse legatum, quia in eam causam pervenit[m], a qua incipere
non potest. §. Sed si uxori dotem maritus legaverit, valet legatum, quia plenius est le- I. §. 15.
gatum, quam de dote actio[n]. sed si, quam non accepit, dotem legaverit, divi[o] Severus
et Antoninus rescripserunt, siquidem simpliciter legaverit, inutile esse legatum, si vero
certa pecunia vel certum corpus aut instrumentum[p] dotis in praelegando[q] demonstrata

---

est, proprietatem eius fundi redemi detracto usufructu. postea venditor capite minutus est, et ususfructus ad me pertinere coepit. si ex testamento egero, iudex tanti litem aestimare debebit, quantum mihi aberit". Cf. Papin. L. 66. §. 6. D. de legat. 2. XXXI. z) *sit* Hal. a) *eius* om. Hal. G. Bi. Be. b) *deducto* Hal. G. Be. c) *pervenit* Bi. d) Cf. not. y praeced. e) Cf. Ulp. L. 41. pr. D. de legat. 1. XXX. f) *continetur* Hal. G. g) Cf. Diocl. et Maxim. L. 13. Cod. h. t. VI. 37. h) *enim* pro *quod* hab. Bu. i) *tamen* ins. Bu. k) *nec* om. Bu. l) *res* add. Hal. m) Cf. Iulian. L. 4. §. 2. D. de manum. vind. XL. 2. Ulp. L. 15. D. de acq. vel om. her. XXIX. 2. n) *esse putavit* Hal. *putaverit* Bu. o) Cf. Ulp. L. 11. §. 12. de leg. 2. XXXI. p) *et postea* Bu. q) Cf. Modestin. L. 18. Papin. L. 24. D. de adimend. vel transfer. leg. XXXIV. 4. r) *putat* Hal. s) *vendiderit* Bu. t) *idem divus* Bu. u) L. 3. Cod. h. t. VI. 37. x) Cf. Paul. sent. rec. III. 6. §. 16. y) *eius* ins. Hal. z) *omnino* Hal. Bu. a) Cf. Ulp. L. 1. 3. 7. Pompon. L. 8. D. de liberat. leg. XXXIV. 3. b) „*Liberationem debitori posse legari iam certum est*". L. 3. cit. pr. c) *neque* Hal. d) *sit* Hal. e) *et* om. Bu. f) *etiam* pro *autem* hab. Hal. g) *Et e* Bu. h) Cf. Paul. L. 26. D. eod. tit. i) *vel* Hal. G. k) Papin. L. 5. D. ad leg. Falcid. XXXV. 2. „... *nec si vivo testatore dies venerit aut condicio fuerit impleta, fiet irritum quod semel competit*". l) *nobis* ins. Bu. m) *pervenerit* Hal. n) Cf. Ulp. L. 1. Labeo L. 6. §. 1. D. de dote praleg. XXXIII. 4. Iustinian. L. 1. §. 7. Cod. de rei ux. act. V. 13. o) *divus* Bu. p) *instrumenta* Hal. q) *relegando* Hal.

I. §. 16. sunt, valere legatum [r]. §. Si res legata sine facto heredis perierit, legatario decedit [s]; et
si servus alienus legatus sine facto heredis manumissus fuerit, non tenetur heres [t]. si
vero [u] heredis servus legatus fuerit [x] et ipse eum manumiserit, teneri eum [y] Iulianus scri-
psit; nec interest, utrum scierit [z], an ignoraverit a se legatum esse. sed et si alii dona-
verit servum, et is, cui donatus est, eum manumiserit, tenetur heres, quamvis ignorave-
I. §. 17. rit a se eum legatum esse. §. Si [a] quis [b] ancillam [c] cum suis natis [d] legaverit, etiamsi
ancilla mortua fuerit [e], partus legato cedunt [f]. idem est, [g] si ordinarii [h] servi cum vica-
riis legati fuerint, et licet [i] mortui sint ordinarii, tamen vicarii legato cedunt [k]. sed si ser-
vus [l] cum peculio legatus fuerit, mortuo servo vel manumisso vel alienato et [m] peculii
legatum extinguitur. idem est [n], si fundus instructus vel cum instrumento legatus fuerit;
nam fundo alienato et instrumenti legatum extinguitur. §. Si grex [o] legatus fuerit, post-
eaque [p] ad unam ovem pervenerit, quod superfuerit [q] vindicari potest. grege autem le-
gato etiam eas oves, quae post testamentum factum gregi adiiciuntur, legato cedere Iu-
I. §. 18. lianus ait; est enim [r] gregis unum corpus ex distantibus capitibus, sicut aedium unum
corpus est ex cohaerentibus lapidibus; aedibus denique [s] legatis columnas et marmora [t],
I. §. 19. quae post testamentum factum adiecta [u] sunt, legato dicimus cedere [x]. §. Si peculium le-
gatum fuerit, sine dubio quidquid peculio accedit vel decedit vivo testatore, legatarii lucro
I. §. 20. vel damno est [y]. §. Quodsi post mortem testatoris ante aditam hereditatem servus ali-
quid [z] acquisierit, Iulianus [a] ait, siquidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne,
quod ante aditam hereditatem acquisitum est, legatario cedere, quia legati huius [b] dies ab
adita hereditate cedit [c]; sed si extraneo peculium legatum fuerit, non cedere ea [d] legato,
nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculium [e]. peculium autem nisi legatum fuerit,
manumisso non debetur; quamvis, si vivus manumiserit, sufficit si non adimatur [f]; et ita
divi [g] Severus et Antoninus rescripserunt. iidem rescripserunt peculio legato non videri id
relictum, ut petitionem habeat pecuniae, quam in rationes dominicas impendit [h]. iidem re-

---

r) Cf. infra §. 30. hui. tit. s) Cf. Pompon. L. 26. §. 1. L. 36. §. 3. D. de legat. 1. XXX. Paul. sent. rec. III. 6. §. 9. t) Cf. Pompon. L. 23. D. de V. O. XLV. 1. u) Marcian. L. 112. §. 1. D. de legat. 1. XXX. „*Cum servum suum heres damnatus dare manumiserit, tenetur in eius aestimationem; nec interest, scierit an ignoraverit legatum. sed et si donaverit servum heres et eum is, cui ... esse*". x) *sit* Hal. y) *ipsum* Hal. z) *interest, scivecit* Hal. *interesse, utrum scierit* G. Be. *interest, si scierit* Bi. a) Paul. L. 3. D. de peculio leg. XXXIII. 8. „*At si ancilla cum suis natis legata sit, etiam mortua ea vel alienata vel manumissa nati ad legatarium pertinebunt; quia duo legata sunt separata*". Vid. etiam Paul. L. 62. Cels. L. 63. D. de legat. 1. XXX. Paul. sent. rec. III. 6. §. 19.
b) *quidem* ins. Bu. c) *ancillas* Hal. G. Bi. Be. d) *cum liberis* Bi. *cum suo partu* Bu. e) *ancillae mortuae fuerint* Hal. G. Bi. Be. f) *cedet* Bu. g) *et* ins. Hal. h) Gai. L. 4. D. de pecul. leg. XXXIII. 8. „*Sed et si cum vicariis suis legatus sit servus, durat vicariorum legatum et mortuo eo, aut alienato aut manumisso*". i) *quia licet* Hal. *licet* Bu. om. *et*. k) Cf. Gai. L. 2. D. eod. l) Paul. L. 1. D. eod. „*Servo legato cum peculio, et alienato vel manumisso vel mortuo, legatum etiam peculii extinguitur*", Cf. Id. sent. rec. III. 6. §. 34. m) *et* om. Hal. Bu. n) Cf. Paul. L. 1. Labeo L. 5. Ulp. L. 8. L. 12. §. 27. sqq. D. de instructo vel instr. leg. XXXIII. 7. o) Cf. Ulp. L. 21. Pompon. L. 22. D. de legat. 1. XXX. Paul. sent. rec. III. 6. §. 20. p) *et postea* Hal. q) *superest* Bu. r) *autem* Hal. s) *enim* Bu. t) *et* ins. Bu. u) *addita* Bu. x) *legato cedunt* Bu. Cf. Ulp. L. 41. §. 13. sqq. L. 44. §. 4. D. de legat. 1. XXX. Paul. sent. rec. III. 6. §. 50. y) Cf. Ulp. L. 8. §. 5. sqq. D. de pecul. leg. XXXIII. 8. z) *aliquid* om. G. Bi. Be. a) L. 8. cit. §. 8. b) *huiusmodi* Hal. c) Cf. Ulp. L. 213. pr. D. de verb. sign. L. 16. d) *ea* om. Bi. e) *peculium* om. Bu. f) Cf. Ulp. L. 11. §. 12. D. de legat. 3. XXXII. Paul. sent. rec. III. 6. §. 34. g) *divus* Bu. h) *impenderit* Hal.

scripserunt peculium videri legatum, cum rationibus redditis liber esse iussus est, et ex eo[i] reliqua inferre. §. Tam autem corporales res legari possunt[k], quam incorporales. et I. §. 21.
ideo id, quod defuncto debetur, potest alicui legari, ut actiones suas heres legatario praestet, nisi exegerit vivus testator pecuniam; nam hoc casu legatum extinguitur. sed[l] et tale legatum valet: „damnas esto heres[m] domum[n] illius reficere", vel „illum aere alieno liberare". §. Si generaliter servus vel alia res legetur, electio legatarii est[o], nisi aliud I. §. 22.
testator dixerit. §. Optionis legatum[p], id est ubi testator ex servis suis vel aliis rebus I. §. 23.
optare legatarium iusserat, habebat[q] in se[r] condicionem, et ideo, nisi ipse legatarius vivus optaverat[s], ad heredem legatum non[t] transmittebat[u]. sed ex constitutione nostra[x] et hoc ad[y] meliorem statum reformatum est et data est licentia heredi legatarii, optare servum[z], licet vivus legatarius hoc non fecerit[a]. et diligentiore tractatu habito et[b] hoc in nostra constitutione additum est,[c] sive plures legatarii existant[d], quibus optio relicta est, et dissentiant in corpore eligendo, sive unius legatarii plures heredes[e] inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente, ne pereat legatum,[f] quod plerique prudentium[g] contra benevolentiam introducebant, fortunam esse huius optionis iudicem et sorte[h] hoc esse dirimendum, ut, ad quem sors veniat[i], illius sententia in optione praecellat. §. Legari autem illis solis[k] potest, cum quibus testamenti factio est[l]. I. §. 24.

[Sequuntur ex Gaii inst. §. 238—245.]

§. Incertis vero personis neque legata, neque fideicommissa olim relinqui concessum erat[m]; nam ne miles quidem[n] incertae personae poterat relinquere, ut divus Hadrianus rescripsit. incerta autem persona videbatur[o], quam incerta opinione animo suo testator subiiciebat; veluti si quis ita[p] dicat: „quicumque filio meo[q] in matrimonium

§. *Incertae*[r] *personae legatum inutiliter relinquitur. incerta autem videtur persona,* I. §. 25. G. §. 238.
quam per incertam opinionem |*animo suo* p. 115.
testator subiicit, v[*elut si*] *ita legatum sit: „qui primus ad funus meum venerit,* [* *ei heres* *] *meus decem* [* *milia* *] *dato". idem iuris est si generaliter omni*[*bus*] *legaverim, „quicumque ad funus meum venerit". i*[*n*

i) *peculio, deducto quod domino debetur*, add. Bu. Nil eiusmodi habet Theoph. k) Cf. Ulp. L. 41. pr. D. de legat. 1. XXX. l) Cf. Paul. L. 40. §. 4. D. de legat. 2. XXXI. Id. sent. rec. III. 6. §. 10. m) *meus* ins. Hal. n) *domus* Bu. o) Cf. Ulp. L. 32. §. 1. L. 37. L. 71. pr. African. L. 108. §. 2. D. de legat. 1. XXX. p) Cf. Ulp. L. 2. et passim D. de opt. leg. XXXIII. 5. q) *olim* ins. Hal. r) *tacitam* ins. Bu. s) *optasset* Hal. *optaverit* G. Be. t) *non* om. Cuiac. u) Paul. l. 19. D. tit. cit.: „*Illud aut illud utrum elegerit legatarius, nullo a legatario electo, decedente eo post diem legati cedentem, ad heredem transmitti placuit*". Theoph.: „*ὅθεν, εἰ μὴ ὁ ληγατάριος αὐτὸς ἐπιλέξεται ζῶν, ἀλλὰ πρὸ τῆς ἐπιλογῆς ἐτελεύτησεν, οὐ διαβαίνει τὸ ληγάτον ἐπὶ τὸν αὐτοῦ κληρονόμον, διὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα, αἱρετικὸν ληγάτον πρὸ τῆς ἐκβάσεως τῆς αἱρέσεως τελευτήσαντος τοῦ ληγαταρίου, ἐπὶ κληρονόμους οὐ μετέρχεται*". x) L. 3. Cod. commun. de legat. VI. 43. y) *in* Hal. z) *servum* om. Bi. uncis incluserunt Be. Bu. *τὸν οἰκέτην ἐπιλέγεσθαι* Theoph. a) *fecit* G. Bi. Be. b) *et* om. Bi. Bu. *κἀκεῖνο* Theoph. c) *ut* ins. G. Be. Bu. d) *exstiterint* Hal. e) *sint et* ins. Hal. Bu. *et* ins. G. Be. f) *statuimus*, ins. Bu. g) *plurimi prudentes* Bu. h) Cf. Ulp. L. 24. §. 17. D. de fideicommissar. libertatib. XL. 5. i) *venerit* Hal. *perveniat* Bu. k) *solum* Hal. Bu. *Ἐκείνοις ... μόνοις* Theoph. l) Cf. Ulp. fragm. XXIV. §. 23. 24. m) *Ἰνκέρτοις προσώποις οὔτε ληγάτα, οὔτε φιδεϊκομμίσσα καταλιμπάνειν ἔξεστι*. Theoph. n) *nam neque miles* Bi. Bu. o) *ἐστιν* Theoph. p) *ita* om. Bi. *οὕτως* Theoph. q) *meo* om. G. r) Cf. infra h. C. §. 287. Ulp. XXIV. §. 8. Paul. sent. rec. III. 6. §. 13.

filiam suam dederit, id est collocaverit[s], ei heres meus illum fundum dato". illud quoque, quod iis relinquebatur, „qui post testamentum scriptum primi consules designati erunt"[t], aeque incertae personae legari videbatur; et denique aliae multae huiusmodi species[u] sunt. Libertas quoque non videbatur incertae personae dari posse, quia placebat[x] nominatim servos liberari. Sub certa vero demonstratione[y], id est ex certis personis incertae personae recte legabatur; veluti: „ex cognatis meis, qui nunc sunt, si
G. §. 239. quis filiam meam uxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato". Incertis autem[z] personis legata vel fideicommissa relicta et per errorem soluta repeti non posse[a] sacris constitutionibus[b] cautum est[c].

ea]dem causa est, quod ita relinquitur: „quicumque filio meo in matrimonium filiam suam collocaverit, ei heres meus decem [milia *] dato". illud quoque in eadem causa est, quod ita relinquitur: „qui post testamentum consules designati erunt": [* nam *] aeque incertis personis legari videtur. et denique aliae multae huiusmodi species sunt. Sub certa vero demonstratione incertae personae recte legatur; velut: „ex cognatis meis, qui nunc sunt, qui primus ad funus meum venerit, ei decem milia heres meus dato". §. Libertas quoque non videtur incertae personae dari posse, quia lex Furia Caninia iubet nominatim servos liberari.*

G. §. 240. §. *Tutor quoque certus dari debet*[d]. §. Postumo[e] quoque alieno inutili-
I. §. 26. G. §. 241. ter[f] legabatur (*legatur*). [est autem] alienus postumus, qui natus inter suos heredes[g] testatori[h] futurus non est. ideoque ex emancipato [*quo*]que filio conceptus nepos extraneus [postumus avo erat (*erit, quod non futurus*] *est eius* [*in potestate; item si soluto matrimonio conceperit*] *uxor*[i], *extraneus postumus*
p. 116. *patri contin*|*git*).

I. §. 27. §. Sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione relicta, cum in nostro codice constitutio[k] posita est[l], per quam et huic parti medemur[m], non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis et[n] fideicommissis; quod evidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit. Tutor[o] autem nec per nostram constitutionem incertus dari debet, quia certo iudicio debet quis pro tutela suae posteritati[p] cavere.

I. §. 28. G. §. 242. §. Postumus autem alienus[q] heres institui et antea[r] poterat et nunc potest[s], nisi

§. *Ac ne*[t] *heres quidem potest institui postumus alienus; est enim incerta persona.*

---

s) *id est collocaverit* om. Hal. G. Be. Ὅστις δήποτε τῷ ἐμῷ υἱῷ τὴν ἰδίαν θυγατέρα πρὸς γάμον κατεγγυήσῃ Theoph. Mallem omissa verba *dederit, id est.* t) *essent* Hal. u) *multae aliae hui. sp.* Hal. *multae aliae eiusmodi sp.* G. Be. *multae alia eiusm. sp.* Bi. *den. huiusm. aliae multae sp.* Bu. καὶ ἕτερα δὲ πολλὰ θέματα δύνατον ἐπινοῆσαι Theoph. x) Cf. pag. 12. sqq. hui. edit. y) Cf. Gai. L. 5. pr. D. de reb. dub. XXXIV. 5. z) *autem* om. Cod. Erlang. a) Cf. Marcian. L. 62. D. de condict. indeb. XII. 6. b) Cf. Diocl. et Maxim. L. 7. Cod. eod. tit. IV. 5. Gordian. L. 9. Cod. ad leg. Falcid. VI. 50. c) *erat* Hal. G. Be. θείαις περιέχεται διατάξεσι. Theoph. d) Cf. §. 27. Inst. h. t. e) Cf. infra h. C. §. 287. f) *antea* ins. Hal. Bu. ἀχρήστως αὐτοῖς ἐληγατεύομεν Theoph. g) *haeres* Hal. h) *testatoris* Bi. Bu. om. Theoph. i) Goeschenius post vocem *extraneus* litterarum 21, post verba *est eius* litterarum 28 spatium vacuum reliquerat. Quae substituimus, partim ex institutionibus Iustiniani, partim ex vestigiis codicis Ver. restituta sunt. Kl. k) Iustinian. L. 1. Cod. de inc. pers. VI. 48. l) *sit* Hal. Be. m) *medebimur* Bi. διώρθωσεν Theoph. n) *vel* Bu. o) Cf. Papin. L. 29. D. de test. tut. XXVI. 2. et supra Gai. §. 240. h. C. p) *posteritatis* Bi. q) *non alienus* Al. Ὁ ἀλλότριος ποσοῦμος Theoph. r) *ante* Hal. s) *potest* om. Cod. Erlang. t) Cf. supra Comm. I. §. 147. et infra h. C. §. 287.

in utero eius sit, quae iure nostro uxor esse non potest[u]. §. Si[v] quis[x] in nomine, cognomine, praenomine[y] legatarii erraverit[z], si[a] de persona constat, nihilominus valet legatum; idemque in heredibus servatur[b], et recte; nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt, qui si alio quolibet modo intellegantur, nihil interest. I. §. 29.

§. Huic[d] proxima est illa iuris regula, falsa demonstratione legatum non perimi; veluti si quis ita legaverit: „Stichum servum meum vernam do lego"; licet enim non verna, sed emptus sit, si de servo tamen[e] constat, utile est legatum. et convenienter si ita demonstraverit: „Stichum servum, quem a Seio emi", sitque[f] ab alio emptus, utile est legatum, si de servo constat. I. §. 30.

§. Longe magis legato falsa causa[g] non nocet; veluti cum quis ita dixerit: „Titio, quia[h] me absente negotia mea curavit, Stichum do lego", vel ita: „Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus sum, Stichum do lego". licet enim neque[i] negotia testatoris umquam gessit Titius, neque patrocinio eius liberatus est[k], legatum tamen valet. sed si condicionaliter enunciata fuerit causa, aliud iuris est; veluti hoc modo: „Titio, si negotia mea curavit[l], fundum[m] do lego[n]. I. §. 31.

G. §. 243. *§. Cetera vero, quae supra diximus[c], ad legata proprie pertinent. quamquam non immerito quibusdam placeat, poenae nomine heredem institui non posse: nihil enim interest, utrum legatum dare iubeatur heres, si fecerit aliquid, aut non fecerit, an coheres ei adiiciatur; quia tam heredis adiectione, quam legati datione compellitur, ut aliquid contra propositum suum faciat.*

I. §. 32. G. §. 244.

§. An servo heredis recte legemus[o], quaeritur. et constat pure inutiliter legari[p], nec quidquam proficere, si vivo testatore de potestate heredis exierit, quia quod inutile foret legatum, si statim post factum testamentum decessisset testator, non hoc ideo debet valere, quia diutius testator vixerit[q]. sub condicione[r] vero recte legatur[s], ut requi-

§. An ei, qui in potestate sit eius, quem heredem instituimus, recte legemus, quaeritur. Servius recte legari probat, sed evanescere legatum si, quo tempore dies legatorum cedere solet, adhuc in potestate sit: ideoque sive pure legatum sit et vivo testatore in potestate heredis esse desierit, sive sub condicione et ante condicionem id acci-

---

u) Cf. supra pag. 17. v) Gordian. L. 4. Cod. de testam. VI. 23. „*Si in nomine, vel* (*vel* om. Hal.) *praenomine, seu cognomine, seu agnomine* (*seu agnomine* om. Hal.) *testator erraverit, nec tamen de quo senserit incertum sit, error huiusmodi nihil officit veritati*". x) *quidem* Hal. y) *praenomine, agnomine* Hal. *agnomine, praenomine* Bu. De agnomine non loquitur Theoph. z) *testator* add. Hal. Bu. a) *cum* Hal. b) Cf. Marcian. L. 33. D. de condic. et demonstr. XXXV. 1. Iulian. L. 8. §. 2. D. de B. P. sec. tab. XXXVII. 11. c) Cf. h. C. §. 229. 232. 235. vid. infra pag. 116. 117. d) Ad h. et sq. §. cf. Gai. L. 17. D. de condic. et demonstr. XXXV. 1. e) *si tamen de servo* Hal. Bi. f) *si sit* Bu. g) *adiecta* add. Hal. αἰτία ἐγκειμένης τοῦ ληγ. Theoph. h) *qui* Bi. Be. ἐπειδὴ Theoph. i) *neque* om. Cod. Erlang. k) *gesserit* ... *liberatus sit* Hal. l) *curaverit* Hal. Bu. m) *meum* ins. Hal. non agn. Theoph. n) Sequitur in Cod. Erlang. post praemissum lemma: *Si testatore mortuo traderet servo suo legatum etc.* explicatio sequentis, ut videtur, §i ad modum fere summarum seu suprascriptionum singulorum §orum a Franc. Aretino adumbratarum. Operae pretium non videtur repetere, aut quae Bucherus satis male ligneis characteribus exprimi curavit, aut quae ipse ad rem explicandam de suo addere non dubitavit. o) *legamus* G. Bi. Be. Bu p) Cf. Iulian. L. 91. §. 1. D. de legat. 1. XXX. Ulp. L. 79. D. de acq. vel om. her. XXIX. 2. African. L. 21. §. 3. D. de fideiussor. XLVI. 1. q) Cels. L. 1. pr. D. de reg. Catoniana XXXIV. 7. „. . . *Quod, si testamenti facti tempore decessit testator, inutile foret, id legatum quandocumque decesserit non valere* . ." r) Cf. Gai. L. 68. §. 1. D. de legat. 1. XXX. s) *servo* add. Hal.

ramus, an, quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit [t].

derit, deberi legatum. Sabinus et Cassius sub condicione recte legari, pure non recte putant [u]*: licet enim vivo testatore possit desinere in potestate heredis esse, ideo tamen inutile legatum intellegi oportere, quia quod nullas vires habiturum foret si statim post testamentum factum decessisset testator, hoc*
p. 117. *ideo valere quia vitam longius traxerit, absurdum esset. |diversae scholae auctores nec sub condicione recte legari [*putant*]; quia quos in potestate habemus, eis non magis sub condicione, quam pure debere possumus.*

I. §. 33. G. §. 245. §. Ex diverso, herede instituto servo, quin domino recte etiam sine condicione legetur, non dubitatur [x]. nam etsi statim post factum testamentum decesserit testator, non tamen apud eum, qui heres sit, dies legati cedere intellegitur, cum hereditas a legato separata sit, et possit per eum servum alius heres effici, si prius, quam iussu domini adeat, in alterius potestatem translatus sit, vel manumissus ipse heres efficiatur [y], quibus casibus utile est legatum. quodsi in eadem causa permanserit et iussu legatarii adierit, evanescit legatum [z].

§. *Ex diverso* [a] *constat, ab eo, qui in potestate [*tua*] est, herede instituto recte tibi legari: sed si tu per eum heres extiteris, evanescere legatum, quia ipse tibi legatum debere non possis; si vero filius emancipatus, aut servus manumissus erit, vel in alium translatus, et ipse heres extiterit, aut alium [*heredem*] fecerit, deberi legatum.*

[Sequuntur ex instit. Gaii §. 229—37.]

I. §. 34. G. §. 229. §. [b] Ante [c] heredis institutionem [in]utiliter antea legabatur [d] (*legatur*), scilicet quia testamenta vim ex institutione heredis [e] accipiunt [f], et ob id velut caput atque (*et*) fundamentum intellegitur totius testamenti heredis institutio.
G. §. 230. §. Pari [g] ratione nec libertas ante heredis institutionem dari poterat [h] (*potest*).
G. §. 231. §. *Nostri praeceptores nec tutorem eo loco dari posse* [i] *existimant: sed Labeo et Proculus tutorem posse dari [*putant*], quod nihil ex hereditate erogatur tutoris datione.* Sed quia incivile [k] esse putavimus ordinem quidem scripturae sequi, quod et ipsi antiquitati vituperandum fuerat visum, sperni autem testatoris voluntatem, per nostram constitutionem [l] et hoc vitium emendavimus, ut liceat et ante heredis

---

t) *servus* add. Bu. u) Cf. Ulp. XXIV. §. 23. x) Cf. Iulian. L. 91. pr. D. eod. y) *efficitur* Hal. G. z) Auth. qualem ex cod. ms. Gotting. Sav. edidit: „Si ita legatum utile esset a morte testatoris heredi debetur [*est, ut . . . debeatur?* Kl.] nec tale debitum oblatum heredi sequitur servum alienatum vel manumissum ante hereditatem vel post confusione obligationis facta infra non (vel *in fraudem*) sit confusio cum legatum a morte testatoris non sic debeatur domino ut hereditas praecise spectet ad eum cum domino invito hereditas non acquiratur". — a) Cf. Ulp. XXIV. §. 24. ubi tollendam esse negationem iam Cuiacius monuit. b) Praecedit in cod. Ver. inscriptio: „*De inutiliter relictis legatis*" et ante haec verba spatium quatuor litterarum, numero ut videtur destinatum. c) Cf. Ulp. XXIV. §. 15. Paul. sent. rec. III. 6. §. 2. d) *ἀχρήστως ληγατεύουσι* Theoph. e) *heredum* G. Be. Bu. f) Cf. Papin. L. 10. D. de iure codicill. XXIX. 7. g) Cf. Ulp. J. §. 20. h) *δύναται* Theoph. i) Cf. supra §. 3. Inst. qui tut. test. dari poss. I. 14. k) *ἄτοπον* Theoph. l) Desiderari dicunt, cf. autem Iustinian. L. 24. 25. Cod. de testament. VI. 23.

institutionem et inter medias heredum institutiones legatum relinquere, et multo magis libertatem, cuius usus favorabilior est.

I. §. 35. G. §. 232.

§. Post mortem quoque heredis aut legatarii simili modo inutiliter [m] legabatur [n], veluti si quis ita dicat: „cum heres meus mortuus erit [o], do lego"; item: „pridie quam heres aut legatarius morietur". sed simili modo et hoc correximus [p], firmitatem huiusmodi legatis ad fideicommissorum similitudinem praestantes, ne vel [q] in [r] hoc casu deterior causa legatorum, quam fideicommissorum inveniatur.

§. Post [s] mortem quoque heredis inutiliter legatur; id est hoc modo: „cum heres meus mortuus erit do, lego"; aut: „dato". Ita autem recte legatur: „cum heres morietur": quia non post mortem heredis relinquátur, sed ultimo vitae eius tempore. Rursum ita non potest legari: „pridie quam heres meus morietur". quod non pretiosa ratione receptum videtur.

p. 114. G. §. 233. G. §. 234.

|*§. Eadem [t] et de libertatibus dicta intellegemus. §. Tutor [u] vero an post mortem heredis dari possit quaerentibus eadem forsitan poterit esse quaestio, quae de [* eo *] agitatur, qui ante heredum institutionem datur.*

I. §. 36. G. §. 235.

§. [v] Poenae [x] quoque nomine inutiliter [y] legabatur (*legatur*) et adimebatur vel transferebatur [z]. poenae [a] autem nomine legari videtur quod coercendi [b] heredis causa relinquitur, quo magis *heres* aliquid faciat, aut non faciat; velut si quis (*quod*) ita scripserit (*legatur*): „si heres meus filiam suam Titio in matrimonium collocaverit",

vel ex diverso: „si non collocaverit", „dato decem aureos Seio"; aut si ita scripserit: „heres meus si servum meum [c] Stichum alienaverit", vel ex diverso: „si non alienaverit", „Titio decem aureos dato". et in tantum haec regula observabatur [d], ut quam-

„decem [milia *] Seio dato"; vel ita: „si filiam Titio in matrimonium non collocaverit, decem milia Titio dato". sed et si [*quis „si*] [e] heres verbi gratia intra biennium monumentum sibi non fecerit, decem Titio dari" iusserit, poenae nomine legatu[m erit] [f].*

---

m) Cf. vero Marcian. L. 114. §. 3. D. de legat. 1. XXX. Ulp. L. 6. §. 1. D. de legat. 3. XXXII. n) κατα-λιμπάνεται τὸ λεγάτον Theoph. o) *fuerit* Hal. p) L. 1. Cod. ut actiones et ab her. et contra hered. incipiant, IV. 11. q) *vel* om. Hal. r) *in* om. G. Be. s) Cf. Ulp. XXIV. §. 16. Paul. sent. rec. III. 6. §. 5. 6. item infra Comm. III. §. 100. t) Cf. Ulp. I. §. 21. u) Cf. supra h. C. §. 231. et Paul. L. 7. D. de test. tut. XXVI. 2. v) Praecedit in cod. Ver. inscriptio: „*De poenae causa relictis legatis*". x) Cf. Ulp. XXIV. §. 17. y) *antea* ins. Hal. z) Praesenti tempore et hic utitur Theoph. Cf. African. L. 1. D. de his quae poenae c. rel. XXXIV. 6. a) Ulp. fragm. XXIV. §. 17. „*Poenae autem causa legatur ... relinquitur, ut faciat quid, aut non faciat*". b) Cf. Cic. de off. III. 5. §. 23. c) *meum* om. Hal. G. Be. τὸν ἐμὸν οἰκέτην Στῖχον Theoph. d) κρατεῖ Theoph. e) *quis si* abest in cod. Ver. et in ed. Goesch.; his vero verbis adiectis facilius loco mederi nos posse arbitramur quam iis, quae editor proposuit. Kl. Sententia duplex *si* requirit, quorum alterum referatur ad verbum *fecerit*, alterum vero ad verbum *iusserit*: in Cod. unum tantum legitur. Nullum tamen librarii peccatum suspicor; sed ipsum Gaium alterum *si* insuper habuisse mihi persuadeo. Maior inde oritur difficultas, quod, deleta voce *quis*, quam 1. Ed. exhibet, subiecto caret verbum *iusserit*. Itaque post *iusserit* inserendum videtur *testator*; nisi quis sic legere malit: „sed et, si heres u. g. i. b. monumentum sibi non fecerit, decem Titio dari iusseris". Goesch. f) Vocem *erit* substituimus quinque litterarum spatio, quod editor annotaverat vacuum. Kl.

plurimis [g] principalibus constitutionibus [h] significetur [i], nec principem quidem [k] agnoscere, quod ei poenae nomine legatum sit.

itaque ex ipsa definitione multas similes species ...... [n] fingere possumus.

nec ex militis quidem testamento talia legata valebant, quamvis aliae militum [l] voluntates in ordinandis testamentis valde observabantur [m].

G. §. 236. Quinetiam nec libertatem [o] poenae nomine dari posse placebat; eo amplius nec here-
G. §. 237. dem poenae nomine adiici posse Sabinus existimabat. veluti si quis ita dicat: „Titius heres esto. [p] si Titius filiam suam Seio in matrimonium collocaverit, Seius quoque heres esto". nihil enim intererat [q], qua ratione Titius coerceretur, utrum legati datione, an coheredis adiectione. sed huiusmodi scru-

§. Nec libertas quidem poenae nomine dari potest; quamvis de ea re fuerit quaesitum.
*§. De tutore vero nihil possumus quaerere, quia non potest datione tutoris heres compelli, quidquam facere, aut non facere: ideoque nec datur poenae nomine tutor; [*et si*] datus fuerit, magis sub condicione, quam poenae nomine datus videbitur.*

pulositas nobis non placuit, et [r] generaliter ea, quae relinquuntur, licet poenae nomine fuerint relicta vel adempta vel in alios [s] translata, nihil distare a ceteris legatis constituimus [t], vel in dando vel in adimendo vel in transferendo; exceptis iis videlicet, quae impossibilia [u] sunt, vel legibus interdicta aut [x] alias probrosa [y]. huiusmodi enim testatorum [z] dispositiones valere secta meorum temporum non patitur [a].

TIT. XXI.

DE ADEMPTIONE ET TRANSLATIONE [a] LEGATORUM.

I. pr. Ademptio [b] legatorum, sive eodem testamento adimantur [c], sive codicillis, firma est; [d] sive contrariis verbis fiat ademptio, veluti si quid ita quis [e] legaverit „do lego", ita adimatur „non do, non lego"; sive non contrariis, sed [f] aliis quibuscumque verbis.

I. §. 1. §. Transferri [g] quoque legatum ab alio ad alium potest, veluti si quis ita dixerit: „hominem Stichum, quem Titio legavi, Seio do lego"; sive in eodem testamento, sive in codicillis hoc fecerit. quo casu simul [h] Titio adimi videtur et Seio dari.

---

g) *quampluribus* G. Be. *perquam pluribus* Bi. Bu. h) Cf. Marcian. L. 2. D. de his quae poenae c. rel. XXXIV. 6. Constitutiones allegatae non extant. i) *significaretur* Hal. k) *quidem* om. Hal. l) *militis* Bu. τῶν στρατιωτῶν Theoph. m) *observantur* Bi. Bu. et Theoph. ut fere per totum h. tit. praesenti tempore (κρατοῦσιν) utitur. n) Blumius vestigia vocis *varias* sive *alias* in cod. Ver. se legisse testatur. o) *libertates* Hal. ἐλευθερία Theoph. p) *et* ins. Bu. q) *interest* Bi. r) *sed* Bu. s) *alium* Hal. εἰς ἑτέρους Theoph. t) L. un. Cod. de his quae poenae nom. VI. 41. u) Cf. Ulp. L. 3. D. de condic. et demonstr. XXXV. 1. x) *vel* Bu. y) Cf. Marcell. L. 20. D. tit. cit. z) *testamentorum* Hal. G. τεσταταρίων Theoph. a) *ἀλλότριον εἶναι τῶν εὐσεβῶν χρόνων τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐδικαίωσε.* Theoph.

Tit. XXI. a) *Et Translatione* om. Hal. Bu. b) Cf. Gai. L. 5. D. de adimend. vel transferend. legatis vel fideic. XXXIV. 4. Ulp. fragm. XXIV. §. 29. c) *legata* add. G. Be. d) *sed et* ins. Hal. e) *quis ita quid* Hal. *quod ita quis* G. f) pro *sed* hab. *id est* G. Be. Bu. *Εἰ δὲ καὶ ἑτέροις ῥήμασι* Theoph. g) Cf. Paul. L. 6. D. tit. cit. h) *et* ins. Hal.

TIT. XXII.

DE LEGE FALCIDIA [a].

Superest, ut de lege Falcidia dispiciamus, qua modus novissime legatis impositus est. Cum enim olim lege duodecim tabularum libera erat legandi potestas, ut liceret vel totum patrimonium legatis erogare — quippe [b] ea lege ita cautum esset: „uti [c] legassit suae rei, ita ius esto", — visum est hanc legandi licentiam coarctare; idque ipsorum testatorum gratia provisum est ob id, quod plerumque intestati [d] moriebantur, recusantibus scriptis heredibus pro nullo aut minimo lucro hereditatem [e] adire. et cum super hoc tam lex Furia, quam lex Voconia latae sunt, quarum neutra sufficiens ad rei consummationem videbatur, novissime lata est lex Falcidia, qua cavetur, ne plus legare liceret [f], quam dodrantem totorum bonorum, id est ut [g], sive unus heres institutus esset [h] sive plures, apud eum eosve quarta pars remaneat [i].

§. [k] *Sed olim* [l] *quidem licebat totum patrimonium legatis atque libertatibus erogare, nec quidquam heredi relinquere praeterquam inane nomen heredis; idque lex duodecim tabularum permittere videbatur, qua cavetur, ut quod quisque de re sua testatus esset, id ratum haberetur, his verbis: „uti legassit suae rei, ita ius esto"; quare qui scripti heredes erant, ab hereditate se abstinebant, et idcirco plerique intestati moriebantur.* I. pr. G. §. 224.

§. *Itaque lata est lex Furia, qua, exceptis personis quibusdam, ceteris plus mile assibus legatorum nomine mortisve causa capere permissum non est* [m]. *sed et haec lex non perfecit, quod voluit. qui enim verbi gratia quinque milium aeris patrimonium habebat, poterat quinque hominibus singulis milenos asses legando totum patrimonium erogare.* G. §. 225.

§. *Ideo* [n] *postea lata est lex Vo-* G. §. 226.

Tit. XXII. a) *Ad Legem Falcidiam.* Bu. b) *cum* ins. Hal. Bu. c) *quisque* add. Theoph. Hal. Bi. *uti legassit quisque* Bu. Sed Pomp. L. 120. D. de verb. sign. L. 16. ita loquitur: „*Verbis legis duodecim tabularum his* „Uti legassit suae rei, ita ius esto" *latissima potestas tributa videtur, et heredis instituendi, et legata et libertates dandi, tutelas quoque constituendi. sed id interpretatione coangustatum est, vel legum, vel auctoritate iure constituentium*". d) *intestato* G. Be. e) *hereditates* Hal. G. Bi. Be. f) *liceat* Bi. Be. Bu. g) *ut* om. Bu. h) *sit* Hal. i) *remaneat* G. Bi. Be. Bu. CC. NN. (ap. Bandoz. post verba *heredit. adire* insertae): 1) „Nisi testator sciens modum sui patrimonii expressim vetuerit, „„ne heres Falcidiam retineat"". qui si defuncto non paruerit, praeter debitum naturale aufertur ei hereditas, applicanda cum suo onere substitutis, data super hoc cautione, vel coheredibus adeuntibus, vel generali fideicommissario, sive soli ex pluribus in parte potiori, vel speciali fideicommissario, sive soli (*soli* om. Be.) legatario maioris emolumenti, vel hominibus libertate in testamento donatis, prout quisque eorum prius nominatus est, exheredatis, nec his respectis, postremo defertur extraneo vel fisco. Item si heres mensuram substantiae subtiliter agnoscens quaedam legata praestitit in solidum, neque ex his repetitio, neque ex aliis permittitur retentio, nisi inopinatum quid emergat. His cessantibus locus est Falcidiae inventario secundum tempus statutum in aditione facto sub praesentia legatariorum vel agentium pro eis, si illi interesse non possint, vel si absint, vel interesse nolint, succedat praesentia trium testium eiusdem civitatis, locupletum, probatae opinionis, absque praeiudicio tamen veritatis inquirendae per servorum quaestionem et heredis testiumque iusiurandum. Quo non observato solida legata praestat, etsi fines hereditarios excedant. Nulla autem talium quaestionum vel litium excedat annum". Ex Nov. 1. c. 2. sqq. Auth. *Sed cum testator* Cod. ad leg. Falcid. VI. 50. Ap. Vulteium legitur ipsa Auth. Codicis cit., inserta vero post verba *de legatis et fideicommissis* Auth. *Hoc amplius* Cod. de fideicomm. VI. 42. 2) „Item in ea re Falcidia cessat, quae ita relicta est, ne alienetur, sed permaneat apud successores eius, cui relicta est". Ex Nov. 119. c. ult. Auth. *Sed et in ea re* Cod. ad leg. Falcid. VI. 50. „Similiter cessat in his Falcidia, quae ad pias causas relicta sunt". Ex Nov. 131. c. 12. Auth. *Similiter Falcidia* Cod. eod. tit. k) Praecedit in cod. Ver. inscriptio „*Ad legem Falcidiam*". l) Cf. Ulp. XI. §. 14. Cic. de inv. II. 50. Auct. ad Her. I. 13. Paul. L. 53. D. de verb. sign. L. 16. Nov. 22. c. 2. m) Cf. infra Comm. IV. §. 23. 24. item Ulp. I. §. 2. XXVIII. §. 7. Varro de vita pop. Rom. (fragm. ed. Bip. p. 247.) Cic. pro Balbo c. 8. in Verrem I. 42. Fragm. Vat. §. 301. n) Cf. Cic. in Verr. I. c. 43. et infra h. C. §. 274.

conia, qua cautum est, ne cui plus legatorum nomine mortisve causa capere liceret, quam heredes caperent. ex qua lege plane quidem aliquid utique heredes habere videbantur; sed tamen fere vitium simile nascebatur: nam in multas legatariorum personas distributo patrimonio, poterat adeo heredi minimum relinquere [testator *], ut non expediret heredi,*
G. §. 227. p. 113. *huius lucri gra|tia totius hereditatis onera sustinere. §. Lata* [o] *est itaque lex Falcidia, qua cautum est, ne plus legare liceat, quam dodrantem. itaque necesse est, ut heres quartam partem hereditatis habeat. et hoc n[unc] iure utimur.*
G. §. 228. *§. In libertatibus quoque dandis nimiam licentiam compescuit lex Furia Caninia, sicut in primo commentario rettulimus* [p].

[Gaii institutionum §. 229—237. vid. supra pag. 110—118.; §. 238—245. pag. 113—116.]

I. § 1. §. Et cum quaesitum esset [q], duobus heredibus institutis [r], veluti Titio et Seio, si Titii pars aut tota exhausta sit legatis, quae nominatim ab eo data sunt, aut supra modum onerata, a Seio vero aut nulla relicta sint legata, aut quae partem eius dumtaxat in dimidiam partem minuant, an, quia is quartam partem totius [s] hereditatis aut amplius habet, Titio nihil ex legatis, quae ab eo relicta sunt, retinere liceret [t], placuit, ut quartam partem suae partis salvam habeat [u], posse retinere; etenim in singulis heredibus ratio legis Falcidiae ponenda est.
I. §. 2. §. Quantitas [x] autem patrimonii, ad quam ratio legis Falcidiae redigitur, mortis tempore spectatur. itaque si verbi gratia is [y], qui centum aureorum patrimonium in bonis habeat [z], centum aureos legaverit, nihil legatariis prodest, si ante aditam hereditatem per servos hereditarios aut ex partu ancillarum hereditariarum aut ex foetu pecorum tantum accesserit hereditati, ut centum aureis legatorum nomine erogatis heres quartam partem hereditatis habiturus sit; sed necesse est, ut nihilominus quarta pars legatis detrahatur. ex diverso, si septuaginta quinque legaverit et ante aditam hereditatem in tantum decreverint [a] bona, incendiis forte, aut naufragiis aut morte servorum, ut non amplius quam septuaginta quinque aureorum substantia vel etiam minus relinquatur, solida legata debentur [b]. nec ea res damnosa est heredi, cui liberum est non adire hereditatem; quae res efficit, ut necesse sit legatariis, ne destituto testamento nihil consequantur, cum herede in portionem [c] pacisci.
I. §. 3. §. Cum autem ratio legis Falcidiae poni-

---

o) Cf. Ulp. XXIV. §. 32. Epit. II. 6. et Paul. L. 1. pr. ad leg. Falc. XXXV. 2. „*Lex Falcidia lata est, quae primo capite liberam legandi facultatem dedit usque ad dodrantem, his verbis: „qui cives Romani sunt, qui eorum post hanc legem rogatam testamentum facere volet, ut eam pecuniam easque res, quibusque dare legare volet, ius potestasque esto, ut hac lege sequenti licebit". Secundo capite modum legatorum constituit his verbis: „quicumque civis Romanus post hanc legem rogatam testamentum faciet, is quantam cuique civi Romano pecuniam iure publico dare legare volet, ius potestasque esto, dum ita detur legatum, ne minus quam partem quartam hereditatis eo testamento heredes capiant: eis quibus ita datum legatumve erit, eam pecuniam sine fraude sua capere liceto: isque heres, qui eam pecuniam dare iussus damnatus erit, eam pecuniam debeto dare, quam damnatus est".* p) Cf. supra Comm. I. §. 42. sqq. q) *est* Bu. r) Cf. Gai. L. 77. Papin. L. 11. D. h. t. XXXV. 2. Sever. et Anton. L. 2. Cod. h. t. VI. 50. s) *totius* om. Bi. t) *liceat* Hal. u) *placuit* hic demum ponit Hal. *et placuit* denuo ponit Cod. Erlang. x) Gai. L. 73. pr. §. 1. D. h. t. XXXV. 2. (Cf. Scaev. L. 26. D. eod. Iustinian. L. un. §. 1. Cod. de caduc. toll. VI. 51.) *In quantitate patrimonii exquirenda visum est, mortis tempus spectari. qua de causa, si quis centum in bonis habuerit, tota ea legaverit .... centum legatorum nomine .... detrahatur. Et ex diverso, si ex centum septuaginta quinque legaverit .... ut non plus quam septuaginta quinque .... in portionem legatorum paciscí".* y) *Itaque verbi gratia si is* Hal. Bu. z) *habebat* G. Be. *habet* Bu. a) *exercuerint* G. b) *dentur.* Al. c) *in portione* Hal. G. Be.

tur, ante deducitur aes alienum, item funeris impensa [d] et pretia servorum manumissorum [e]; tunc deinde [f] in reliquo ita [g] ratio habetur, ut ex eo quarta pars apud heredes [h] remaneat, tres vero partes inter legatarios distribuantur, pro rata scilicet portione eius, quod cuique eorum legatum fuerit. itaque si fingamus quadringentos aureos legatos esse, et patrimonii quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum esse, quarta pars legatariis singulis debet detrahi. quodsi trecentos quinquaginta [i] legatos fingamus, octava debet detrahi. quodsi quingentos legaverit, initio quinta, deinde quarta detrahi debet. ante enim detrahendum est quod extra bonorum quantitatem est, deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet.

TIT. XXIII.

DE FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATIBUS [a].

§. Nunc (*Hinc*) transeamus ad fideicommissa. §. Et prius de [b] hereditatibus fideicommissariis videamus. I. pr. G. §. 246. G. §. 247.

§. Sciendum itaque est omnia fideicommissa primis temporibus [c] infirma fuisse [d], quia nemo invitus cogebatur praestare id, de quo rogatus erat. quibus enim non poterant hereditatem vel legata relinquere, si relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex testamento poterant [e]. et ideo fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo iuris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. postea primus [f] divus Augustus semel iterumque gratia personarum motus, vel quia per ipsius salutem rogatus quis diceretur, aut ob insignem quorundam perfidiam iussit consulibus auctoritatem suam interponere. quod quia iustum videbatur et populare erat, paulatim conversum est in assiduam iurisdictionem, tantusque favor eorum factus est, ut paulatim etiam praetor [g] proprius crearetur, qui de [h] fideicommissis ius diceret, quem fideicommissarium appellabant [i]. I. §. 1.

§. Imprimis [k] igitur sciendum est opus esse, ut aliquis heres recto iure testamento instituatur, eiusque fidei committatur, ut eam hereditatem alii restituat; alioquin inutile est testamentum, in quo nemo I. §. 2. G. §. 248.

---

d) Cf. Modestin. L. 9. D. de legat. 2. XXXI. Alexander L. 6. pr. Cod. h. t. VI. 50. e) Cf. Marcian. L. 45. D. de religios. XI. 7. Paul. L. 8. §. 6. D. de legat. 2. XXX. 1. Id. L. 39. §. 1. D. de verb. sign. L. 16. f) *demum* Hal. Bu. Gai. L. 73. §. 5. D. h. t. XXXV. 2.: „*Ergo optimum quidem est, statim ab initio ita testatorem distribuere legata, ne ultra dodrantem relinquantur. quodsi excesserit quis dodrantem, pro rata portione per legem ipso iure minuantur, verbi gratia si is, qui quadringenta in bonis habuit, tota ea quadringenta erogaverit, quarta pars legatariis detrahitur; si trecenta quinquaginta legaverit, octava. quodsi quingenta legaverit habens quadringenta* (quadrigenta ed. Taurell.) *initio quinta, deinde quarta pars detrahi debet . ante .... oportet*". g) *ista* Bu. h) *haeredem* Hal. i) *aureos* ins. Bu.

Tit. XXIII. a) *Et Ad Senatusconsultum Trebellianum* add. Hal. b) *Sed prius est, ut de* Hal. *Et prius est, ut de* Bu. c) Cf. Valer. Max. III. c. 2. §. 7. item infra h. t. §. 12. et pr. Inst. de codicill. II. 25. d) *esse* G. Bi. Be. Bu. e) *hereditatem* add. Hal. Rei ipsius exemplum v. ap. Papin. L. 77. §. 23. D. de legat. 2. XXXI. f) *primus* om. G. Cf. supra not. c. g) *eorum* ins. Cod. Erlang. h) *de* om. Cod. Erlang. i) Cf. Pompon. L. 2. §. 32. D. de orig. iur. I. 2. „*Post deinde divus Claudius duos praetores adiecit, qui de fideicommisso* (sic Dig. Flor. *fideicommissis* Al.) *ius dicerent, ex quibus unum divus Titus detraxit. rel*". k) Cf. Epit. II. 7. pr.

G. §. 249. *recto iure* heres instituitur. §. *Verba*[l] *autem utilia fideicommissorum haec recte maxime in usu esse videntur: „peto, rogo, volo, fideicommitto"; quae proinde firma sin-*
G. §. 250. *gula sunt, atque si omnia in unum congesta sint.* §. Cum[m] igitur aliquis scripserit (*scripserimus*): „[*Lucius*] Titius heres esto", poterit[n] (*possumus*) adiicere: „rogo te, Luci Titi, *petoque a te*, ut, cum primum poteris (*possis*) hereditatem meam adire, eam Gaio Seio reddas[o], restituas". potest autem quisque[p] (*possumus autem*) et de parte restituenda heredem rogare; et liberum est vel
p. 118. pure vel sub condicione (*vel sub condicione vel pure*) relinquere fideicommissum (*fidei-*
I. §. 3. *commissa*), vel ex die certo (*certa*). §. Restituta autem hereditate is quidem, qui
G. §. 251. restituit, nihilominus heres permanet[q] (*manet*), is vero, qui recipit hereditatem, aliquando heredis (*loco est*), aliquando legatarii loco habebatur[r].
G. §. 252. §. [*Olim*[s] *autem nec*] *heredis loco erat, nec legatarii, sed potius emptoris. tunc enim in usu erat, ei, cui restituebatur hereditas, nummo uno eam hereditatem dicis causa venire; et quae stipulationes* [**inter venditorem hereditatis et emptorem interponi solent, eaedem interponebantur**] *inter heredem et eum, cui restituebatur hereditas, id est, hoc modo: heres quidem stipulabatur ab eo, cui restituebatur hereditas, ut quidquid hereditario nomine condemnatus fuisset, sive quid alias bona fide dedisset, eo nomine indemnis esset, et omnino si quis cum eo hereditario nomine ageret, ut recte defenderetur: ille vero, qui recipiebat hereditatem, invicem stipulabatur, ut si quid ex hereditate ad heredem pervenisset, id sibi restitueretur; ut etiam pateretur, eum hereditarias actiones procuratorio aut*
I. §. 4. *cognitorio nomine exequi.* §. Et[t] Neronis quidem (*Sed posterioribus*) temporibus,
G. §. 253. Trebellio Maximo et Annaeo Seneca consulibus, senatusconsultum factum est, quo cautum est, ut si *cui* hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, omnes actiones, quae iure civili heredi et in heredem[u] competerent, [*ei*] et in eum darentur, cui ex fideicommisso restituta esset[x] hereditas. post quod senatusconsultum *desierunt illae cautiones*
p. 119. *in usu haberi*; |praetor *enim* utiles actiones ei et in eum, qui recepit[y] hereditatem, quasi heredi et in heredem dare coepit[z]: *eaeque in edicto pro-*
I. §. 5. *ponuntur.* §. Sed *rursus* quia[a] heredes scripti, cum aut totam hereditatem,
G. §. 254. aut paene totam plerumque restituere rogabantur, adire hereditatem

---

l) Cf. Ulp. XXV. §. 2. Paul. sent. rec. IV. 1. §. 6. m) Cf. Epit. l. c. Ulp. XXV. §. 11. n) *possis* Hal. o) *et ins.* Bu. p) *quis* Bi. q) Gai. L. 88. D. de hered. instituend. XXVIII. 5.: „.. *non potest .. efficere, ut qui semel heres extitit, desinat heres esse*". r) *habetur* Hal. s) Cf. Theoph. II. 23. §. 6. t) Ulp. L. 1. §. 1. 2. D. ad SCtum Trebell. XXXVI. 1. „*Factum est enim senatusconsultum temporibus Neronis, octavo calendas Septembres, Annaeo Seneca et Trebellio Maximo consulibus, cuius verba haec sunt: „Cum esset aequissimum in omnibus fideicommissariis hereditatibus, si qua de his bonis iudicia penderent, ex his eos subire, in quos ius fructusque transferetur* (*transferretur* Al.) *potius, quam cuique periculosum* (*periculosam* Al.) *esse fidem suam, placuit, ut* (*et* Al.) *„actiones, quae in heredem* (*heredes* Al.) *heredibusque dari solent, eas neque in eos, neque his dari, qui fidei suae commissum, sicuti rogati essent, restituissent; sed his et in eos, quibus ex testamento fideicommissum restitutum fuisset, „quo magis in reliquum confirmentur supremae defunctorum voluntates*". Seneca et Trebellius Maximus consules suffecti feruntur P. Mario Celso et L. Asinio Gallo (a. u. 815.). u) *heredi et in heredi* Bi. x) *est* G. Bu. *sit* Bi. y) *recipit* G. Bi. Bu. z) Cf. Paul. sent. rec. IV. 2. 3. §. 2. a) Cf. Ulp. L. 1. §. 3. 4. D. ad SC. Trebell. XXXVI. 1.

ob nullum, vel (*aut*) minimum lucrum recusabant, atque ob id extinguebantur fideicommissa[b], postea Vespasiani Augusti temporibus, Pegaso et Pusione [*consulibus*], senatus censuit, ut ei, qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque e[c] lege Falcidia ex (*in*) legatis retinere conceditur[d]. ex singulis quoque rebus, quae per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permissa est. post (*per*) quod senatusconsultum[e] ipse [*heres*] onera hereditaria sustinebat (*sustinet*); ille autem, qui ex fideicommisso *reliquam* partem hereditatis recepit[f] (*recipit*), legatarii partiarii loco erat (*est*), id est eius legatarii, cui pars bonorum legabatur (*legatur*); quae species legati partitio[g] vocabatur (*vocatur*), quia cum herede legatarius partiebatur (*partitur*) hereditatem. unde (*effectum est, ut*) quae solebant (*solent*) stipulationes inter heredem et partiarium legatarium interponi, eaedem interponebantur (*interponantur*) inter eum, qui ex fideicommisso (*fideicommissi causa*) recepit (*recipit*) hereditatem, et heredem, id est ut et[h] lucrum et damnum hereditarium pro rata parte inter eos commune sit[i]. §. Ergo[k] siquidem non plus I. §. 6.
quam dodrantem hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere, tunc G. §. 255. p. 120.
(*tum*) ex Trebelliano senatusconsulto restituebatur (*restituitur*) hereditas et in utrumque actiones hereditariae pro rata parte dabantur[l] (*dantur*), in heredem quidem iure civili, in eum vero, qui recipiebat (*recepit*) hereditatem, ex senatusconsulto Trebelliano tamquam in heredem. *quamquam heres etiam pro ea parte, quam restituit, heres permanet, eique et in eum solidae actiones competunt: sed non ulterius oneratur, nec ulterius illi dantur actiones, quam apud eum commodum hereditatis remanet.* §. At si[m] *quis* plus quam dodrantem, vel etiam G. §. 256.
totam hereditatem restituere rogatus sit[n], locus erat (*est*) Pegasiano senatusconsulto. §. et heres (*Sed is*), qui semel adierit[o] hereditatem, si G. §. 257.
modo sua voluntate adierit[o], sive retinuerit[p] quartam partem sive noluerit retinere[q], ipse universa onera hereditaria sustinebat (*sustinet*); sed quarta quidem retenta, quasi partis et pro parte stipulationes interpo-

---

b) Cf. Valerian. et Gallien. L. 14. Cod. de fideicommissis VI. 42. Pomp. L. 9. D. de test. tut. XXVI. 2.
c) *ex* Hal.; Praepositionem om. G. Bi. Be. Bu. d) Cf. Epit. II. 7. pr. cit. e) Cf. Ulp. XXV. §. 14. 15. f) *recipiebat* Hal. g) Theoph. „... *ἐλέγετο παρτιτίων ἤτοι μερικόν· κατελιμπάνετο δὲ τοῦτον τὸν τρόπον· Titius mihi heres esto et cum Seio hereditatem dividito in dimidia portione .. λοιπὸν οὖν ἐγίνοντο ἐπερωτήσεις μεταξὺ αὐτῶν τοιαῦται· ὁ κληρονόμος ἐπηρώτα τὸν ληγατάριον οὕτως· Ὁμολογεῖς, ὦ ληγατάριε, ἐὰν ἐναχθεὶς καταβάλω κʹ νομίσματα, τούτων μοι διδόναι τὸ ἥμισυ; καὶ ἔλεγεν· Ὁμολογῶ· καὶ πάλιν ὁ ληγατάριος ἐπηρώτα τὸν κληρονόμον οὕτως· Ὁμολογεῖς, ἐὰν λάβῃς παρὰ ἐρεδιταρίου δεβίτωρος κʹ νομίσματα, διδόναι μοι τὸ ἥμισυ, τουτέστι τὰ ι; καὶ ἔλεγεν· Ὁμολογῶ· καὶ ἐκαλεῖτο ἡ τοιαύτη ἐπερώτησις partis et pro parte. Κατὰ μίμησιν οὖν τοῦ παρτιαρίου ληγαταρίου ἡ ἐπερώτησις προεχώρει μεταξὺ τοῦ κληρονόμου καὶ τοῦ φιδεϊκομμισσαρίου .... καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ ληγαταρίου ἐπεῖχε τάξιν ὁ καθ' ὁμάδα φιδεϊκομμισσάριος ... καὶ ἐλέγοντο αἱ τοιαῦται ἐπερωτήσεις ex parte et pro parte*". Cf. Ulp. L. 164. §. 1. D. de verb. sign. L. 16. h) *et* om. Hal. Bi. i) *esset* Hal. G. B. k) Cf. Ulp. §. 14. cit. l) Cf. Sever. et Ant. L. 1. Phil. A. et Phil. C. L. 2. Cod. ad SC. Trebell. VI. 49. Ulp. L. 1. D. cit. §. 21. m) Cf. Ulp. §. 14. cit. n) *esset* Hal. G. Be. o) *adierat* Hal. p) *retinuerat* Hal. q) *retinere voluerat* [*noluerat*] Hal.

nebantur (*interponi debent*) tamquam inter partiarium legatarium et heredem; si vero totam hereditatem restitueret (*restituerit*), *ad exemplum* emptae et venditae hereditatis[r] stipulationes interponebantur (*interponendae sunt*).
G. §. 258. §. Sed[s] si recuset[t] scriptus heres adire hereditatem ob id, quod dicat[u], eam sibi suspectam esse quasi damnosam, cavetur[x] [Peg]asiano sena-
p. 121. tusconsulto, ut desiderante eo, cui restituere rogatus est[y], iussu [praetoris adeat et restituat[z] hereditatem, perindeque[a] ei et in eum, qui recepit[b] (*receperit*) hereditatem, actiones dentur[c], ac[d] iuris est ex senatusconsulto Trebelliano. quo casu nullis stipulationibus opus est, quia simul et huic, qui restituit, securitas datur, et actiones hereditariae ei et in eum transferuntur[e], qui recipit[f] (*receperit*) hereditatem, utroque senatusconsulto in hac specie concurrente.

I. §. 7. §. Sed quia stipulationes ex senatusconsulto Pegasiano descendentes et ipsi antiquitati displicuerunt, et quibusdam casibus captiosas[g] eas homo excelsi ingenii Papinianus[h] appellat, et nobis in legibus magis simplicitas[i], quam difficultas placet, ideo, omnibus nobis suggestis tam similitudinibus, quam differentiis utriusque senatusconsulti, placuit exploso senatusconsulto Pegasiano, quod postea supervenit, omnem auctoritatem Trebelliano senatusconsulto praestare, ut ex eo fideicommissariae hereditates restituantur, sive habeat heres ex voluntate testatoris quartam, sive plus, sive minus, sive penitus nihil; ut tunc, quando vel nihil vel minus quarta apud eum remanet, liceat ei[k] vel quartam, vel quod deest[l], ex nostra auctoritate retinere vel repetere solutum, quasi ex Trebelliano senatusconsulto pro rata portione actionibus tam in heredem, quam in fideicommissarium competentibus. si vero totam hereditatem sponte restituerit, omnes hereditariae actiones fideicommissario et adversus eum competunt[m]. Sed etiam id, quod praecipuum Pegasiani senatusconsulti fuerat, ut, quando recusabat[n] heres scriptus sibi datam hereditatem adire, necessitas ei imponeretur, totam hereditatem volenti fideicommissario restituere[o], et omnes ad eum et contra eum transire[p] actiones, et hoc transponimus[q] ad senatusconsultum Trebellianum, ut ex hoc solo et[r] necessitas heredi imponatur, si ipso nolente adire fideicommissarius desiderat[s] restitui sibi hereditatem, nullo nec damno nec commodo[t] apud heredem remanente.

I. §. 8.
G. §. 259. §. Nihil autem interest, utrum aliquis ex asse heres institutus aut totam hereditatem, aut pro parte restituere rogatur[u] (*rogetur*), an ex parte

r) Cf. Ulp. L. 50. §. 1. D. de V. O. XLV. 1. s) Cf. Ulp. XXV. §. 16. Nov. 1. c. 1. t) *recusabat* Hal. u) *diceret* Hal. x) *cavebatur* Hal. y) *esset* Hal. z) *adiret et restitueret* Hal. a) *perinde quidem* Bu. b) *reciperet* Hal. *recipit* G. Be. c) *darentur* Hal. G. Be. d) *ac si* G. Bi. Be. Bu. *ὥσπερ εἰ ἀπὸ τοῦ Τρεβελλιανείου γέγονεν ἡ ἀποκατάστασις* Theoph. e) *transferentur* Bu. f) *recepit* Bu. g) Cf. Iustiniani const. *Tanta circa* de conf. Dig. §. 6. h) *ὁ ἄριστος τῶν νομικῶν Παπινιανὸς* Theoph. i) *simplicitatem legibus amicam* §. 3. Inst. de leg. agn. tut. III. 2. k) Cf. Pompon. L. 21. Valens L. 68. §. 1. D. ad SC. Treb. XXXVI. 1. Gordian. L. 9. Cod. ad leg. Falcid. VI. 50. l) *quartae* ins. cod. Charond. *τὸ δὲ ὅλον ἢ καὶ τὸ ἐλλεῖπον τῷ δέ.* Theoph. m) *competant* Hal. n) *recusaret* Hal. o) Cf. Ulp. L. 16. §. 2. 3. Papin. L. 55. §. 2. et passim Dig. tit. cit. p) *transferre* Hal. q) *transposuimus* Hal. Bu. r) *et* om. Hal. s) *desideret* Hal. t) *nec commodo, nec damno* Bu. u) *rogatur* om. G. Bi. Be.

heres[x] **institutus aut totam eam partem, aut partis partem restituere rogatur**[y] (*rogetur*): **nam et hoc casu**

eadem observari praecipimus, quae in totius hereditatis restitutione diximus.

de quarte parte eius partis ratio ex Pegasiano senatusconsulto haberi solet.

§. Si quis[z] una aliqua[a] re deducta sive praecepta, quae quartam continet, veluti fundo vel alia re, rogatus sit restituere hereditatem, simili modo ex Trebelliano senatusconsulto restitutio fiat[b], perinde ac si quarta parte retenta rogatus esset reliquam hereditatem restituere. sed illud interest, quod altero casu, id est cum deducta sive praecepta aliqua re[c] restituitur hereditas, in solidum ex eo senatusconsulto[d] actiones transferuntur, et res, quae remanet apud heredem, sine ullo onere hereditario apud eum remanet[e] quasi ex legato ei acquisita; altero vero casu, id est cum quarta parte retenta rogatus est heres restituere hereditatem et restituit, scinduntur actiones et pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommissarium, pro quadrante remanent[f] apud heredem. quin etiam licet una re aliqua deducta aut praecepta restituere aliquis hereditatem rogatus est[g], qua[h] maxima pars hereditatis contineatur, aeque in solidum transferuntur actiones,[i] et secum deliberare debet is, cui restituitur hereditas, an expediat sibi restitui. eadem scilicet interveniunt et si duabus pluribusve deductis praeceptisve rebus restituere hereditatem rogatus sit. sed et si certa summa deducta praeceptave, quae partem vel etiam maximam partem hereditatis continet, rogatus sit aliquis hereditatem restituere, idem iuris est. Quae autem[k] diximus de eo, qui ex asse heres[l] institutus est, eadem transferimus[m] et[n] ad eum, qui ex parte heres scriptus est. §. Praeterea intestatus[o] quoque moriturus potest rogare eum, ad quem bona sua vel legitimo iure vel honorario pertinere intellegit, ut hereditatem suam totam, partemve eius, aut rem aliquam, veluti fundum, hominem, pecuniam, alicui restituat, cum alioquin legata, nisi ex testamento, non valeant. §. Eum quoque, cui aliquid restituitur, potest rogare, ut id rursum alii aut totum[p], aut pro parte[q], vel etiam aliquid aliud restituat. §. Et quia[r] prima fideicommissorum cunabula a fide heredum pendent, et tam nomen, quam substantiam acceperunt, et ideo divus Augustus ad necessitatem iuris eadem traxit[s], nuper et nos eumdem principem superare contendentes ex facto, quod Tribunianus, vir excelsus[t], quaestor[u] sacri palatii, suggessit, constitutionem[x] fecimus, per quam disposuimus, si testator fidei heredis sui commisit[y], ut vel hereditatem vel speciale fideicommissum restituat, et neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero[z], qui in fideicommissis legitimus esse noscitur, possit res manifestari, sed

I. §. 9. I. §. 10. I. §. 11. I. §. 12.

---

x) *heres* om. Bu. y) *rogatus sit* G. Be. Cf. Ulp. L. 16. §. 4. sqq. D. ad SC. Trebell. XXXVI. 1. z) Cf. Marcian. L. 30. §. 3. sqq. eod. a) *certa* ins. Bu. b) *fiet* Hal. c) *vel pecunia* add. G. Be. non agn. Theoph. d) *ex eo senatusconsultum* Hal. e) *remanet* om. Cod. Erlang. f) *scindantur ... transferantur ... remaneant* Al. g) *sit* Hal. Charond. h) *in qua* Hal. Charond. *in qua re* Bu. i) *sed* ins. Bu. k) *autem* om. Bi. Bu. Theoph. l) *heres* om. Hal. Bu. m) *transferemus* G. *transferamus* Bu. n) *et* om. Bu. o) Cf. L. 1. D. cit. §. 5. et Iulian. L. 3. D. de iure codic. XXIX. 7. p) *rursus alicui totum* Bu. q) *aut partem* Hal. r) Cf. supra §. 1. h. tit. s) *ea detraxit* Hal. G. *εἰς ἀνάγκην ἔννομον ... ἤγαγεν* Theoph. t) *excellentissimus* Hal. u) *exquaestore* Hal. x) L. 32. Cod. de fideicommiss. VI. 42. y) *commiserit* Bu. z) Cf. Theodos. L. 8. Cod. de codicill. VI. 36.

vel pauciores quam quinque, vel nemo penitus testis intervenerit, tunc, sive pater heredis sive alius quicumque sit, qui fidem heredis elegerit et ab eo restitui aliquid voluerit, si heres perfidia tentus adimplere fidem recusat negando rem ita esse subsecutam, si fideicommissarius iusiurandum ei detulerit, cum prius [a] ipse de calumnia iuraverit, necesse eum habere vel iusiurandum subire, quod nihil tale a testatore audivit [b], vel recusantem ad fideicommissi vel universitatis [c] vel specialis solutionem coarctari, ne depereat [d] ultima voluntas testatoris fidei heredis commissa. eadem observari censuimus et si a legatario vel fideicommissario aliquid similiter relictum sit. quodsi is, a quo relictum dicitur [e], confiteatur quidem [f] aliquid a se relictum esse, sed ad legis subtilitatem decurrat [g], omni modo [h] cogendus est solvere.

TIT. XXIV.

DE SINGULIS REBUS PER FIDEICOMMISSUM RELICTIS.

I. pr. G. §. 260. §. Potest autem [a] quis (*quisque*) etiam res singulas per fideicommissum relinquere, velut fundum, hominem, ves[tem], argentum, pecuniam [b] numeratam, et vel ipsum heredem rogare, ut alicui [c] restituat, vel I. §. 1. G. §. 261. legatarium [d], quamvis a legatario legari non possit. §. Potest autem testator (*Item potest*) non solum proprias res (*propria testatoris res*) per fideicommissum relinquere (*relinqui*), sed etiam heredis [e], aut legatarii, aut fideicommissarii, aut cuiuslibet alterius [f]. itaque et [g] legatarius et fideicommissarius non solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat, quae ei relicta (*legata*) sit, sed etiam de alia, sive ipsius *legatarii*, sive aliena [h] sit. *sed* [i] hoc solum observandum est, ne plus quisquam rogetur alicui restituere, quam p. 122. ipse ex testamento ceperit [k]. nam |quod amplius est, inutiliter relin- G. §. 262. quitur. §. Cum autem aliena res [l] per fideicommissum relinquitur, necesse est ei, qui rogatus est, aut ipsam redimere et praestare, aut aestimationem [eius] solvere [m]; [*sicut iuris est, si*] *per damnationem aliena res legata sit* [n]. *sunt tamen, qui putant, si rem per fideicommissum relictam dominus non vendat, extingui fideicommissum; sed aliam esse causam per damnationem legati.*

---

a) Cf. Ulp. L. 34. §. 4. D. de iureiur. XII. 2. Iustinian. L. 1. sqq. Cod. de iureiur. propter calumn. II. 59.
b) *audiverit* Hal. c) *universalis* Hal. Char. d) *pereat* G. e) *postquam negaverit* add. Hal. Char. Al. non agn. Theoph. f) *quidem* om. Cod. Erlang. g) *recurrat* Hal. h) *omnino* Hal.

Tit. XXIV. a) *tamen* Hal. b) *fundum, argentum, hominem, vestem et pecuniam* Hal. *fundum, hominem, vestem, aurum, argentum, pecuniam* G. Be. Cum nostra lectione congruit Theoph. Cf. Epit. II. 7. §. 1. c) *alii* Bu. d) Cf. Ulp. L. 6. §. 1. D. de legat. 3. XXXII. item Gordian. L. 9. Cod. de fideicommiss. VI. 42. Cf. infra h. C. §. 271. item Epit. II. 7. §. 3. Ulp. XXV. §. 20. e) *sed et h.* Hal. Be. *sed heredis* G. Bi. f) Cf. Ulp. L. 40. D. de legat. 1. XXX. Alex. L. 10. Cod. de legatis VI. 37. Diocl. et Max. L. 26. Cod. de fideicommissis VI. 42. Epit. II. 7. §. 4. Ulp. XXV. §. 5. g) *et* om. Cod. Erlang. h) *alterius* Bu. i) Cf. Epit. II. 7. §. 5. k) Cf. Marcian. L. 114. D. de legat. 1. XXX. Ulp. L. 1. §. 17. D. ad SC. Trebell. XXXVI. 1. l) Cf. Ulp. cit. L. 40. D. de legat. 1. m) Cf. Epit. II. 7. §. 6. n) Cf. Epit. l. c.

§. Libertas[o] quoque servo per fideicommissum dari potest, ut *vel* heres eum rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicommissarius. I. §. 2 G. §. 263.
§. [Nec[p] interest, utrum de suo proprio servo testator] roget, an de eo, G. §. 264.
qui ipsius[q] heredis [aut[r] lega]tarii, vel etiam extranei sit. §. Itaque G. §. 265.
et[s] alienus servus redimi et manumitti debet[t]. quod[si dominus eum non ven]dat,

si modo nihil ex iudicio eius, qui reliquit libertatem, recepit[u], non statim extinguitur fideicommissaria libertas, sed differtur, quia

sane [extinguitur libertas, quia pro libertate pre]tii computatio nulla interuenit[x].

possit tempore procedente, ubicumque occasio servi redimendi fuerit, praestari libertas.

§. Qui[y] autem ex causa fideicommissi (*fideicommisso*) manumittitur, non G. §. 266.
testatoris fit [libertus, etiamsi te]statoris [servus sit, sed eius, qui manumit]tit. §. At is, qui directo[z] testamento liber esse iubetur, [*vel*]*ut* G. §. 267.
hoc [*modo*]: „*St*[*ichus servus meus liber esto*", *vel* „*Stichum*] *ser*[*vum meum liberum esse iubeo*", (*is*) ipsius testa]toris fit libertus[a], qui etiam orcinus appellatur[b]. Nec[c] alius ullus directo ex testamento libertatem habere potest, quam qui utroque tempore testatoris [*ex iure Quiritium* fuerit, et quo faceret] testamentum, et quo moreretur.

directo[d] autem libertas tunc dari videtur, cum non ab alio servum manumitti rogat, sed veluti ex suo testamento libertatem ei competere vult. §. Verba autem fideicommissorum I. §. 3.
haec maxime in usu habentur: „peto", „rogo", „volo", „mando", „fidei tuae committo"; (cf. G. §. 249.)
quae perinde singula firma sunt, atque si omnia in unum congesta essent[e].

[§.[f] *Multum*[g] *autem diff*[*erunt*] *quae per fideicommissum rel*[*inquun*]*tur ab his, qu*[*ae*] p. 123.
directo iure legantur. §. *Nam ecce per fideicommissum* …… *heredis relinqui potest:* G. §. 268. G. §. 269.
cum alioquin legatum | — litt. 13 — |[h] *inutile sit*[i]. §. *Item*[k] *intestatus moriturus potest ab* G. §. 270.

---

o) Cf. Epit. II. 7. §. 7. Ulp. XXV. §. 18. II. §. 7. Licinn. Rufin. L. 16. D. de fideic. libertatib. XL. 5. „*Libertates etiam per fideicommissum dari possunt, et quidem largius, quam directo. nam non tantum propriis, sed et alienis servis per fideicommissum libertas dari potest; ita tamen, ut vulgaribus verbis et quibus evidenter voluntas testatoris exprimi possit*". Cf. L. sq. et Alex. L. 6. Cod. eod. tit. VII. 4. p) Cf. Epit. II. 7. §. 7. Ulp. II. §. 7. et infra h. C. §. 272. q) *proprius* Bu. r) *vel* Bi. s) *et* om. Bu. t) Cf. Epit. l. c. u) *perceperit* Al. x) Cf. Ulp. II. §. 11. y) Cf. Epit. l. c. Ulp. II. §. 8. Alex. L. 7. Cod. tit. cit. „*Hi, quibus per fideicommissum libertas supremis iudiciis relinquitur, eorum liberti efficiuntur, a quibus manumittuntur*". z) *directo ex* Hal. *directe* Bi. a) Cf. Ulp. II. §. 87. b) Cf. Diocl. et Max. L. 10. Cod. de testamentar. manum. VII. 2. „κληθήσεται δὲ οὗτος παρὰ τοῖς νομικοῖς *Orcinus libertus*, τουτέστι Χαρωνιανὸς ἀπελεύθερος". Theoph. c) Cf. Ulp. I. §. 23. item infra h. C. §. 272. Paul. L. 35. D. de manumissis testamento. XL. 4. „*Servius existimabat, iis posse servis dari testamento directam libertatem, qui utroque tempore, et quo testamentum fit, et quo moritur, testatoris fuerunt. quae sententia vera est*". d) *Directa* Bi. Διρέκτως Theoph. e) Cf. Iustinian. L. 2. Cod. commun. de legat. VI. 43. f) Duo versus ut videntur vacui praecedunt in cod. Ver. g) Cf. Epit. II. 7. §. 8. h) In cod. Ver. consuetis siglis apparere videntur haec verba „*nisi testamento facto*". i) Codicis scripturam vitiosam esse, mea quidem opinione, plus quam manifestum est. Nam inter verba *fideicommissum* et *relinqui* aliquid excidisse nemo facile ambiget. Verba autem *nisi testamento facto*, quae in contexto omisi, ab huius loci sententia prorsus aliena esse, inde apparet, quod Gaius de illa fideicommissorum et legatorum differentia, qua efficiebatur, ut fideicommissa etiam sine testamento consisterent, legata vero ex testamento penderent, sequenti articulo disputat: alia itaque differentia fuerit, cuius hic mentionem fecerit, necesse est. Equidem librarium verbo *alioquin*, quod in sequentibus recurrit, deceptum, quae ibi scripta cerneret, perperam huc transtulisse suspicor. De vera autem loci nostri sententia ex Epitome coniecturam capere licet. Cum enim probabile sit, Epitomes auctores in significandis fideicommissorum et

eo, ad quem bona eius pertinent, f[ideicommissum] alicui relinquere: cum alioquin [legatum nisi testamento facto inutile sit. codicillis enim reli]ctum non aliter valet, quam si a testatore confirmati fuerint, id est, nisi in testamento cave[rit] testator, ut quidquid in codicillis scripserit, id ratum sit: fideicommissum vero etiam non confirmatis codicillis re-
G. §. 271. *linqui potest. §. Item a legatario legari non potest: sed fideicommissum relinqui potest*[l]*.*
quin etiam[m] *ab eo quoque, cui per fideicommissum relinquimus, rursus alii per fideicom-*
G. §. 272. *missum relinquere possumus. §. Item*[n] *servo alieno directo libertas dari non potest: sed*
G. §. 273. *per fideicommissum potest. §. Item*[o] *codicillis nemo heres institui potest, neque exheredari, quamvis testamento confirmati sint. at hic, qui testamento heres institutus est, potest codicillis rogari, ut eam hereditatem alii totam, vel ex parte restituat, quamvis testa-*
p. 124. *mento codicilli confirmati non sint. |§. Item*[p] *mulier, quae ab eo, qui centum milia ae-*
G. §. 274. *ris census est, per legem Voconiam heres institui non potest*[q]*, tamen fideicommisso*[r] *re-*
G. §. 275. *lictam sibi hereditatem capere potest. §. Latini*[s] *quoque, qui hereditates legataque directo*
G. §. 276. *iure lege Iunia capere prohibentur, ex fideicommisso capere possunt. §. Item cum senatusconsulto prohibitum sit, proprium servum minorem annis triginta liberum et heredem instituere*[t]*, plerisque placet, posse nos iubere liberum esse cum annorum triginta erit, et*
G. §. 277. *rogare, ut tunc illi restituatur hereditas. §. Item*[u] *quamvis non [*possimus*] post mortem eius, qui nobis heres extiterit, alium in locum eius heredem instituere, tamen possumus eum rogare, ut, cum morietur, alii eam hereditatem totam, vel ex parte restituat. et quia post mortem quoque heredis fideicommissum dari potest, idem efficere possumus et si ita scripserimus: „cum Titius heres meus mortuus erit, volo hereditatem meam ad Publium Maevium pertinere". utroque autem modo, tam hoc, quam illo, Titium heredem*
G. §. 278. *[nostrum] obligatum relinqui[mus] de fideicommisso restituendo. §. Praeterea*[x] *legata [*per*] formulam petimus: fideicommissa vero Romae quidem apud consulem, vel apud*

---

legatorum discriminibus eundem ordinem servasse, quem in ipsis Gaii Institutionibus deprehenderent, Gaium eam hic commemorasse putem differentiam, quam primo loco collocatam video in Epit. II. 7. §. 8., ubi haec leguntur: *Fideicommissum ad eum, cui aliquid dimissum est, herede mortuo poterit pervenire, si talis fuerit condicio testamenti: nam legatum ita relinqui non potest.* Itaque locus noster sic ferme restituendus videtur: „Nam ecce per fideicommissum *etiam post mortem* (vel: etiam *ab herede*) heredis relinqui potest: cum alioquin legatum *post mortem heredis relictum* inutile sit". Cf. supra h. C. §. 232. item §. 35. Inst. de legat. II. 20. et Ulp. XXV. §. 8. Quae coniectura si cui minus placeat, aliam suppeditat argumentum paragraphi 229. Quid enim si ita legamus: „Nam ecce per fideicommissum *etiam ante* heredis *institutionem* relinqui potest: cum alioquin legatum *ante heredis institutionem relictum* inutile sit"? Cf. Ulp. loc. cit. Goesch. *l*) Cf. Epit. II. 7. §. 8. Ulp. XXV. §. 4. et 8. Paul. sent. rec. IV. 1. §. 10. Consultatio c. 6. (Ius civ. p. 1487.) et §. 10. Inst. de fideic. her. II. 23. et §. 1. Inst. de codic. II. 25. *l*) Cf. supra h. C. §. 260. item Epit. l. c. *m*) Cf. Epit. II. 7. §. 2. §. 1. Inst. de sing. reb. II. 24. *n*) Cf. Epit. II. 7. §. 8. item supra h. C. §. 264. 267. *o*) Cf. §. 2. Inst. de codicill. II. 25. Epit. II. 7. §. 8. „Item *per codicillos* (Ius civ. *codicillum*) nemo heres institui *potest*, *quamvis* testamento confirmati sint: *sed is*, qui testamento heres *fuerit institutus, potest per codicillum* rogari, *ut hereditatem, quae ei data est*, alii (Ius civ. ins. *eam*) totam, vel *pro* parte (Ius civ.: *vel partem*) restituat: *quod validum est, etiamsi codicilli* testamento *non fuerint* confirmati". *p*) Cf. supra h. C. §. 226. *q*) Cf. Cic. in Verr. I. 42. pro Balbo c. 8. de re publ. III. 10. Asc. in Verr. I. 41. Dio Cass. LVI. 10. (p. 555.) Aug. de civ. dei III. 21. Gell. XX. 1. *r*) Cic. de fin. II. 17. *s*) Cf. supra Comm. I. §. 23. 24. item h. C. §. 110. *t*) Cf. supra Comm. I. §. 18. *u*) Cf. supra h. C. §. 184. et Epit. II. 7. §. 8.: „Item q. n. p. p. m. eius, *quem heredem instituimus*, alium *ei substituere*, tamen *per fideicommissum rogare eum* possumus, ut, cum *moriatur*, alii eam hereditatem vel totam, vel *pro* parte restituat. Et quia, *sicut superius dictum est, etiam* post *mortem heredis* fideicommissum *ei, cui relictum est*, dari potest". *x*) Cf. Ulp. XXV. §. 12.

eum praetorem, qui praecipue de fideicommissis ius dicit, persequimur; in provinciis vero apud praesidem provinciae. §. Item de fideicommissis semper |*in urbe ius dicitur: de legatis vero, cum res aguntur. §. Fideicommissorum usurae et fructus debentur, si modo moram solutionis fecerit, qui fideicommissum debebit: legatorum vero usurae non debentur* [y]*; idque resripto divi Hadriani significatur. scio tamen Iuliano placuisse, in eo legato, quod sinendi modo relinquitur, idem iuris esse, quod in fideicommissis: quam sententiam et his temporibus magis obtinere video. §. Item* [z] *legata Graece scripta non valent: fideicommissa vero valent. §. Item si legatum per damnationem relictum heres infitietur, in duplum cum eo agitur* [a]*: fideicommissi vero nomine semper in simplum persecutio est. §. Item [* quod *] quisque ex fideicommisso plus debito per errorem solverit, repetere potest: at id, quod ex causa falsa per damnationem legati plus debito solutum sit, repeti non potest. idem* [b] *scilicet iuris est de eo legato, quod non debitum vel ex hac, vel ex illa causa per errorem solutum fuerit.*

G. §. 279. p. 125. G. §. 280. G. §. 281. G. §. 282. G. §. 283.

§. Erant etiam aliae differentiae, quae nunc non sunt. §. Ut ecce peregrini poterant fideicommissa [capere] [c]*: et fere haec fuit origo fideicommiss[orum]. sed postea id prohibitum est: et nunc ex oratione divi Hadriani senatusconsultum factum est, ut ea fideicommissa fisco vindicarentur. §. Caelibes* |*quoque, qui per legem Iuliam hereditates legataque capere prohibentur* [d]*, olim fideicommissa videbantur capere posse. Item orbi, qui per legem Papiam ob id, quod liberos non habent, dimidias partes hereditatum legatorumque perdunt* [e]*, olim solida fideicommissa videbantur capere posse. Sed postea senatusconsulto Pegasiano perinde fideicommissa quoque, ac legata hereditatesque capere posse prohibiti sunt. eaque translata sunt ad eos, qui testamento liberos habent* [f]*, aut si nullos liberos habebunt, ad populum, sicuti iuris est in legatis et in hereditatibus. §. Eadem aut simili ex causa autem olim incertae personae, vel postumo alieno per fideicommissum relinqui poterat, quamvis neque heres institui, neque legari ei possit* [g]*. sed senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, idem in fideicommissis* [h]*, quod in legatis hereditatibusque, constitutum est. §. Item* [i] *poenae nomine iam non dubitatur, nec per fideicommissum quidem relinqui posse.*

G. §. 284. G. §. 285. G. §. 286. p. 126. G. §. 287. G. §. 288.

§. Sed quamvis in multis iuris partibus longe latior causa sit fideicommissorum, quam eorum, quae directo relinquuntur; in quibusdam tantumdem valeant: tamen tutor non aliter testamento dari potest, quam directo, veluti hoc modo: „liberis meis Titius tu- G. §. 289.

---

y) Cf. Epit. II. 7. §. 8. z) Cf. Ulp. XXV. §. 9. a) Cf. infra Comm. IV. §. 9. item §. 7. Inst. de oblig. q. quasi ex contr. nasc. III. 27. (28.) Epit. II. 7. §. 8. i. f. b) Cf. Ulp. XXV. §. 33. et §. ult. Inst. cit. c) In cod. scribitur *facere*, quod editor auctore Theophilo II. 23. §. 1. correxit. Hic in hunc modum disserit: „*συνέβαινε πολλάκις Ῥωμαῖον τελευτᾶν, ἔχοντα συγγενεῖς περεγρίνους· οἷς οὐκ ἐξῆν οὐδὲ κληρονομίαν οὐδὲ ληγάτα καταλιμπάνειν διὰ τὸ διάφορον πολιτείας εἶναι· ἐκάλει τοίνυν οὗτος Ῥωμαῖόν τινα, ὃς ἠδύνατο αὐτοῦ γενέσθαι κληρονόμος· … ἠξίου δὲ αὐτὸν ἐκτὸς τῆς διαθήκης, ὥστε … τῷδε τῷ περεγρίνῳ ἀποκαταστῆσαι κ. τ. λ.*" Haec confirmant exempla apud Val. Max. IV. 2. §. 7. et Cic. in Verr. I. 47. d) Cf. supra h. C. §. 111. et 144. Ulp. XIII. XVII. §. 1. XXII. §. 3. Constantin. L. 1. C. Theod. de inf. poena orb. et cael. VIII. 16. L. 1. Cod. Iust. eod. VIII. 58. Sozom. hist. eccl. I. c. 9. e) Cf. supra h. C. §. 111. Ulp. XIII. et cit. L. 1. Cod. Iust. et L. 1. Cod. Theod. et Sozom. l. c. item Iuven. sat. IX. v. 83. 87. 88. f) Cf. supra h. C. §. 206. 207. et 150. g) Cf. supra h. C. §. 238. 241. 242. h) Cf. §. 25. Inst. de legat. II. 20. Ulp. XXV. §. 13. i) Cf. Ulp. l. c.

tor esto", vel ita: „liberis meis Titium tutorem do": [k] *per fideicommissum vero dari non potest.*

TIT. XXV.
DE CODICILLIS.

1. pr. Ante Augusti tempora constat codicillorum ius in usu [a] non fuisse; sed primus Lucius Lentulus, ex cuius persona etiam fideicommissa coeperunt [b], codicillos introduxit. nam cum decederet [c] in Africa [d], scripsit codicillos testamento confirmatos, quibus ab Augusto petiit [e] per fideicommissum, ut faceret aliquid; et cum divus Augustus voluntatem eius implesset, deinceps reliqui eius auctoritatem secuti fideicommissa praestabant et filia Lentuli legata, quae iure non debebat, solvit. Dicitur autem [f] Augustus convocasse prudentes, inter quos [g] Trebatium quoque, cuius tunc auctoritas maxima [h] erat, et quaesisse, an posset [i] hoc recipi, nec absonans a iuris ratione codicillorum usus esset. et Trebatium suasisse Augusto, quod diceret utilissimum et necessarium hoc civibus esse propter magnas et longas peregrinationes, quae apud veteres fuissent, ubi [k], si quis testamentum facere non posset, tamen codicillos posset. post quae tempora cum et Labeo codicillos fe-
1. §. 1. cisset, iam nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur. §. Non tantum autem testamento facto potest quis codicillos facere, sed et [l] intestatus [m] quis decedens fideicommittere codicillis potest [n]. sed cum ante testamentum factum codicilli facti erant, Papinianus [o] ait, non aliter vires habere, quam si speciali postea voluntate confirmentur. sed divi Severus et Antoninus rescripserunt, ex iis codicillis, qui testamentum praecedunt, posse fideicommissum peti, si appareat [p] eum, qui postea [q] testamentum fecit [r], a volun-
1. §. 2. tate, quam codicillis expresserat, non recessisse §. Codicillis autem hereditas neque dari, neque adimi potest [s], ne confundatur ius testamentorum et codicillorum [t], et ideo nec exheredatio scribi. directo autem [u] hereditas codicillis neque dari, neque adimi potest; nam [x] per fideicommissum hereditas codicillis iure relinquitur. nec condicionem heredi
1. §. 3. instituto codicillis adiicere, neque [y] substituere directo [z] potest. §. Codicillos autem etiam [a] plures quis facere potest, et nullam [b] sollennitatem ordinationis desiderant [c].

---

k) Cf. supra h. C. §. 149.

Tit. XXV. a) *in usu* om. G. Be. post *fuisse* ponit Bu. b) *esse coeperunt* Hal. *coeperunt esse* Bu. Cf. supra §. 1. Inst. de fideic. hered. II. 23. c) *discederet* Al. *'Εκδημήσας ἐπὶ τὴν Ἀφρικήν, εἶτα μέλλων ἐκεῖ τελευτᾶν, ἐποίησε κωδικέλλον κ. τ. λ.* Theoph. d) *in Africam* Al. e) *petit* Schr. f) *autem* om. Schr. g) *convocasse sapientes viros, interque eos* Hal. h) *maxime* Bi. Be. i) *possit* Bi. Be. Bu. k) *ut* Bu. l) *et* om. G. et Cod. Erlang. m) *intestato* G. Bi. Be. n) Cf. Iul. L. 3. §. 1. Paul. L. 16. D. de iure codicill. XXIX. 7. et pass. eod. tit. o) L. 5. D. eod. p) *apparet* G. q) *postea* om. Hal. r) *fecerat* Bi. Schr. Bu. s) Cf. Philipp. A. et Philipp. C. L. 2. Cod. h. t. VI. 36. t) *codicillorum et testamentorum* Bu. u) Marcian. L. 6. pr. §. 1. D. de iure codic. XXIX. 7. *„Divi Severus et Antoninus rescripserunt, nihil egisse matrem, quae, cum pure liberos suos heredes instituerit, condicionem emancipationis codicillis adiecit. quia neque condicionem heredi instituto codicillis adiicere (adiecere* Flor.*), neque substituere directo potest. Codicillos et plures quis facere potest, et ipsius manu neque scribi, neque signari necesse est".* x) *nec* Bi. y) *nec* Bu. z) *quis* ins. Hal. a) *etiam* om. Bu. b) Sed cf. Theodos. L. 8. §. 3. Cod. h. t. VI. 36. Theoph. *„Γινομένων δὲ κωδικέλλων οὐδεμίαν ἐπιζητοῦμεν τάξιν ἐπὶ τῇ τούτων γραφῇ ... καὶ ὅτι μόνοι πέντε μάρτυρες ἀρκοῦσι".* c) Isidor. Or. IV. c. 24. *„Codicellum, ut veteres aiunt, .. est scriptura nulla indigens sollennitate verborum, sed sola testatoris voluntate qualicumque scripturae significatione expressa".*

INSTITUTIONUM
D. IUSTINIANI
LIBER TERTIUS.

GAII
INSTITUTIONUM
COMMENTARIUS TERTIUS.

TIT. I.
DE HEREDITATIBUS QUAE AB INTESTATO DEFERUNTUR.

Intestatus [a] decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non iure fecit [b], aut I. pr.
id, quod fecerat, ruptum irritumve factum est, aut [c] nemo ex eo heres extitit [d].

[e] [§. Intestatorum [f] autem hereditates ex lege duodecim tabularum I.§.1.G.§.1.
primum [g] ad suos heredes pertinent [h]. §. Sui [i] autem heredes existi- I.§.2.G.§.2.

Tit. I. *a*) Cf. Ulp. L. 1. pr. D. de suis et leg. her. XXXVIII. 16. Paul. L. 64. D. de verb. sign. L. 16. *b*) *testamentum* rep. Cod. Erlang. *c*) *si* ins. Hal. Bu. *d*) *extiterit* Hal. *e*) Primo huius commentarii folio codicis Ver. deperdito, quae sequuntur ad §. 5. usque, e Collat. leg. Rom. et Mos. Tit. XVI. §. 2. restituta sunt. *f*) Cf. Epit. II. 8. pr. Ulp. XXVI. §. 1. Paul. L. 7. pr. D. de bon. damn. XLVIII. 20. *g*) *quidem* ins. Bu. *h*) C. N. (ap. Be. ad pr. h. t. ins.): „Omnis successio ab intestato sic disponitur nova lege, iure, quod praecessit, vacante. Liberorum prima est causa, exclusa prorsus omni tam sexus, quam patriae potestatis differentia. Si ex pluribus descendentium personis aliqua praemortua sit, in eius locum progenies sua in stirpem vocanda surrogatur". Ex Nov. 118. c. 1. Auth. *In successione*. Cod. de suis et legit. liber. VI. 55. „Si personae ab intestato morienti descendentium nemo sit heres, ascendentium secundus est ordo, qui praefertur omnibus a latere venientibus, quando frater vel soror utrimque defuncti coniuncti non succedunt vel eorumdem filii. Vocantur autem ascendentes salva gradus praerogativa, quia proximiores in gradu potiores in iure sunt. si vero pares gradu pariter vocentur, paternis quidem dimidia defertur (*fertur* Baud.), maternis alia (*altera* Be.) dimidia, quamvis dispar sit numerus eorum. Si concurrant cum parentibus fratres utrimque defuncto coniuncti vel sorores, in capita succedunt una cum patre vel matre defuncti. unde consequens videtur, ut ulterioribus parentibus non habeantur inferiores. Nec habetur hic ulla sexus vel potestatis ratio, sed nuptiarum forte secundarum, ut in matre, quae propter abolitionem infamiae prioris coniugii liberis dimidium substantiae suae donaverat, quorum si quis praemoriatur, fratres soli in id, quod donatum est, succedunt, matre nihilominus habitura. Cum vero pater una cum liberis succedit, partis eorum nullam usumfructum sibi vindicet, pro quo ius hereditatis cum proprietate per hanc legem ei tributum est". Ex Nov. 118. c. 2. Auth. *Defuncto* Cod. ad SCtum Tertull. VI. 56. „Cum nemo descendentium aut ascendentium succedit, defuncti hereditas ab intestato defertur ordine tertio ad fratres sororesque, quibus pater et mater communes cum defuncto fuere. Habeat autem hic locum fratris etiam filius praemortui et filia in stirpem scilicet vocati, ita ut (*ita et* Baud.) isti ex tertio gradu venientes excludant defuncti fratrem uno dumtaxat parente coniunctum, et multo plus patruum defuncti". Ex Nov. 118. c. 3. et Nov. 127. c. 1. Auth. *Cessante* Cod. de legit. her. VI. 58. et Auth. *Itaque mortuo* Cod. commun. de success. VI. 59. (Priorem ipsam Codicis Authenticam

mantur, ut[k] supra[l] diximus, *liberi*, qui in potestate morientis fuerint, veluti[m] filius filiave[n], nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote, ex filio nato, prognatus prognatave. nec interest, utrum naturales sint liberi, an adoptivi[o]. quibus connumerari necesse est etiam eos, qui ex legitimis quidem[p] matrimoniis non sunt progeniti, curiis tamen civitatum dati, secundum divalium constitutionum[q], quae super his positae sunt, tenorem[r] heredum[s] suorum iura nanciscuntur; nec non eos, quos nostrae amplexae sunt constitutiones[t], per quas iussimus, si quis mulierem in suo contubernio copulaverit[u] non ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere coniugium[x], et ex ea liberos sustulerit, postea vero affectione procedente etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit, filiosque[y] vel filias habuerit, non solum eos[z] liberos, qui post dotem editi sunt, iustos et in potestate patris[a] esse, sed etiam anteriores, qui[b] et iis, qui postea nati sunt, occasionem legitimi nominis praestiterunt. quod obtinere censuimus etsi[c] non progeniti fuerint post dotale instrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce fuerint subtracti. Ita demum tamen nepos neptisve, pronepos proneptisve suorum heredum numero sunt, si praecedens persona desierit in potestate parentis esse, sive morte id acciderit, sive alia ratione, veluti emancipatione. nam si per id tempus, quo quis moritur[d], filius in potestate eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. idque (*idem*) et in ceteris deinceps liberorum personis

G. §. 3. dictum[e] intellegimus. §. *Uxor[f] quoque, quae in manu est, sua heres est, quia filiae loco est. item nurus, quae in filii manu est; nam et haec neptis loco est. sed ita demum erit sua heres, si filius, cuius in manu erit, cum pater moritur, in potestate eius non sit. idemque dicimus et de ea, quae in nepotis manu matrimonii causa sit, quia pro-*

G. §. 4. *neptis loco est.* §. Postumi quoque, qui, si vivo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui heredes sunt.

---

ins. Vult. in locum eorum, quae inde a verbis *Cum nemo* cum Baud., Ott., v. de Water, Be. nos exhibuimus.) „Fratribus huiusmodi cessantibus et eorum filiis sequenti loco vocantur ex uno dumtaxat parente fratres ac sorores; ubi rursus praemortui fratris filius vel filia quasi stirps una locum habet; qui et ipsi patruum defuncti repellunt". Ex Nov. 118. c. 3. Auth. *Post fratres autem* Cod. de leg. her. VI. 58. (Quam ipsam Vult. verbotenus exhibet, omissis, quae a. v. *Fratribus* dedimus.) „His deficientibus reliqui cognati vocantur a latere secundum gradus praerogativam, nulla sexus vel potestatis admittenda differentia". Ex Nov. 118. c. 3. Auth. *Post fratres fratrumve* Cod. eod. (Cod. Auth. transscripsit Vult. omittens sqq.) „Valet autem hoc in illis tantum solis, qui fidei catholicae sunt, cum haeretici sunt indigni (*cum indigni omni successione sint haeretici*, Baud.). Cf. Iustinian. L. 19. Cod. de haeret. I. 5. Nov. 115. c. 3. §. 14. *i*) Cf. Epit. l. c. Ulp. XXII. §. 14. XXVI. §. 1. item supra Comm. II. §. 150. *k*) *et* ins. G. Be. *l*) §. 2. Inst. de hered. qual. et diff. II. 12. *m*) *fuerunt*; *ut* Bu. *n*) *filia* G. Bi. Be. Bu. *o*) Cf. Ulp. L. 1. §. 2. 11. D. de suis et leg. XXXVIII. 16. *p*) *nuptiis vel* ins. Hal. *q*) Theod. et Valent. L. 3. Leo et Anthem. L. 4. Cod. de natur. lib. V. 27. *r*) *quia* ins. Bu. *s*) *heredum* om. Bi. Bu. *t*) L. 10. L. 11. Cod. eod., ex quarum posteriori quae sequuntur a voce *iussimus* usque ad verba *nominis praestiterunt* fideliter transscripta sunt. Cf. etiam §. 13. Inst. de nupt. I. 10. *u*) *collocaverit* Cod. l. c. *x*) *connubium* Cod. *y*) *et filios* Hal. G. Be. *z*) *secundos* Cod. *a*) *patribus* (*parentibus* Al.) Cod. *b*) *quia* Bi. Be. Bu. *c*) *etiam si* Bi. *etsi* Be. Bu. *d*) *moreretur* G. Bi. Be. Bu. *e*) *esse* ins. Hal. *f*) Cf. supra Comm. II. §. 139. 159. infra h. C. §. 40. item Ulp. XXII. §. 14. XXIII. §. 3. XXIX. §. 1. et Gell. XVIII. 6. *g*) Cf. Ulp. L. 3. D. de iniusto XXVIII. 3. Epit. II. 8. §. 1. Ulp. XXII. §. 15.

§. Sui autem heredes etiam ignorantes fiunt et, licet furiosi[h] sint, heredes possunt I. §. 3.
existere, quia quibus ex causis ignorantibus nobis acquiritur, ex his causis et furiosis acquiri potest. et statim morte parentis quasi continuatur dominium[i], et ideo nec tutoris auctoritate[k] opus est pupillis, cum etiam ignorantibus acquiratur suis heredibus hereditas;
nec curatoris consensu[l] acquiritur furioso, sed ipso iure. §. Interdum autem licet in pot- I. §. 4.
estate parentis[m] mortis tempore suus heres non fuerit, tamen[n] suus heres parenti efficitur, veluti si ab hostibus reversus quis fuerit post mortem patris[o]; ius enim postliminii
hoc facit[p]. §. Per contrarium[q] evenit, ut, licet quis in familia defuncti sit mortis tem- I. §. 5.
pore, tamen suus heres non fiat; veluti si post mortem suam pater iudicatus fuerit perduellionis[r] reus, ac per hoc memoria eius damnata fuerit. suum enim heredem habere non potest, cum fiscus ei succedit[s]; sed potest dici ipso[t] iure suum heredem esse, sed[u] desinere.

§. *Idem*[x] *iuris est de his, quorum nomine ex lege Aelia Sentia, vel ex senatuscon-* G. §. 5.
sulto post |*mortem patris causa probatur, nam et hi, vivo patre causa probata, in pot-* p. 127.
estate eius futuri essent. §. *Quod*[y] *etiam de eo filio, qui ex prima secundave mancipa-* G. §. 6.
tione post mortem patris manumittitur, [*in*]*tellegemus.*

§. Cum (*Igitur cum*) filius[z] filiave et ex altero filio nepos neptisve (*ne-* I. §. 6. G. §. 7.
potes neptesve) extant[a], pariter ad hereditatem[b] vocantur[c]; nec qui gradu proximior est ulteriorem excludit. aequum enim esse videtur (*videbatur*) nepotes neptesque (*ve*)[d] in patris sui locum *portionemque* succede[re]. pari ratione et si nepos neptis[ve] sit ex filio, et ex nepote pronepos [pro]-
neptisve, simul *omnes* vocantur *ad hereditatem*. §. Et quia placuit (*placebat*) ne- G. §. 8.
potes nep[tes]ve[e], item[f] pronepotes proneptesve[g] in parentis sui locum succedere, conveniens esse[h] visum est, non in capita, sed [*in*] stirpes hereditatem (*hereditates*) dividi, *ita* ut filius partem dimidiam hereditatis habeat (*ferat*), et ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. item si ex duobus filiis nep[otes][i] extant[k] (*extent*), *et* ex altero *filio* unus forte aut (*vel*) duo, ex altero tres aut quatuor, ad unum aut *ad*

---

h) *aut infantes et peregrinantes* add. Paul. in Collat. XVI. 3. Cf. Iavolen. L. 63. D. de acq. vel. om. her. XXIX. 2. Pompon. L. 24. pr. D. de O. et A. XLIV. 7. et L. 12. D. de reb. cred. XII. 1. *i*) Cf. Paul. L. 11. D. de lib. et postum. XXVIII. 2. *k*) Cf. supra §. 1. Inst. de auct. tut. I. 21. Modest. L. 17. §. 1. D. de appell. XLIX. 1. cum Gai. L. 14. D. de suis et leg. XXXVIII. 16. *l*) *assensu* Hal. *m*) *parentis* om. Bi. Bu. *n*) *tamen* om. Cod. Erlang. *o*) *sui* ins. Hal. Cf. Ulp. L. 1. §. 7. Papin. L. 15. D. de suis et leg. XXXVIII. 16. *p*) Cf. supra §. 5. Inst. q. mod. ius pat. pot. I. 12. *q*) *autem hoc* ins. Hal. *autem* ins. Bi. *r*) Cf. Ulp. L. 1. cit. §. 3. item Ulp. L. 11. D. ad leg. Iul. maiest. XLVIII. 4. *s*) *succedat* Hal. *t*) *quidem* ins. Hal. *u*) *statim* ins. Bu. παύεται δὲ κληρονόμος εἶναι. Theoph. *x*) Cf. Paul. in Coll. XVI. §. 3. item supra Comm. I. §. 32. et Comm. II. §. 142. 143. *y*) Cf. Paul. l. c. Ulp. XXIII. §. 3. item supra Comm. I. §. 32. cit. et Comm. II. §. 141. *z*) Cf. Epit. II. 8. §. 2. Ulp. XXVI. §. 2. *a*) *existant* Hal. G. Be. *b*) *avi* ins. Hal. G. Be. ἥξουσιν ἐπὶ τὸν κλῆρον αὐτοῦ Theoph. *c*) Cf. Diocl. et Maxim. L. 2. L. 3. Cod. de suis et legit. VI. 55. *d*) καὶ τὰς ἐγγόνας Theoph. *e*) *neptesque* G. Bi. Be. Bu. *f*) *item* om. Bu. *g*) *et proneptes* G. Bi. Be. *pronepotesque* Bu. *h*) *esse* om. Bi. *i*) *neptesve* ins. Hal. G. Be. non agn. Theoph. *k*) *existant* Hal.

duos dimidia pars pertineat[l], *et* ad tres vel[m] (*aut*) quatuor altera dimidia[n].

I. §. 7. §. Cum autem quaeritur, an quis suus heres existere possit, eo tempore quaerendum est, quo certum est aliquem sine testamento decessisse, quod accidit et destituto testamento. hac ratione, si[o] filius exheredatus fuerit, et extraneus heres institutus est[p], et filio mortuo postea certum fuerit heredem institutum ex testamento non fieri heredem, aut quia noluit esse heres aut quia non potuit, nepos avo suus heres existet; quia, quo tempore certum est intestatum decessisse patremfamilias, solus invenitur nepos[q]; et hoc
I. §. 8. certum est[r]. §. Et licet post mortem avi natus sit[s], tamen avo vivo conceptus, mortuo patre eius, posteaque deserto avi testamento suus heres efficitur. plane si et conceptus et natus fuerit post mortem avi, mortuo patre suo, desertoque postea avi testamento suus heres avo[t] non existet[u], quia nullo iure cognationis patrem sui patris tetigit[x]. sic[y] nec ille est inter liberos avo[z], quem filius emancipatus adoptaverat[a]. hi autem cum non sint quantum ad hereditatem liberi[b], neque bonorum possessionem petere possunt quasi pro-
I. §. 9. ximi cognati[c]. Haec de suis heredibus. §. Emancipati[d] autem[e] liberi iure civili nihil iuris habent, neque enim sui heredes sunt, quia[f] in potestate parentis esse desierunt, neque ullo alio iure per legem duodecim tabularum vocantur. sed praetor[g] naturali aequitate motus dat eis bonorum possessionem Unde liberi[h], perinde ac si in potestate parentis mortis tempore fuissent, sive soli sint, sive cum suis heredibus concurrant. itaque duobus liberis extantibus[i], emancipato et qui[k] mortis tempore in potestate[l] fuerit, sane quidem is, qui in potestate fuerit[m], solus iure civili heres est, id est solus suus heres est[n]. sed cum emancipatus beneficio praetoris in partem admittitur, evenit, ut suus he-
I. §. 10. res pro parte heres fiat[o]. §. At hi, qui emancipati a parente[p] in adoptionem se dederunt, non admittuntur ad bona naturalis patris quasi liberi; si modo, cum is moreretur, in adoptiva familia fuerint[q]. nam vivo eo emancipati ab adoptivo patre perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac si emancipati ab ipso[r] essent, nec umquam in adoptiva familia fuissent; et convenienter, quod ad adoptivum patrem pertinet, extraneorum loco esse incipiunt. post mortem vero naturalis patris emancipati ab adoptivo[s] et, quantum ad hunc[t], aeque extraneorum loco fiunt[u], et quantum ad naturalis parentis[x] bona perti-

---

l) *pertinet* Bi. Bu. m) *ad* ins. Hal. n) Cf. Ulp. L. 2. §. 2. D. de suis et leg. XXXVIII. 16. o) Cf. Ulp. L. 1. §. 8. eod. p) *est* om. Hal. q) *suus heres esse* add. Bu. r) Cf. Papin. L. 7. pr. D. si tabb. test. nullae XXXVIII. 6. s) Cf. Iul. L. 6. Cels. L. 7. Iul. L. 8. D. de suis et legit. XXXVIII. 16. t) *avo* om. G. u) Cf. Ulp. L. 6. pr. D. de iniusto, rupt. XXVIII. 3. x) *attigit* Hal. y) *Sed* Hal. Ὥσπερ οὐδὲ ἐκεῖνος Theoph. z) *avi* Hal. G. om. Theoph. a) *adoptavit* Hal. ἔλαβεν εἰς θέσιν Theoph. b) *cum non sint sui (quantum ad haereditatem) liberi* Hal. c) Cf. Cels. L. 7. D. cit. d) Cf. Pomp. L. 11. D. de suis et legit. XXXVIII. 16. e) *autem* om. Cod. Erlang. f) *qui* Hal. διὰ τὸ παύσασθαι Theoph. g) Cf. Diocl. et Max. L. 5. Cod. de condict. indeb. IV. 5. Iustinian. L. 15. §. 1. Cod. de legitim. heredib. VI. 58. h) Cf. tit. D. si tabulae testamenti nullae extabunt, unde liberi XXXVIII. 6. praecipue Paul. L. 4. h. t. i) *existentibus* Hal. k) *emancipato uno, et eo, qui* Hal. l) *patris* ins. Bu. non hab. Theoph. m) *fuit* Hal. sed mox ante *fuerit*. n) *haeres est, et solus suus haeres*. Hal. o) Cf. Iulian. L. 13. D. de B. P. contra tabb. XXXVII. 4. p) *a parente* om. Cod. Erlang. q) *sint* Bi. Bu. Cf. Gai. L. 9. D. tit. cit. Paul. L. 9. D. si tabb. test. null. ext. XXXVIII. 6. r) *eo* Bu. s) *patre* add. Hal. t) *adoptivum patrem pertinet* add. Hal. i. e. *adoptivum pertinet* add. Bu. u) *sunt* Bi. Cf. Ulp. L. 1. §. 6. D. si tabb. test. null. XXXVIII. 6. x) *patris* Hal.

net, nihilo magis liberorum gradum nanciscuntur. quod ideo sic placuit, quia iniquum
erat esse in potestate patris adoptivi, ad quos bona patris naturalis pertinerent [y], utrum
ad liberos eius, an ad agnatos. §. Minus ergo iuris habent adoptivi [z], quam naturales. I. §. 11.
namque [a] naturales emancipati beneficio praetoris gradum liberorum retinent, licet iure ci-
vili perdant [b]; adoptivi vero emancipati et iure civili perdunt gradum liberorum et a
praetore non adiuvantur [c]; et recte; naturalia enim iura civilis ratio perimere non pot-
est [d], nec, quia desinunt sui heredes esse, desinere possunt filii filiaeve aut nepotes nep-
tesve esse. adoptivi vero emancipati extraneorum loco incipiunt esse, quia ius nomen-
que filii filiaeve, quod per adoptionem consecuti sunt, alia civili ratione, id est emanci-
patione, deperdunt [e]. §. Eadem haec observantur et in ea bonorum possessione, quam I. §. 12.
contra tabulas testamenti parentis liberis praeteritis, id est neque heredibus institutis, ne-
que ut oportet exheredatis, praetor pollicetur [f]. nam eos quidem [g], qui in potestate pa-
rentis [h] mortis tempore fuerint, et emancipatos vocat praetor ad eam [i] bonorum possessio-
nem; eos vero, qui in adoptiva familia fuerint per [k] hoc tempus, quo naturalis parens
moreretur, repellit. item adoptivos liberos emancipatos ab adoptivo patre, sicut ab inte-
stato, ita longe minus contra tabulas testamenti ad bona eius [l] admittit [m]; quia desinunt
in numero liberorum esse [n]. §. Admonendi tamen sumus, eos, qui in adoptiva familia I. §. 13.
sunt, quive [o] post mortem naturalis parentis ab adoptivo patre emancipati fuerint, intestato
parente naturali mortuo, licet ea parte edicti, qua liberi ad bonorum possessionem vocan-
tur, non admittantur, alia tamen parte vocari, id est [p] qua cognati defuncti vocantur [q]. ex
qua parte ita [r] admittuntur, si neque sui heredes liberi, neque emancipati obstent, neque [s]
agnatus quidem ullus interveniat. ante enim praetor liberos vocat, tam suos heredes quam
emancipatos, deinde legitimos heredes [t], deinde proximos cognatos [u]. §. Sed ea omnia I. §. 14.
antiquitati quidem [x] placuerunt; aliquam autem emendationem a nostra constitutione [y] ac-
ceperunt, quam super his personis posuimus [z], quae a patribus suis naturalibus in adop-
tionem aliis dantur. invenimus etenim nonnullos casus, in quibus filii et naturalium pa-
rentum successionem propter adoptionem amittebant, et adoptione facile per emancipatio-
nem soluta ad neutrius patris successionem vocabantur. hoc solito more corrigentes con-
stitutionem [y] scripsimus, per quam definivimus [a], quando parens naturalis filium suum ado-
ptandum alii dederit, integra omnia iura ita [b] servari, atque si in patris naturalis potestate

---

y) *pertineant* Hal. z) *filii* add. Hal. a) *Nam* Bu. b) *perdunt* G. B. post *perdant* verba *gradum liberorum* repetit Bu. c) *admittuntur* Hal. Cf. Paul. L. 4. tit. cit. d) Pomp. L. 8. D. de reg. iur. L. 16. „*Iura sanguinis nullo iure civili dirimi possunt*". Cf. supra §. 3. Inst. de legit. agnat. tutela 1. 15. item Paul. L. 7. pr. D. de bon. damn. XLVIII. 20. e) *perdunt* Hal. Cf. Ulp. L. 1. §. 6. cit. f) Cf. Ulp. L. 1. pr. D. de B. P. contra tabb. XXXVII. 4. cum Papin. L. 1. D. de iniusto XXVIII. 3. item Alex. L. 2. Cod. de B. P. contra tabb. VI. 12. g) *quidem* om. Bu. h) *parentis* om. Hal. i) *eandem* Hal. k) *post* Bu. Cf. Paul. L. 6. §. 4. de B. P. contra tabb. XXXVII. 4. l) *non male ins.* Hal. G. Be. praeter librorum mss. auctoritatem, ut Bi. annotat. m) Cf. §. praeced. et Ulp. L. 1. §. 6. L. 3. D. tit. cit. n) Cf. Ulp. L. 1. §. 6. Paul. L. 4. D. si tabb. test. nullae XXXVIII. 6. et Iustinian. L. 10. §. 2. Cod. de adopt. VIII. 48. o) *qui* G. p) *scilicet* Hal. q) Cf. Ulp. L. 1. §. 4. Pomp. L. 5. D. unde cognati XXXVIII. 8. r) *parte admittuntur tamen ita* Bu. s) *nec* Bu. t) *heredes* om. Bu. u) Cf. Modestin. L. 1. pr. D. quis ordo in possessionib. servetur XXXVIII. 15. x) *quidem* om. Bi. Theoph. y) L. 10. Cod. de adopt. VIII. 48. z) *iis personis composuimus* Hal. a) *definimus* Hal. b) *ita* om. Cod. Erlang.

permansisset, nec penitus adoptio fuisset subsecuta; nisi in hoc tantummodo casu, ut possit ab intestato ad patris adoptivi venire successionem. testamento autem ab eo facto neque iure civili, neque [c] praetorio ex hereditate eius aliquid persequi potest, neque contra tabulas bonorum possessione agnita, neque [d] inofficiosi querela instituta, cum nec necessitas patri adoptivo imponitur [e] vel heredem eum instituere vel exheredatum facere, utpote nullo naturali vinculo copulatum, neque si ex Sabiniano senatusconsulto ex tribus maribus [f] fuerit adoptatus. nam et in huiusmodi [g] casu neque quarta ei servatur, neque ulla [h] actio ad eius persecutionem ei competit. nostra autem constitutione exceptus est is, quem [i] parens naturalis adoptandum susceperit. utroque enim iure, tam naturali quam legitimo, in hanc personam concurrente, pristina iura tali adoptioni [k] servavimus [l], quemadmodum si paterfamilias se [m] dederit arrogandum. quae specialiter et singillatim [n] ex

I. §. 15. praefatae constitutionis tenore possunt colligi. §. Item vetustas ex masculis progenitos plus diligens [o] solos nepotes vel neptes [p], qui [q] ex virili sexu descendunt, ad suorum vocabat successionem et iuri [r] agnatorum eos anteponebat, nepotes autem, qui ex filiabus nati sunt, et pronepotes ex neptibus cognatorum loco numerans [s] post agnatorum lineam eos vocabat tam in avi vel proavi materni, quam in [t] aviae vel proviae, sive paternae sive maternae, successionem. divi autem principes [u] non passi sunt talem contra naturam iniuriam sine competenti emendatione relinquere; sed cum nepotis et [x] pronepotis nomen commune est [y] utrisque, tam qui [z] ex masculis, quam [a] ex feminis [b] descendunt, ideo eumdem gradum et ordinem successionis eis [c] donaverunt. sed ut amplius aliquid sit eis, qui non solum naturae, sed etiam [d] veteris iuris suffragio [e] muniuntur, portionem nepotum vel neptum vel [f] deinceps, de quibus [g] supra diximus, paulo minuendam esse existimaverunt, ut minus tertia parte [h] acciperent, quam mater eorum vel avia fuerat acceptura [i], vel pater eorum vel avus paternus sive maternus, quando femina mortua sit, cuius de [k] hereditate agitur; iisque, licet soli sint [l], adeuntibus agnatos minime vocabant [m].

---

c) *nec ... nec* Bu. Cf. Modestin. L. 1. §. 1. 2. D. quis ordo in poss. serv. XXXVIII. 15. Iustinian. L. 10. Cod. cit. §. 1. 2. d) *nec* Bu. e) *imponatur* Hal. f) Theoph.: „*Ἐὰν ἔχων τρεῖς ἄῤῥενας παῖδας ὑπεξουσίους παράσχω ἕνα εἰς θέσιν, λέγεται ἡ τοιαύτη υἱοθεσία ex tribus maribus. Καὶ ἔστι δόγμα Σαβινιανὸν τὸ λέγον, ἀνάγκην σε ἔχειν πάντως τῷ τοιούτῳ παιδὶ τῷ ex tribus maribus υἱοθετηθέντι τὸ τέταρτον τῆς σῆς περιουσίας καταλιπεῖν· εἰ δὲ μὴ καταλίπῃς αὐτῷ, δίδωσιν αὐτῷ τὸ εἰρημένον δόγμα ἀγωγὴν κατὰ τῶν σῶν κληρονόμων ἐπὶ ἀπαιτήσει τοῦ τετάρτου*". Cf. interpr. ad h. l. L. 10. Cod. cit. §. 3. g) *eiusmodi* Hal. h) *nec quarta ... nec actio ulla* Bu. i) *veluti avus aut alius* ins. Bu. *ὃν ὁ φυσικὸς πατὴρ τῷ πάππῳ αὐτοῦ τοῦ παιδὸς δέδωκεν εἰς θέσιν* Theoph. k) *adoptione* Bu. l) *servamus* Hal. m) *sese* Hal. Bu. n) *singulatim* Hal. o) Cf. §. 3. tit. seq. p) *vel neptes* om. G. q) *quaeve* add. Hal. Be. r) *iure* Hal. s) *connumerans* Hal. t) *in* om. Cod. Erlang. u) Valent. Theod. et Arcad. L. 9. Cod. de suis et legitim. VI. 55. quae est ex L. 4. Theod. Cod. de legitim. hereditatib. V. 1. Cf. Iustinian. L. 19. Cod. de collationib. VI. 20. x) *vel* Bu. y) *sit* Hal. Bu. z) *qui tam* G. Bi. Be. Bu. a) *qui* ins. Hal. b) *qui tam ex feminis, quam ex masculis* Bu. c) *ei* G. d) *etiam* om. Cod. Erlang. e) *suffragiis* Hal. f) *et neptum, et* Bu. g) *paulo*, quod mox omittit, hic ins. Bu. h) *tertiam partem* G. i) *avia acceptura erat* Bu. k) *de cuius* Bu. l) *qui descendunt ex feminino sexu* add. Cod. Erlang. m) C. N. „Novo iure pariter ad hereditatem avi defuncti ab intestato vocantur (*agnati* add. Baud.)". Cf. Auth. *In successione* Cod. de suis et legit. VI. 56. ex Nov. 118. c. 1. In codice mss. Gotting. haec leguntur: „Sed hodie aequaliter succedunt, ut puto non est hic novi iuris facienda mentio, cum hic in fine huius tituli corrigatur". Cuiacius (et post eum Io. van de Water, Ev. Otto) add. „*Huic particulae No. 16. hoc erat adnotatum in veteri libro: Dominus Martinus non putat hic esse novi iuris mentionem faciendam, cum in fine huius tituli hoc corrigatur*". Vulteius haec omnia omisit.

et[n] quemadmodum lex duodecim tabularum[o] filio mortuo nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes[p] in locum patris sui ad successionem avi[q] vocat[r], ita et principalis dispositio in locum matris suae vel aviae eos[s] cum iam designata partis tertiae diminutione vocat. §. Sed nos, cum adhuc dubitatio manebat[t] inter agnatos et memoratos nepotes, L. §. 16.
quartam partem substantiae defuncti agnatis sibi vindicantibus ex cuiusdam[u] constitutionis auctoritate[v], memoratam quidem constitutionem a nostro codice segregavimus[x], neque inseri eam ex Theodosiano codice in eo concessimus. nostra autem constitutione[y] promulgata toti iuri eius derogatum est, et sanximus[z] talibus nepotibus ex filia vel pronepotibus ex nepte et deinceps superstitibus agnatos nullam partem mortui successionis sibi vindicare, ne hi, qui ex transversa linea veniunt, potiores iis habeantur, qui recto iure descendunt. quam constitutionem nostram obtinere secundum sui vigorem et tempora et[a] nunc sancimus, ita tamen, ut, quemadmodum inter filios et nepotes ex filio antiquitas statuit non in capita, sed in stirpes dividi hereditatem, similiter nos inter filios et nepotes ex filia distributionem fieri iubeamus[b], vel inter[c] nepotes et neptes[d] et alias deinceps personas, ut utraque progenies matris suae[e] vel patris, aviae vel avi portionem sine ulla diminutione consequatur[f]: ut, si forte unus vel duo ex una parte, ex altera tres aut quatuor extent, unus aut[g] duo dimidiam, alteri[h] tres aut quatuor alteram dimidiam hereditatis habeant.

TIT. II.

DE LEGITIMA AGNATORUM SUCCESSIONE.

Si[a] nemo suus heres vel eorum, quos inter suos heredes praetor vel constitutiones vocant, extat[b], qui successionem quoquo modo amplectatur, tunc ex lege duodecim tabularum ad agnatum proximum pertinet hereditas.

§.[c] *Si[d] nul[lus sit] suorum heredum, tunc hereditas p[ertinet] [ex eadem lege duodecim tabularum ad agnatos.* I. pr. G. §. 9. p. 128.

§. Sunt autem agnati, ut primo quoque[e] libro[f] tradidimus, cognati per virilis sexus personas cognatione coniuncti, quasi a patre cognati[g].

§. *[Vocantur[h] autem] agnati, qui legitima cognatione iuncti sunt. legitima autem cognatio est ea, quae per virilis sexus persona[s coniungitur].* I. §. 1. G. §. 10.

n) *Sed* Bu. o) Cf. Sever. et Anton. L. 3. Cod. de suis et legit. VI. 55. p) *nepotes vel pronepotes* Bu. omissis voc. *neptes* et *vel proneptes.* q) *sui* ins. Hal. r) Cf. supra Inst. de leg. agn. tut. I. 17. et Ulp. L. 6. §. 1. D. de verb. sign. L. 16. s) *eos* om. Bi. Be. t) *maneret* Hal. u) *eiusdem* Al. quod probandum videtur. *ἦν μὲν γὰρ πάλαι διάταξις ... Ἔπειτα δὲ καὶ μεταγενεστέρα διάταξις* κ. τ. λ. Theoph. Sermo est de L. 4. Theod. Cod. superiore nota u. cit. v) *sanctione* Bu. x) Sed cf. not. u. y) L. 12. Cod. de suis et legit. VI. 55. Sed cf. Nov. 18. et 118. z) *sancivimus* Bu. a) *et* om. Cod. Erlang. b) *iubemus* G. Bi. Bu. Cf. etiam cit. L. 19. Cod. de collat. VI. 20. c) *omnes* ins. O. d) *et inter pronepotes et proneptes* add. Hal. e) *suae* om. Hal. f) *consequantur* Bi. g) *vel quatuor .. unus vel* Bu. h) *alii* Bu.

Tit. II. a) Cf. Ulp. L. 1. L. 2. D. de suis et legit. XXXVIII. 16. b) *existat* Hal. c) §. 9—17. est itidem in Coll. tit. XVI. cit. Huic articulo in Coll. rubricae loco praemittuntur verba: „*De agnatis*". d) Cf. Epit. II, 8. §. 3. Ulp. XXVI. §. 1. e) *quidem* Bu. f) Cf. pr. Inst. de legit. agn. tutela I. 15. ibique alleg. g) *connati* Hal. h) Cf. supra Comm. I. §. 156. Epit. et Ulp. l. c.

itaque *qui*[i] eodem patre nati *sunt* fratres agna[ti sibi sunt, qui et (*etiam*) consanguinei] vocantur[k]; nec requiritur, an [etiam matrem eamdem habuerint]. item patruus fratris filio et invicem [is illi a]gnatus est. eodem numero s[unt fratres] patrueles [*inter se*, id est] qui ex duobus f[ratribus procreati (*progene*]*rati*) sunt, qui etiam consobrini vocantur (*qu*[*os*] *plerig*[*ue etiam consobrinos vocant*). qua ratione *scilicet* etiam ad plures gradus agnationis pervenire poterimus]. ii quoque[l], qui post mortem patris nascuntur, iura consan-
G. §. 11. guinitatis nanciscuntur[m]. §. [Non tamen[n] omnibus simul agna]tis d[at] lex *duodecim tabularum* hereditatem, sed iis[o] (*his*), q[ui tunc proximiore[p] gradu sunt, cum certum esse coeperit (*est*) aliquem intestatum (*intestato*) decessisse[q] (,*proximo*] *gradu sunt*).

G. §. 12. (cf. I. §. 7.) G. §. 13. (cf. I. §. 6). §. *Nec*[r] *in eo iure successio* [*est. ideoque si a*]*gnatus proximus hereditatem omiserit,* [*vel antequam adierit*] *decesserit, sequentibus nihil iuris ex* [*lege com*]*petit.* §. *Ideo autem non mortis tempore* [*quis proximus sit requirimus, sed eo*] *tempore,* [*quo certum fuerit, aliquem intestatum decessisse, quia si quis testamento fa*]*cto decesserit, melius e*[*sse*] *visum est, tunc ex iis requiri proximum, cum certum esse coeperit, neminem ex eo testamento fore heredem.*

I. §. 2. §. Per adoptionem quoque agnationis ius consistit[s], veluti inter filios naturales et eos, quos pater eorum adoptavit; nec dubium est, quin improprie[t] consanguinei appellentur[u]. item si quis ex ceteris agnatis, veluti[x] frater aut patruus aut denique is, qui longiore gradu est, adoptaverit aliquem, agnatos inter suos[y] esse non dubitatur.

I. §. 3. G. §. 14. p. 129. §. Ceterum inter masculos quidem agnationis iure hereditas etiam longissimo gradu[z] ultro citroque capitur[a]; quod ad feminas vero attinet[b], ita placebat, ut ipsae consanguinitatis iure tantum[c] capiant hereditatem, si sorores sint[d], ulterius non capiant; masculi autem ad earum hereditates, etiamsi[e] longissimo gradu sint, admittantur. qua de causa fratris tui aut patrui tui filiae vel amitae tuae hereditas ad te pertinebat[f], tua

§. *Quod*[g] *ad feminas tamen attinet, in hoc iure aliud in* |*ipsarum hereditatibus capiendis placuit, aliud in ceterorum bonis ab his capiendis. nam feminarum* [*heredita*]*tes perinde ad nos agnationis iure redeunt, atque masculorum: nostrae vero hereditates ad feminas ultra consanguineorum gradum non pertinent. itaque soror fratri sororive legitima heres est; amitc vero et fratris filia legitima heres esse* [* *non potest. sororis au-*

---

i) *ex* ins. Hal. *k*) Cf. Ulp. L. 1. §. 9. sqq. L. 2. D. de suis et legit. XXXVIII. 16. et infra ad §. 2. sqq. Inst. de gradib. cognAIII. 6. *l*) *etiam* Hal. *m*) Cf. Ulp. cit. L. 1. §. 8. item Hermogenian. L. 6. D. unde legitimi XXXVIII. 7. *n*) Cf. Epit. II. 8. §. 4. *o*) *his tantummodo* Bu. quod non agn. Theoph. *p*) *proximiores* Hal. *q*) Cf. Ulp. L. 2. cit. §. 6. *r*) Cf. infra h. C. §. 22. 28. item Ulp. XXVI. §. 5. Paul. sent. rec. IV. 8. §. 23. *s*) Cf. Ulp. L. 2. cit. §. 3. et L. 1. cit. §. 11. *t*) *proprie* Al. *καλέσουσιν οὗτοι ἀλλήλους οὐ μόνον ἀδνάτους, ἀλλὰ καὶ ὁμαίμους.* Theoph. *u*) Cf. Paul. L. 23. Procul. L. 44. D. de adopt. I. 7. *v*) *tuis* add. Hal. G. quod agnoscere videtur Theoph.: *Εἰ δὲ καὶ ἕτερος ἀδνάτος, οἷον ὁ ἀδελφός μου κ. τ. λ.* *x*) *aut* ins. Bu. *y*) *adgnatus inter suos haeredes* Hal. *aliquem adoptaverit, inter agnatos suos* Bu. *ἀδνατιῶν μεταξὺ ἡμῶν συνίσταται.* Theoph. *z*) *etiam si longissimo gradu sint* Hal. *a*) Cf. Iustinian. L. 14. L. 15. Cod. de legit. heredib. VI. 58. *b*) *attinet* om. G. Bi. Be. *c*) *tantum* om. Bu. *d*) Cf. Sever. et Anton. L. 1. L. 4. Cod. de suis et legit. VI. 55. *e*) *et* Bo. pro *etiamsi.* *f*) *pertinet* G., sed mox *pertinebat.* *g*) Cf. Epit. II. 8. §. 5. Ulp. XXVI. §. 6. et infra h. C. §. 23.

vero ad illas non pertinebat. quod ideo ita constitutum erat, quia commodius videbatur ita iura constitui, ut plerumque hereditates ad masculos confluerent. sed quia sane iniquum erat in universum eas quasi extraneas repelli, praetor eas ad bonorum possessionem admittit ea parte, qua proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur[h]. ex qua parte ita scilicet admittuntur, si neque agnatus ullus, neque[i] proximior cognatus interveniat. et haec[k] quidem lex duodecim tabularum nullo modo introduxit, sed simplicitatem legibus amicam amplexa simili modo omnes agnatos, sive masculos sive feminas, cuiuscumque gradus ad similitudinem suorum invicem ad successionem vocabat. media autem iurisprudentia, quae erat lege quidem[l] duodecim tabularum iunior, imperiali autem dispositione anterior, subtilitate quadam excogitata praefatam differentiam inducebat et penitus eas a successione agnatorum repellebat, omni alia successione incognita, donec praetores paulatim asperitatem iuris civilis corrigentes, sive quod deerat implentes[m] humano proposito alium ordinem suis edictis addiderunt, et cognationis linea proximitatis nomine introducta per bonorum possessionem eas adiuvabant, et pollicebantur iis[n] bonorum possessionem, quae Unde cognati appellatur[o]. nos vero legem duodecim tabularum sequentes et eius vestigia in hac parte conservantes[p] laudamus quidem praetores suae humanitatis, non tamen eos in plenum[q] causae mederi invenimus. quare etenim[r], uno eodemque gradu naturali concurrente et agnationis[s] titulis tam in masculis quam in feminis[t] aequa lance constitutis, masculis quidem dabatur ad successionem venire omnium agnatorum, ex agnatis autem mulieribus nulli penitus, nisi soli sorori ad agnatorum successionem patebat aditus?[u] ideo[x] in plenum omnia reducentes et ad ius duodecim tabularum eamdem dispositionem exaequantes nostra constitutione[y] sanximus[z] omnes legitimas personas, id est per virilem sexum descendentes, sive masculini generis sive feminini[a] sint, simili modo ad iura successionis legitimae ab intestato vocari secundum gradus sui praerogativam, nec ideo excludendas, quia consanguinitatis iura sicut germanae[b] non habent.

tem nobis loco est[*] *etiam mater aut noverca, quae per in manum conventionem apud patrem nostrum iura filiae consecuta est.*

G. §. 15. (cf. I. §. 5.) §. *Si*[c] *ei, qui defunctus erit,* [*sit*] *frater et alterius fratris filius, sicut ex superioribus*[d] *intellegitur, frater prior est, quia gradu praecedit. sed alia facta est iuris interpretatio inter suos heredes.*

I. §. 4. §. Hoc etiam addendum nostrae constitutioni existimavimus, ut transferatur unus tantummodo gradus a iure cognationis in le-

G. §. 16 §. *Quodsi*[e] *defuncti nullus frater extet,* [**sed**] *sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet: sed quaesitum est,*

---

h) Cf. Ulp. L. 4. Iul. L. 5. D. unde cognati XXXVIII. 8. Diocl. et Max. L. 5. Cod. de leg. her. VI. 58. item infra in fine tit. de success. cognator. III. 5. i) *nec ... nec* Bu. k) *hoc* Bu. l) *quidem* om. G. Be. m) *adimplentes* Bi. Bu. n) *his* Hal. G. o) *appellabatur* Bu. Cf. loc. cit. et Ulp. L. 1. D. tit. cit. p) *servantes* Bi. Bu. q) *huic* ins. Hal. r) *enim* Bu. s) *cognationis* Bu. καὶ οὐ μόνον τὴν φυσικὴν ἐχούσας συγγένειαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀγνατικὴν ἀποσωζούσας Theoph. t) *tam in fem. quam in masc.* Bu. u) Pro signo interrogandi G. Bi. Be. Bu. habent punctum. x) *nos* ins. Hal. y) L. 14. Cod. de legit. heredit. VI. 58. z) *sancimus* Hal. *sancivimus* Bu. a) *masculini, sive feminini generis* Bu. b) *sicut germanae* non agn. Theoph. c) Cf. Epit. l. c. d) Vid. h. C. §. 11. e) Cf. Epit. II. 8. cit. §. 6. Ulp. XXVI. §. 4.

gitimam successionem, ut non solum fratris filius et filia, secundum quod iam definivimus, ad successionem patrui sui [f] vocentur, sed etiam germanae consanguineae vel sororis uterinae filius et filia [g] soli, et non deinceps personae una cum his ad iura avunculi sui perveniant, et mortuo [h] eo, qui patruus quidem est fratris sui filiis, avunculus autem sororis suae soboli, simili modo ab utroque latere succedant, tamquam si omnes ex masculis descendentes legitimo iure veniant; scilicet ubi frater et soror superstites non sunt [i]. his etenim personis praecedentibus et successionem admittentibus ceteri gradus remanent penitus semoti, videlicet [k] hereditate non in [l] stirpes, sed in capita dividenda [m].

I. §. 5. §. Si plures sint [n] gradus agnatorum, aperte lex duodecim tabularum proximum vocat. itaque si verbi gratia sit [o] defuncti frater et alterius fratris filius aut patruus, frater potior habetur [p]. et quamvis singulari numero usa lex [q] proximum vocet, tamen dubium non est, quin, et [r] si plures sint eiusdem gradus, omnes admittantur: nam et proprie proximus ex pluribus gradibus intellegitur, et tamen non dubium est, quin, licet unus
I. §. 6. sit gradus agnatorum, pertineat ad eos hereditas [s]. §. Proximus autem, siquidem nullo testamento facto quisquam [t] decesserit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus est is, cuius de [u] hereditate quaeritur. quodsi facto testamento quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo certum esse coeperit nullum ex testamento heredem exstiturum; tunc enim proprie [x] quisque [y] intestatus [z] decessisse intellegitur. quod quidem aliquando [a] longo tempore declaratur; in quo spatio temporis saepe accidit, ut proximiore mortuo proximus
I. §. 7. esse incipiat qui moriente testatore non erat proximus. §. Placebat [b] autem in [c] eo genere percipiendarum hereditatum successionem non esse, id est ut quamvis proximus, qui secundum ea, quae diximus, vocatur ad hereditatem, aut spreverit hereditatem aut antequam adeat [d] decesserit, nihilo magis legitimo iure sequentes admittantur. quod iterum praetores imperfecto iure corrigentes non in totum sine adminiculo relinquebant; sed ex cognatorum ordine eos vocabant, utpote agnationis iure eis [e] recluso [f]. sed nos nihil

si dispari forte numero sint nati, ut ex uno unus vel duo, ex altero tres vel quattuor, utrum in stirpes dividenda sit hereditas, sicut inter suos heredes iuris est, an potius in capita. iam dudum tamen placuit, in capita dividendam esse hereditatem. itaque quotquot erunt ab utraque parte personae, in tot portiones hereditas dividetur, ita ut singuli singulas portiones ferant.

---

f) *sui* om. Bu. g) *filiaque* Bu. h) *quidem* hic ins. Bi. Bu. mox omittentes. i) C. N. „Sed novo iure filii fratris praemortui vel sororis praemortuae utrimque coniuncti defuncto vel defunctae (*cum* ins. Vult.) utrimque coniunctis, vocantur in stirpem." Ex Nov. 118. c. 3. et Nov. 127. c. 1. Auth. (*cessante* Cod. de legit. heredib. VI. 58. k) *videlicet* om. Bu. l) *ad* G. Bi. Be. m) C. N. „Sed novo (*Novo autem* Baud.) iure in stirpes, non in capita, praedicta dividitur hereditas (*hereditas praedicta distribuitur.* Ms. Gotting.)". Ex Nov. 118. c. 3. i. f. n) *sunt* Bu. Cf. ad h. et sq. §. Ulp. L. 2. §. 1. 2. 4. sqq. D. de suis et legit. XXXVIII. 16. o) *Itaque si (verbi gratia) sint* Hal. *Itaque verbi gratia si est frater defuncti* Bu. p) Cf. Decius L. 3. Cod. de leg. her. VI. 58. q) *duodecim tabularum* add. Hal. r) *et* om. Hal. s) Cf. ad hoc et sequentia Ulp. L. 1. §. 5. sqq. D. unde cognati XXXVIII. 8. t) *quisque* Bi. Bu. u) *de cuius* Bu. x) *proprie* om. Bu. y) *quisquam* Bu. z) *intestato* G. Bi. Be. a) *aliquando* om. Bu. b) Cf. Marcian. L. 9. D. de suis et leg. XXXVIII. 16. c) *in* om. Cod. Erlang. d) *adierat* Bu. e) *eis* om. Cod. Erlang. f) Cf. Ulp. L. 1. §. 7. D. unde cognati XXXVIII. 8. Gai. L. 2. eod.

deesse perfectissimo iuri cupientes nostra constitutione[g], quam de iure patronatus humanitate suggerente protulimus, sanximus[h] successionem in agnatorum hereditatibus non esse eis denegandam, cum satis absurdum erat, quod cognatis a praetore apertum est, hoc agnatis esse reclusum, maxime cum in onere quidem[i] tutelarum et primo[k] gradu deficiente sequens succedit[l] et, quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum. §. Ad I. §. 8.
legitimam successionem[m] nihilominus vocatur etiam parens, qui contracta fiducia filium vel filiam,[n] nepotem vel neptem ac deinceps emancipat[o]. quod ex nostra constitutione[p] omni modo[q] inducitur, ut emancipationes liberorum semper videantur[r] contracta fiducia fieri; cum apud antiquos[s] non aliter hoc obtinebat, nisi specialiter contracta fiducia parens manumisisset.

§. Si[t] nullus agnatus sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem G. §. 17.
vocat. qui sint autem gentiles, primo com|mentario rettulimus[u]. et cum illic admonuerimus, p. 130.
totum gentilicium ius in desuetudinem abiisse, supervacuum est, hoc quoque loco de ea re curiosius tractare[x].

TIT. III.

DE SENATUSCONSULTO TERTULLIANO[a].

Lex duodecim tabularum ita stricto iure utebatur et praeponebat masculorum I. pr.
progeniem et eos, qui per feminini sexus necessitudinem sibi iunguntur, adeo expellebat, ut ne quidem inter matrem et filium filiamve ultro citroque hereditatis capiendae ius daret[b], nisi quod praetores ex proximitate cognatorum eas personas ad successionem, bonorum possessione Unde cognati accommodata, vocabant[c]. §. Sed hae iuris angustiae post- I. §. 1.
ea emendatae sunt. et primus quidem divus Claudius[d] matri ad solatium liberorum amissorum legitimam eorum detulit hereditatem. §. Postea autem senatusconsulto Ter- I. §. 2.
tulliano, quod divi Hadriani[e] temporibus factum est, plenissime[f] de tristi successione matri, non etiam aviae deferenda cautum est, ut mater ingenua trium liberorum ius ha-

---

g) Constitutione graeca Iustiniani, quam ex Basil. (XLIX. 1., 4. tom. VI. p. 586.; in Meerman. thes. tom. V. p. 4. sqq.) Cuiacius (obs. XX. c. 34.) exhibuit, et quae hodie est L. 4. Cod. de bon. libert. VI. 4. Huc pertinent quae sequuntur: „... *ἵνα πρῶτοι αὐτοὶ οἱ πάτρωνες καὶ αἱ πατρώνισσαι καλοῦνται· εἶτα μετ' αὐτοὺς οἱ παῖδες αὐτῶν, καὶ ἐὰν μὴ ὦσιν παῖδες αὐτῶν, οἱ ἔγγονοι αὐτῶν οἱ κατιόντες ἐξ ἀῤῥένων ἢ ἀπὸ θηλειῶν· τοῦτο γὰρ εἴρηται καὶ ἐπὶ τῶν εὐγενῶν, ὥστε κατὰ βαθμὸν καλεῖσθαι πάντας τοὺς συγγενεῖς πρὸς τὴν κληρονομίαν, καὶ τῶν πρώτων ἀτονούντων, τότε τοὺς μετὰ ταῦτα ἔρχεσθαι καὶ κληρονομεῖν*". h) *sancimus* Hal. *sancivimus* Bu., apud quem hoc verbum est post *constitutione*. i) *quidem* om. Bu. k) *et proximo* G. Be. *primo*, omissa vocula *et* Bu. l) Cf. Ulp. L. 3. §. 9. D. de legit. tutorib. XXVI. 4. m) *hereditatem* Bu. n) *aut* ins. Bu. o) *emanciparerit* Bu. Cf. supra Gai. Comm. I. §. 132. sqq. p) L. 6. Cod. de emancipationib. liberor. VIII. 49. q) *omnino* Hal. r) *quasi* ins. Hal. s) *veteres* Hal. t) Cf. Ulp. in Collat. XVI. 4. u) Cf. supra ad Comm. I. §. 155. x) Sequitur in cod. Ver. spatium vacuum.

Tit. III. a) *Tertullianum* scribitur hoc senatusconsultum in cod. Vat. Ulpian. XXVI. (§. 8.), ap. Paul. sent. rec. IV. 9. et generaliter *Tertulli* nomen non infrequens est; *Tertyllianum* scribunt cum Graecis pandectae quoque Florentinae. *Tertyll.* Hal. G. *Tertull.* Br. Be. Bu. b) Cf. Gai. h. C. §. 18. sqq. L. 13. D. de suis et leg. XXXVIII. 16. c) Cf. ad §. 3. tit. praeced. et infra §. 2. de success. cogn. III. 5, item Gai. L. 2. D. unde cognati. XXXVIII. 8. d) Cf. Sueton. Claud. c. 19. e) Cf. Zonar. XII. p. 593. ed. Paris. f) *plenissimum* Bu.

bens, libertina quatuor, ad bona filiorum filiarumve admittatur intestato[g] mortuorum, licet in potestate parentis sit[h]; ut scilicet, cum alieno iuri subiecta est, iussu eius adeat[i], cu-
I. §. 3. ius iuri subiecta est. §. Praeferuntur autem matri liberi defuncti, qui sui sunt, quive[k] suorum loco sunt, sive primi gradus sive ulterioris[l]. sed et[m] filiae suae mortuae filius vel filia anteponitur[n] ex constitutionibus[o] matri defunctae, id est aviae suae. pater quoque[p] utriusque, non etiam avus et[q] proavus, matri anteponitur, scilicet cum inter eos solos[r] de hereditate agitur[s]. frater autem consanguineus tam filii, quam filiae, excludebat matrem[t]; soror autem consanguinea pariter cum matre admittebatur[u]. sed si fuerant[x] frater et soror consanguinei et mater liberis honorata[y], frater quidem matrem excludebat,
I. §. 4. communis autem erat[z] hereditas[a] ex aequis partibus fratris et sororis[b]. §. Sed nos constitutione[c], quam in codice nostro nomine decorato posuimus, matri subveniendum esse existimavimus respicientes ad naturam et puerperium et periculum partus[d] et saepe mortem ex hoc casu matribus illatam. ideoque impium esse credidimus casum fortuitum in eius admitti detrimentum; si enim ingenua ter vel libertina quater non peperit, immerito defraudabatur[e] successione suorum liberorum. quid enim peccavit, si non plures, sed paucos peperit? et dedimus ius legitimum plenum matribus, sive ingenuis sive libertinis, etsi non ter enixae fuerint vel[f] quater, sed eum tantum[g] vel eam, qui quaeve morte in-
I. §. 5. tercepti sunt, ut et[h] sic vocentur in liberorum suorum legitimam[i] successionem. §. Sed cum antea constitutiones[k] iura legitimae[l] successionis perscrutantes partim matrem adiuvabant, partim eam[m] praegravabant et non[n] in solidum eam vocabant, sed in quibusdam casibus tertiam ei[o] partem abstrahentes certis legitimis dabant personis, in aliis autem contrarium faciebant, nobis[p] visum est[q] recta et simplici via matrem omnibus personis legitimis anteponi et sine ulla diminutione filiorum suorum successionem accipere excepta fratris et sororis persona, sive consanguinei sint, sive sola cognationis iura habentes, ut, quemadmodum eam toti alii ordini legitimo praeposuimus, ita omnes fratres et sorores, sive legitimi sint[r] sive non, ad capiendas hereditates simul vocemus; ita tamen, ut, siquidem solae sorores agnatae vel cognatae et mater defuncti vel defunctae supersint, di-

---

g) *intestatorum* Bi. h) *est* G. Bi. Be. Cf. Paul. L. 6. pr. D. h. t. XXXVIII. 17. i) *hereditatem* add. Hal. G. Be. non agn. Theoph. k) *in* ins. Bu. l) Cf. Ulp. L. 2. §. 6. D. h. t. m) *et* om. Bu. n) *praeponitur* Hal. *opponitur* G. Bi. Be. προτιμᾶται μητρός Theoph. o) Cf. Grat. Valent. et Theod. L. 4. Cod. ad SC. Orphit. VI. 57. Theod. et Valent. L. 5. Cod. h. t. VI. 56. item iid. L. 11. Cod. de suis et legit. VI. 55. Ulp. L. 2. §. 6. sqq. D. h. t. XXXVIII. 17. fragm. XXVI. §. 8. Not. y) pag. 144. p) *vero* Hal. q) *vel* Bu. r) Cf. Iustinian. L. 7. §. 1. Cod. h. t. s) Cf. Ulp. cit. L. 2. §. 16. sqq. item Modestin. L. 3. D. eod. t) Cf. Paul. L. 7. D. h. t. u) Cf. Ulp. cit. L. 2. §. 18. sqq. Alex. L. 1. Diocl. et Max. L. 5. L. 9. Cod. de leg. her. VI. 58. x) *fuerat* G. Bi. Bu. y) *onerata* Hal. μητρὸς . . ἐχούσης δίκαιον παίδων· Theoph. z) *erat* om. Cod. Erlang. a) *et* ins. Bu. b) *fratribus et sororibus* Hal. *fratri et sorori* Bi. c) L. 2. Cod. de iure liberor. VIII. 59. Cf. Iustinian. L. 7. Cod. h. t. VI. 56. d) *partus* om. Hal. G. Bi. Be. τὸν τῆς λοχείας κίνδυνον Theoph. Cf. Iustinian. L. 12. §. 1. Cod. qui potiores in pign. VIII. 18. „*Quis enim non misereatur propter obsequia, quae maritis praestant, propter partus periculum et ipsam liberorum procreationem? rel.* Cf. Id. et L. 12. pr. Cod. de legit. her. VI. 58. e) *defrudabatur* G. f) *non* rep. Bu. g) *tantum* om. Bu. h) *et* om. Hal. i) *legitimam* om. Cod. Erlang. k) Constantin. L. 1. Valent. et Valens. L. 2. Gratian. Valent. et Theod. L. 3. Theod. et Valent. L. 7. 8. Theod. Cod. de legit. hereditatib. V. 1. l) *legitima* Bi. Be. Bu. διατάξεις περὶ λεγιτίμας διαδοχῆς διαλεγόμεναι Theoph. m) *eam* om. Bu. n) *nec* pro *et non* Hal. o) *ei* om. Bi. habet Theoph. p) *autem* repet. Bu. q) L. 7. Cod. h. t. VI. 56. r) *sunt* G. Bi. Be. Bu.

midiam quidem mater, alteram vero dimidiam partem sorores omnes habeant. si vero matre superstite et fratre vel fratribus solis vel etiam cum sororibus, sive legitima sive sola cognationis iura habentibus, intestatus quis[s] vel[t] intestata moriatur, in capita distribuatur eius[u] hereditas. §. Sed quemadmodum nos[x] matribus prospeximus, ita eas oportet suae soboli consulere[y], scituris eis, quod, si tutores liberis non petierint, vel in locum remoti vel excusati intra annum[z] petere neglexerint, ab eorum impuberum morientium successione merito repellentur[a]. §. Licet autem vulgo quaesitus sit filius filiave[b], potest tamen[c] ad bona eius mater ex Tertulliano senatusconsulto admitti[d]. I. §. 6. I. §. 7.

TIT. IV.

DE SENATUSCONSULTO ORPHITIANO[a].

Per contrarium[b] autem liberi ad bona matrum intestatarum admittuntur ex senatusconsulto Orphitiano, quod Orphito et Rufo consulibus[c] latum est, divi[d] Marci temporibus; et data est tam filio quam filiae legitima hereditas, etiamsi alieno iuri subiecti sunt[e], et praeferuntur consanguineis et agnatis defunctae matris[f]. §. Sed cum ex hoc senatusconsulto nepotes[g] ad aviae successionem legitimo iure non vocabantur[h], postea hoc constitutionibus[i] principalibus emendatum est, ut ad similitudinem filiorum filiarumque et[k] nepotes et neptes vocentur. §. Sciendum autem est huiusmodi successiones, quae ex[l] Tertulliano et Orphitiano[m] deferuntur, capitis diminutione non perimi propter illam regulam, qua novae hereditates legitimae capitis diminutione non pereunt, sed illae solae, I. pr. I. §. 1. I. §. 2.

---

s) *decesserit* ins. Cod. Erlang. t) *quae* ins. Bu. u) C. N. „Defuncto vel defunctae sine liberis parentes si soli sunt, succedunt salva gradus praerogativa, si pari gradu, pariter vocantur, paternis quidem dimidia, maternis quoque dimidia delata, licet dispar sit eorum numerus. Cum patre et matre fratres sororesve utrimque coniuncti defuncto vel defunctae, vel filii fratris praemortui vel (*etiam* ins. Baud.) sororis praemortuae utrimque adiuncti defuncto vel defunctae vocantur, ut viriles fiant portiones, filiis fratris vel sororis vocatis in stirpem, exclusa prorsus omni differentia sexus et patriae potestatis, ubi nulla secundarum nuptiarum fit mentio. Si primi gradus parentes non essent, qui vocantur cum eis, excluderent inferiores. Post parentes et fratres et sorores ex utroque parente et filios eorum admittuntur ex uno latere fratres sororesve, cum quibus et filii eorum, si qui ex eis iam decesserint. Ex transverso nulli liberi in locum defuncti parentis succedunt, nisi filii fratris vel sororis praemortuae". Ex Nov. 118. c. 2. 3. Nov. 127. c. 1. Authenticis *Defuncto* Cod. h. t. VI. 56. *Cessante* et *Post fratres autem* et *Post fratres fratrumve* Cod. de legit. hered. VI. 58. x) *nos* om. Bu. y) *succurrere* Bu. φροντίδα ποιεῖσθαι Theoph. z) Cf. Horat. ep. I. 1. v. 21. a) *repelluntur* Bi. Bu. οὐ κληρονομήσουσιν Theoph. Cf. Severi rescr. ap. Modest. L. 2. §. 2. D. qui petant tutores XXVI. 6. Sed cf. quoque Constantius L. 3. Cod. h. t. b) *vel filia* Bi. Bu. c) *tamen* om. Bi. Bu. d) Cf. Ulp. L. 2. §. 1. D. h. t. XXXVIII. 17. Id. L. 4. D. unde cognati XXXVIII. 8.

Tit. IV. a) *Ad Senatusconsultum Orphitianum.* Bu. b) Κατὰ μίμησιν Theoph. c) *Vettius* aut *Velius Rufus* et *Cornelius Scipio Orphitus* consules feruntur a. u. 931. p. Chr. 178. Cf. Lamprid. Commod. c. 4. et c. 12. et Capitol. Marc. c. 11. d) . . *Orphitiano, quod Orphitio et Rufo consulibus effectum est, divi* Hal. *autem ut liberi ad bona matrum admittantur Senatusconsulto Orphitiano, Orphito et Rufo Consulibus effectum est, quod latum est divi* G. Be. . . *Orphitiano, quod Orphito et Rufo Consulibus effectum est. Quod latum est Divi* Bi. Longe alia verborum constructione utitur Theoph. e) *sint* Hal. f) Cf. Ulp. L. 1. D. h. t. XXXVIII. 17. Gai. L. 9. D. eod. Ulp. L. 1. §. 9. D. unde cognati XXXVIII. 8. g) *et neptes* ins. Hal. non agn. Theoph. h) *vocarentur* Hal. i) Valent. Theod. et Arcad. L. 4. Theod. Cod. V. 1. Cf. supra ad §. 15. Inst. de her. quae ab intest. III. 1. pag. 130. not. u. k) *et* om. Bu. l) *a* G. Bi. Be. m) *senatusconsultis* add. Hal. non agn. Theoph.

I. §. 3. quae ex lege duodecim tabularum deferuntur [n]. §. Novissime sciendum est etiam illos
liberos, qui vulgo quaesiti sunt, ad matris hereditatem ex hoc [o] senatusconsulto admitti [p].
I. §. 4. §. Si [q] ex pluribus legitimis heredibus quidam omiserint [r] hereditatem, vel morte [s] vel
alia causa [t] impediti fuerint, quominus adeant, reliquis, qui adierint, accrescit illorum [u]
portio et, licet ante decesserint [x], ad heredes tamen eorum pertinet [y].

TIT. V.

DE SUCCESSIONE COGNATORUM.

G. §. 18. §. *Hactenus lege duodecim tabularum finitae sunt intestatorum hereditates: quod*
G. §. 19. *ius quemadmodum strictum fuerit, palam est intellegere.* §. *Statim enim emancipati li-*
beri nullum ius in hereditatem parentis ex ea lege habent, cum desierint sui heredes esse.
G. §. 20. §. *Idem* [a] *iuris est si ideo liberi non sint in potestate patris, quia sint cum eo civitate*
G. §. 21. *Romana donati, nec ab imperatore in potestatem redacti fuerint.* §. *Item* [b] *agnati capite*
diminuti non admittuntur ex ea lege ad hereditatem, quia nomen agnationis capitis dimi-
G. §. 22. *nutione perimitur.* §. *Item* [c] *proximo agnato non adeunte,* [* *ad* *] *hereditatem nihilo ma-*
G. §. 23. *gis sequens iure legitimo admittitur.* §. *Item* [d] *feminae agnat*[*ae*], *quaecumque consangui-*
G. §. 24. *neorum gradum excedunt, nihil iuris ex lege habent.* §. *Similiter* [e] *non admittuntur cog-*
nati, qui per feminini sexus personas necessitudine iunguntur. adeo quidem, ut nec inter
matrem et filium filiamve ultro citroque hereditatis capiendae ius competat, praeterquam
si per in manum conventionem consanguinitatis iura inter eos constiterint.

G. §. 25. §. [f] *Sed hae iuris iniquitates edicto praetoris emendatae* |*sunt.* §. *Nam* [g] [*liberos*]
p. 131. G. §. 26. *omnes, qui legitimo iure deficiuntur, vocat ad hereditatem, proinde ac si in potestate pa-*
rentum mortis tempore fuissent, sive soli sint, sive etiam sui heredes, id est, qui in pote-
G. §. 27. *state patris fuerunt, concurrant.* §. *Agnatos* [h] *autem capite diminutos non secundo gradu*

---

n) Cf. Ulp. fragm. XXVIII. §. 9. L. 1. §. 8. D. h. t. Paul. L. 7. pr. D. de cap. minutis IV. 5. Pompon. L. 11. D. de suis et legit. XXXVIII. 16. Gai. L. 3. i. f. D. de her. petit. V. 3. o) hoc om. Bu. p) Cf. Paul. rec. sent. IV. 10. §. 1. Ulp. L. 1. §. 2. D. h. t. cum Iustinianea pudicitiae dedicata L. 5. Cod. h. t. VI. 57. q) Marcian. L. 9. D. de suis et leg. XXXVIII. 16. r) *adire* ins. Dig. Flor. s) *vel alio modo* ins. Cod. Erlang. t) *vel morte uel qua alia ratione* Dig. u) *eorum* Bu. x) *qui adierint* add. G. *quam adierint* add. Cod. Erlang. *et licet decesserint antequam adcresceret, hoc ius ad heredes eorum pertinet.* rel. Dig. Aliter hunc locum concepit Theoph. y) Cf. Ulp. L. 3. §. 9. Gai. L. 4. Ulp. L. 6. D. de B. P. XXXVII. 1. Iustinian. L. un. §. 10. Cod. de caduc. toll. VI. 51. De SCtis Tertulliano Orphitianoque Ulp. fragm. XXVI. §. 7. 8. hoc ordine hisque disserit verbis: „*Ad liberos matris intestatae hereditas ex lege duodecim tabularum non pertinebat; quia feminae suos heredes non habent. sed postea imperatorum Antonini et Commodi oratione in senatu recitata id actum est, ut sine in manum conventione matrum legitimae hereditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis et reliquis agnatis. Intestati filii hereditas ad matrem ex lege duodecim tabularum non pertinet; sed si ius liberorum habeat, ingenua trium, libertina quatuor, legitima heres fit ex senatusconsulto Tertulliano; si tamen ei filio neque suus heres sit, quive inter suos heredes ad bonorum possessionem a praetore vocatur, neque pater, ad quem lege hereditas bonorumve possessio cum re pertinet, neque frater consanguineus. quodsi soror consanguinea sit, ad utrasque pertinere iubetur hereditas*".

Tit. V. a) Cf. supra Comm. I. §. 94. b) Cf. Comm. I. §. 188. et infra h. C. §. 27. c) Cf. supra h. C. §. 12. et infra §. 28. d) Cf. supra h. C. §. 14. e) Cf. Ulp. XXVI. §. 7. 8. f) Versus unius spatium vacuum. g) Cf. supra h. C. §. 19. 20. item §. 9. Inst. de her. quae ab int. III. 1. Ulp. XXVIII. §. 8. et Collat. XVI. §. 7. h) Cf. supra h. C. §. 21. Ulp. XXVIII. §. 9. Epit. II. 8. §. 7. et §. 12. Inst. de grad. cogn. III. 6.

post suos heredes vocat, id est, non eo gradu vocat, quo per legem vocarentur, si capite minuti non essent; sed tertio proximitatis nomine: licet enim capitis diminutione ius legitimum perdiderint, certe cognationis iura retinent [i]. *itaque si quis alius sit, qui integrum ius agnationis habebit, is potior erit, etiamsi longiore gradu fuerit.* §. *Idem* [k] *iuris est, ut quidam putant, in eius agnati persona, qui, proximo agnato omittente hereditatem, nihilo magis iure legitimo admittitur. sed sunt, qui putant, hunc eodem gradu a praetore vocari, quo etiam per legem agnatis hereditas datur.* §. *Feminae* [l] *certe agnatae, quae consanguineorum gradum excedunt, tertio gradu vocantur, id est, si neque suus heres, neque agnatus ullus erit.* §. *Eodem* [m] *gradu vocantur etiam eae personae, quae per feminini sexus personas copulatae sunt.* G. §. 28. G. §. 29. G. §. 30.

Post suos heredes, eosque, quos inter suos heredes praetor et constitutiones vocant [n], et post legitimos — quo [o] numero sunt agnati et hi, quos in locum agnatorum tam supradicta [p] senatusconsulta, quam nostra erexit constitutio [q] — proximos cognatos praetor vocat. I. pr. §. Qua parte naturalis cognatio spectatur. nam [r] agnati capite diminuti, quique [s] ex his progeniti sunt, ex lege duodecim tabularum inter legitimos non habentur [t], sed a praetore tertio ordine vocantur; exceptis solis tantummodo fratre et sorore emancipatis, non etiam liberis eorum, quos lex Anastasiana [u] cum fratribus integri iuris constitutis vocat quidem [x] ad legitimam fratris hereditatem, sive sororis, non aequis tamen [y] partibus, sed cum aliqua diminutione, quam facile est ex ipsius constitutionis verbis colligere. aliis vero agnatis inferioris gradus, licet capitis diminutionem passi non sunt [z], tamen eos anteponit, et procul dubio cognatis [a]. §. [b] Hos [c] etiam [d], qui per feminini sexus personas ex transverso cognatione iunguntur, tertio gradu proximitatis nomine praetor ad successionem vocat [e]. I. §. 1. I. §. 2.

§. Liberi [f] quoque, qui in adoptiva familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu [g] vocantur. I. §. 3. G. §. 31.

§. Vulgo quaesitos nullum habere agnatum [h] manifestum est, cum agnatio a patre, cognatio a matre sit [i]; hi autem nullum patrem habere intelleguntur [k]. eadem ratione ne [l] inter se quidem possunt videri consanguinei esse, quia consanguinitatis ius species est agnationis. tantum igitur [m] cognati sunt sibi, sicut ex matre cognati [n]. itaque omnibus istis I. §. 4.

---

i) Cf. supra Comm. I. §. 158. k) Cf. supra h. C. §. 12. §. 22. et §. 7. Inst. de leg. agn. succ. III. 2. l) Cf. supra h. C. §. 23. et §. 3. Inst. de leg. agn. succ. III. 2. m) Cf. supra h. C. §. 24. item §. 1. Inst. h. t. Ulp. XXVIII. §. 9. cit. Epit. II. 8. §. 7. cit. n) Cf. pr. §. 4. Inst. de leg. agn. succ. III. 2. o) *quorum* G. Be. p) Vide titulos praecedentes. q) L. 15. Cod. de leg. her. VI. 58. r) *praetor vocat, qua parte naturalis cognatio spectatur. nam* Hal. G. *Praetor vocat ex parte, qua nat. cogn. spectatur.* §. 1. *Nam* Bu. Editioni Gottingensi noster §. 2. est §. 1. Secuti sumus Baud. Bi. Be., nec non Theoph. s) *quive* Bu. t) Cf. Iulian. L. 1. D. unde legitimi. XXXVIII. 7. Pompon. L. 5. D. unde cognati. XXXVIII. 8. Cf. ad §. 2. tit. praeced. u) Cuius hodie non extantis fit mentio ab ipso Anastas. L. 4. Cod. de leg. tut. V. 30. Iustinian. L. 13. §. 1. Cod. de leg. her. VI. 58. Theoph. §. 12. de grad. cogn. III. 6. x) *quo* vel *quoque* Cod. Erlang. y) *tamen* om. Cod. Erlang. z) *sint* Bu. a) Cf. loca not. u) cit. b) Incipit §. 1. edit. Gotting. reliquarumque Cuiacianarum. c) *Eos* Hal. d) *autem* Bu. e) Cf. supra ad pr. Inst. de SCto Tertull. III. 3. f) Cf. Epit. II. 7. §. 8. cit. g) *scilicet tertio* ins. Bu. h) *nullos . . agnatos* Hal. i) *patre sit, cognatio a matre* Hal. k) *intelligantur* Hal. Cf. Ulp. L. 4. D. unde cognati XXXVIII. 8. Modestin. L. 4. §. 8. D. de gradib. XXXVIII. 10. Id. L. 23. D. de statu hom. I. 5. item supra §. 12. Inst. de nupt. I. 10. l) *nec* Bi. m) *ergo* Hal. n) *sicut et matri cognati sunt* Hal. *sunt* rep. etiam Cod. Erlang.

ex [o] ea parte competit bonorum possessio, qua proximitatis nomine cognati vocantur [p].

I. §. 5. §. [q] Hoc loco et illud necessario admonendi sumus agnationis quidem iure admitti aliquem ad hereditatem etsi decimo gradu sit, sive de lege duodecim tabularum quaeramus, sive de edicto, quo praetor legitimis heredibus daturum se bonorum possessionem pollicetur; proximitatis vero nomine iis solis praetor promittit bonorum possessionem, qui usque ad sextum gradum cognationis sunt, et ex septimo a [r] sobrino sobrinaque nato nataeve [s].

G. §. 32. (cf. §. 2. Inst. III. 9. (10.) p. 132. *§. [t] Quos [u] autem prae|tor vocat ad hereditatem, hi heredes ipso quidem iure non [fiunt, nam] praetor heredes facere non p[otest: per legem enim tantum, vel similem iuris co]ns[titutionem] h[eredes fiunt, veluti] p[er] s[enatusconsultum et co]ns[titutionem] p[rin]ci[pale]m. sed [cum eis qui]dem praetor d[at bonorum] p[ossessionem, lo]co heredum [constituuntur] [x].*

G. §. 33. *§. A[dhuc autem] alios .. [com]plures gradus p[raetor facit in bonorum possessione danda], d[um i]d ag[it], n[e quis sine successore moriatur] [y]. de quibus in his commentariis | — litt. 19 — | hoc ius totum propriis commentariis | — litt. 14 — | solum admonuisse sufficit [z] .... | — vers. 1 — | — litt. 21 — | h[ereditate]m | — litt. 12 — | — vers. 1 — | in | — litt. 48 — | lege*

p. 133. *| — litt. 24 — | — vers. 7 — | post eam vocat | — litt. 20 — | uxorem | — litt. 34 — || — pag. 1 — |.*

G. §. 34. (cf. §. 1. Inst. tit. cit.) p. 134. *§. [item ab in]|testato heredes suos et agn[ato]s ad bonorum possessionem vocat. quibus casibus beneficium eius in eo solo videtur aliquam utilitatem [habere, quod] is, qui ita bonorum possessionem [petit], interdicto, cuius principium est „quorum bonorum", uti possit. cuius interdicti quae sit utilitas, suo loco [a] proponemus. alioquin remota quoque bonorum possessione ad eos hereditas pertinet iure civili.*

G. §. 35. *§. Ceterum [b] saepe quibusdam ita datur bonorum possessio, ut is, cui data sit,*

G. §. 36. *[* non *] obtineat hereditatem: quae bonorum possessio dicitur sine re. §. Nam si verbi gratia iure facto testamento heres institutus creverit hereditatem, sed bonorum possessionem secundum tabulas testamenti petere noluerit, contentus eo, quod iure civili heres sit, nihilominus ii, qui nullo facto testamento ad intestati bona vocantur, possunt petere bonorum possessionem: sed sine re ad eos hereditas pertinet, cum testamento scriptus heres*

---

o) ex om. G. et Cod. Erlang. p) C. N. (a Cuiac. Baud. Vult. ad verba §. 1. *Qua parte naturalis cognatio spectatur relata*): „Sed hodie (*Hodie vero* Baud.) aequaliter succedunt agnati et cognati omni cessante differentia". In Ms. Gotting. haec scripta sunt: „Novo iure aequaliter vocantur proximi, agnatione non inspecta, ut supra diximus tit. de capitis deminutione". Ex Nov. 118. c. 3. 4. Auth. *Post fratres* Cod. de leg. hered. VI, 58. q) Hunc quoque §phum, aeque ac priorem, quartum numerant Bi. Be. Bu. r) a om. Hal. s) *natave* M. ὁ υἱὸς ἤγουν ἡ θυγάτηρ τοῦ σωβρίνου ἢ τῆς σωβρίνας Theoph. Cf. Fragm. Vat. §. 216. Papin. L. 9. pr. D. unde cognati XXXVIII. 8. t) Quae sequuntur usque ad §. 38. Iustiniano ansam dedisse videntur ad peculiarem titulum *de bonorum possessionibus* omni loco de successionibus in bona defunctorum postponendum; certe Gaii §. 32. et 33. magnam partem congruunt cum §. 2. Inst. de bon. poss. III. 9. (10.) Cum vero praeter hos §phos 32. et 33. reliqua omnia, certe quae in cod. Ver. legi possunt, ab institutionibus Iustiniani differant, hunc Gaii locum suo ordine movere ausi non sumus. u) Cf. Ulp. XXVIII. §. 12. item infra Comm. IV. §. 34. x) Per totum hunc §phum diligenter notavi omnes litteras, quae genuinae, quaeve ex institutionibus Iustiniani ab editore desumptae et restitutae sint; vix autem me cohibui, quin quae de senatusconsultis et de constitutionibus hic leguntur tamquam Gaio aliena omiserim, non enim video, quo pacto Gaius de successione legitima ex senatusconsulto vel ex constitutione principali hoc loco disserere potuerit, qui supra (§. 24. h. c.) ne Tertullianum quidem SCtum agnoverit. y) Etiam haec editor e §. 2. Inst. cit. desumpsit. z) Loci sententia haud dubie haec est: Gaius ait, se ceteros istos bonorum possessionis gradus in his commentariis summo tantum digito tangere, cum de bonorum possessionis iure plenius propriis commentariis egerit. Goesch. a) Cf. infra Comm. IV. §. 144. b) Cf. Ulp. XXVIII. §. 13. XXIII. §. 6. et supra Comm. II. §. 148.

evincere hereditatem possit. §. *Idem iuris est si intestato aliquo mortuo suus heres no[lue-* G. §. 37.
rit petere bonorum possessionem, contentus legitimo iure: nam] et agnato competit quidem bonorum possessio, sed sine re, cum evinci hereditas a [fil]io herede po[ssit][c]. *et illud convenien[*ter dice*]tur: si ad agnatum iure civili pertinet hereditas, et hic adierit hereditatem, sed [bonorum possessionem] petere noluerit, etsi quis ex proximis cognatis petierit, sine re habebit bonorum possessionem propter eamdem rationem.* §. *Sunt et alii quidam* G. §. 38.
similes casus, quorum ali[quos] [superiore commentario[d] *tradidimus.* p. 135.

TIT. VI.
DE GRADIBUS COGNATIONIS[a].

Hoc[b] loco[c] necessarium est exponere, quemadmodum gradus cognationis nume- I. pr.
rentur[d]. qua in re[e] imprimis[f] admonendi sumus cognationem aliam supra numerari, aliam infra, aliam ex transverso, quae etiam a latere dicitur[g]. superior[h] cognatio est parentum, inferior liberorum; ex transverso fratrum sororumve, eorumque[i], qui quaeve[k] ex his progenerantur[l], et convenienter patrui, amitae, avunculi, materterae. et[m] superior quidem et inferior cognatio a primo gradu incipit; at ea, quae ex transverso, nu-
meratur a secundo[n]. §. Primo gradu est[o] supra pater, mater; infra filius, filia. §. Se- I. §. 1.
cundo[p] supra avus, avia; infra nepos, neptis; ex transverso frater, soror. §. Tertio[p] su- I. §. 2. I. §. 3.
pra proavus, proavia; infra pronepos, proneptis; ex transverso fratris sororisque filius, filia, et convenienter patruus, amita, avunculus, matertera. patruus est frater patris, qui Graece *πατρῷος* vocatur[q]; avunculus est frater matris, qui apud Graecos proprie[r] *μητρῷος* et promiscue *θεῖος* dicitur[s]. amita est patris soror[t]; matertera vero matris soror[u]; utra-
que[x] *θεία* vel apud quosdam *τιτθίς*[y] appellatur. §. Quarto gradu[z] supra abavus, aba- I. §. 4.
via; infra abnepos, abneptis; ex transverso fratris sororisque nepos, neptis, et convenienter patruus magnus, amita magna, id est avi frater et soror; item[a] avunculus magnus et matertera magna, id est aviae frater et soror[b]; consobrinus, consobrina, id est qui quaeve ex fratribus aut sororibus progenerantur[c]. sed quidam recte consobrinos eos proprie dici putant, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi consororinos eos vero, qui ex duobus fratribus progenerantur[d], proprie fratres[e] patrueles vocari; si autem ex duobus fratribus filiae nascuntur, sorores patrueles appellari; at eos, qui ex fratre et sorore propagan-

---


c) Cf. Ulp. XXVIII. §. 13. cit. d) Cf. Comm. II. §. 119. 148. 149.

Tit. VI. a) *Cognationum.* Hal. *Cognatorum.* Bu. b) *in* ins. Bu. c) Basil. XXVIII. 5, 1. d) Cf. Paul. L. 10. D. h. t. XXXVIII. 10. et Isid. Or. IX. c. 6. sqq. e) *Quare* Hal. G. Be. f) *imprimis* om. Bu. g) Cf. Paul. L. 9. D. h. t. h) *quidem* ins. Bu. quod agnoscere videtur Theoph. i) *et eorum* Hal. *et sororum, sive eorum* Bu. k) *quaeve* om. Bu. l) *generantur* Hal. m) *Sed* Bu. *Καὶ* Theoph. n) Cf. Gai. L. 1. pr. §. 1. D. h. t. o) *sunt* cit. L. 1. §. 3. p) *gradu* ins. Hal. *gradu sunt* ins. cit. L. 1. §. 4. 5. q) *πατράδελφος appellatur.* Hal. r) *proprie* om. Cod. Erlang. s) *qui graece μητράδελφος dicitur. et uterque promiscue θεῖος appellatur* Hal. t) *quae graece πατραδέλφη appellatur* add. Hal. u) *quae graece μητραδέλφη dicitur. et* add. Hal. x) *promiscue* ins. Hal. y) *vel apud quosdam τιτθίς* om. Hal. z) *sunt* ins. cit. L. 1. §. 6. a) *item* om. Dig. l. c. b) Sequuntur in Dig. l. c. haec: „*item fratres patrueles, sorores patrueles, id est qui quaeve ex duobus fratribus progenerantur. item consobrini consobrinaeque, id est qui quaeve ex duabus sororibus nascuntur, quasi consororini. item amitini, amitinae, id est qui quaeve ex fratre et sorore propagantur. sed fere vulgus omnes istos communi appellatione consobrinos vocant*". Ita fere et Theoph. c) *sororibus aut fratribus procreantur* Hal. d) *nascuntur.* Bu. e) *fratres* om. Bi.

tur[f], amitinos proprie dici[g]. amitae tuae filii consobrinum te appellant, tu illos amitinos.
I. §. 5. §. Quinto[h] supra atavus, atavia[i]; infra atnepos, atneptis; ex transverso fratris sororisque pronepos[k], proneptis; et convenienter propatruus[k], proamita, id est proavi frater et soror[l]; proavunculus[m], promatertera, id est proaviae frater et soror. item fratris patruelis,[n] sororis patruelis, consobrini,[o] consobrinae, amitini,[o] amitinae[p] filius, filia; propior[q] sobrino, propior[q] sobrina[r]. hi[s] sunt patrui magni, amitae magnae, avunculi
I. §. 6. magni, materterae magnae filius, filia. §. Sexto gradu[t] supra tritavus, tritavia[u]; infra trinepos, trineptis; ex transverso fratris sororisque[x] abnepos, abneptis; et convenienter abpatruus, abamita, id est abavi frater et soror; abavunculus, abmatertera, id est abaviae frater et soror[y]. item[z] sobrini sobrinaeque[a], id est qui quaeve ex fratribus vel sorori-
I. §. 7. bus patruelibus, vel consobrinis, vel amitinis progenerantur. §. Hactenus ostendisse sufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. namque ex his palam est intellegere, quemadmodum ulteriores quoque[b] gradus numerare debeamus[c], quippe semper generata quaeque[d] persona gradum adiiciat[e], ut longe facilius sit respondere quoto quisque gradu
I. §. 8. sit, quam propria cognationis appellatione quemquam denotare. §. Agnationis quoque gra-
I. §. 9. dus eodem modo numerantur. §. Sed cum magis veritas oculata fide, quam per aures animis hominum infigitur[f], ideo necessarium duximus post narrationem graduum eos etiam praesenti libro inscribi, quatenus possint et auribus et oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci[g].

---

f) *progenerantur* Hal. g) *putant* add. Hal. h) *gradu* ins. Hal. *gradu sunt* ins. cit. L. 1. §. 7. i) *adavus, adavia* Hal. k) *et* ins. Dig. l) *et* ins. Hal. *convenienter* iterum habet Cod. Erlang. m) *et* ins. Hal. et Dig. n) *vel* ins. Hal. o) *et* ins. Hal. p) *sororis patruelis filius, filia; et similiter consobrini, consobrinae, item amitini, amitinae* Dig. q) *propius* Hal. r) *sobrinae* Bi. πρόπρωος σοβρῖνος καὶ πρόπρωα σοβρῖνα Theoph. Cum Hal. facere videtur Paulus in Fragm. Vat. §. 302. „*sobrinus sobrinave propiusve eos*". Ulp. L. 5. pr. D. de iniur. XLVII. 10. (ex lege Cornelia) „.. *sobrinusve est, propiusve eorum*"; item Fest. v. *Sobrinus* „.. *propius sobrino et sobrina*", Diocl. et Max. L. 2. Cod. comm. de success. VI. 59. „*propius sobrino*". Cf. L. Servil. repetundar. ex ed. Klenzii p. 14. 36. 38. Marcian. L. 1. §. 1. D. de lege Iulia repet. XLVIII. 11. Theophilum adiuvare videtur Isid. Or. IX. c. 7. pag. 1062. ex ed. Gothofr.; sed, editio Arevali (tom. III. p. 449. 450.) in utroque stemmate habet *propior sobrinus, propior sobrina*; sic quoque in Contii codd. mss. institutionum, nec non in Diocl. et Max. L. 2. Cod. unde legitimi VI. 15. legitur. Nostrae eidemque omnium plerorumque codicum msptorum Institutionum lectioni non contrarius est Tac. Ann. XII. c. 64. „*Lepida, .. Agrippinae sobrina prior*". s) *isti* Dig. t) *sunt* ins. cum Dig. Bu. u) *triavus, triavia* scribitur in Dig. Flor. x) *et sororis* Dig. y) *sororque* Bu. z) *item propatrui, proamitae, proavunculi, promaterterae filius, filia: item propius sobrino sobrinave filius, filia* ins. Hal. In hunc modum Dig. Florent. pergunt: „*item patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae nepos, neptis. item fratris patruelis, sororis patruelis, consobrini, consobrinae, amitini, amitinae nepos, neptis. propatrui, proamitae, proavunculi, promaterterae filius, filia. item qui ex fratribus patruelibus, aut consobrinis, aut amitinis undique propagantur, qui proprie sobrini vocantur*". Lacunis in hoc loco deformatur Theoph. a) *sobrinae* Hal. Cf. Donat. in Ter. Andr. IV. 5. 6. b) *quoque* om. Bi. c) *debemus* Bi. *namque ... debeamus* om. Theoph. d) *quaeque* om. Hal. Theoph. e) *adiicit* Hal. *adiciat* G. f) *infigatur* Hal. g) In vulgus notum est hic cognationis stemmati seu εἰκονισμῷ inserendo spatium in codicibus mss. tam institutionum, quam Theophilinae paraphraseos vacare, et iam Accursius „unde quidam" ait „habent hic arborem". Quo factum est, ut complures codices mss. et plerique omnes ante Cuiacium editi libri novam inseruerint rubricam „De Servili Cognatione". Sed iam ante Cuiacium ex paraphrasi abesse hanc rubricam insserat Viglius Zuichemus; Cuiacius etiam ex ipsis institutionibus expunxit. Ex iis, quas sedulo conferimus, editionibus praeter Hal. novam istam rubricam nec Bu. reiecit, et est in ipso cod. Erlang. iam post finem §i 7. posita, sed in margine ad verba *Illud certum* relata. Quod sequitur cognationum stemma neque ad ea, quae Latina ap. Isidorum Or. (p. 1059—1062. ed. Gothofr. ed. Areval. tom. III. p. 450.) et Cuiacium (obss. VI. 40. ex Theodosiani codicis mspto) leguntur, neque ad Graecum a Viglio ex veteri Graeco codice transscriptum delineavi; sed potius qua mihi facilius perspectu visum est ratione disposui. De formis stemmatum, tum hominis (ut in Dorvill. cod. ms. institt.), tum scalae proclivisve loci (ut ap. Vigl. Cuiac.), tum arboris (ut ap. Hal.) instar dispositorum monere huius loci non est. Nullum exhibent εἰκονισμὸν Bi. Bo. Bu.



*) Cf. §. 4. Inst. h. t.

b et *e* sunt inter se fratres sororesve patrueles; *β* et *ε* consobrini consobrinaeve; *b* et *ε*, *β* et *e* amitini amitinaeve; quorum quarumve omnium filii filiaeve (*f* et *c γ ζ*, *c* et *f ζ*, *γ* et *f ζ*, *ζ* et *f c γ*) sunt inter se sobrini sobrinaeve. Sobrini (sobrinae) pater vel mater est propior sobrino (sobrina).

[TIT. VII.]

[DE SERVILI COGNATIONE [h].]

§. [i] Illud certum est, ad serviles cognationes illam partem edicti, qua proximitatis I. §. 10.
nomine bonorum possessio promittitur, non pertinere [k]; nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur [l]. sed nostra constitutione [m], quam pro iure patronatus fecimus, — quod ius usque ad nostra tempora satis obscurum atque nube plenum et undique confusum fuerat [n] — et hoc humanitate suggerente concessimus, ut, si quis in servili consortio constitutus liberum [o] vel liberos habuerit, sive ex libera sive ex servilis condicionis muliere, vel contra [p] serva mulier ex libero vel [q] servo habuerit liberos cuiuscumque sexus, et ad libertatem his pervenientibus et [r] ii, qui ex servili ventre nati sunt, libertatem meruerint, vel, dum mulieres liberae erant, ipsi in servitute eos habuerint, et postea ad libertatem pervenerint [s], ut hi omnes ad successionem patris vel matris [t] veniant, patronatus iure in hac parte sopito. hos enim liberos non solum in suorum parentum successionem, sed etiam alterum in alterius mutuam successionem vocavimus [u], ex illa lege specialiter eos vocantes, sive soli inveniantur, qui in servitute nati et postea manumissi sunt, sive una cum aliis, qui post libertatem parentum concepti sunt, sive ex eodem patre vel [v] ex eadem matre, sive ex aliis [w], ad similitudinem eorum, qui ex iustis nuptiis procreati sunt [x]. §. [y] Repetitis itaque omnibus, quae iam tradidimus, apparet, non semper eos, qui I. §. 11.
parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari, eoque amplius ne [z] eum quidem, qui proximior sit cognatus, semper potiorem esse. cum enim prima causa sit suorum heredum et eorum, quos [a] inter suos heredes iam [b] enumeravimus, apparet pronepotem vel abnepotem [c] defuncti potiorem esse, quam fratrem aut patrem matremque defuncti; cum alioquin pater quidem [d] et mater, ut supra quoque [e] tradidimus, primum gradum cognationis obtineant, frater vero secundum, pronepos autem tertio gradu sit cognatus [f], et abnepos quarto; nec interest, [g] in potestate morientis fuerit, an non, quod [h] vel emancipatus, vel ex emancipato, aut feminino [i] sexu propagatus est. §. [k] Amotis itaque [l] suis heredibus, quosque [m] I §. 12.
inter suos heredes vocari diximus, agnatus, qui integrum ius agnationis habet, etiamsi longissimo gradu sit, plerumque potior habetur, quam proximior cognatus [n]. nam patrui nepos vel pronepos avunculo vel materterae praefertur [o]. totiens igitur dicimus aut potio-

[TIT. VII.] *h*) Vid. not. *g*) pag. 148. *i*) Ap. Hal. Bu. principium novi tituli. *k*) Cf. Ulp. L. 1. §. 2. D. unde cogn. XXXVIII. 8. Paul. L. 10. §. 5. D. h. t. XXXVIII. 10. Cf. dein Iustinian. L. 3. Cod. de bonis libertor. VI, 4. §. 10. Inst. de nupt. I. 10. et Paul. L. 14. §. 2. 3. D. de ritu nupt. XXIII. 2. *l*) *computatur* Bu. *m*) L. 4. Cod. de bon. libert. VI. 4. Cf. supra §. 7. Inst. de leg. agn. succ. III. 2. pag. 141. not. *g*. *n*) *erat* Bi. Be. *o*) Cf. Gai. L. 148. D. de verb. sign. L. 16. *p*) *si* add. Bu. *q*) *ex* rep. Bu. *r*) *et* om. Hal. *s*) *meruerunt* ... *habuerunt* ... *pervenerunt* Bi. *t*) *matris vel patris* Bu. *u*) *vocamus* Bu. *v*) *sive* Hal. *w*) *nuptiis* ins. Hal. Bu. non agn. Theoph. *x*) *procreantur* Bu. *τεχθέντες* Theoph. *y*) Ap. Bu. §. 1. tituli VII. *z*) *nec* Bi. Charond. *a*) *et eorum quosque* G. *quosque* Bu. om. *et eorum*. *τῶν σουΐων καὶ τῶν συναριθμουμένων τοῖς σουΐοις* Theoph. *b*) *iam* om. Hal. *c*) *adnepotem* G. Bi. Be. *ἀπέγγονον* Theoph. *d*) *quidem* om. Bu. *e*) *quoque* om. Bu. Cf. §. 1. h. t. *f*) *cognationis* Hal. *g*) *utrum* ins. Bu. *h*) *an non fuerit, quia* Bu. *i*) *ex femineo* Hal. *k*) Ap. Bu. §. 2. tit. VII. *l*) *quoque* Hal. G. Bi. Be. *Ἠ τῖμι δὲ μὴ ὄντων σουΐων* Theoph. *m*) *et quos* G. Be. *n*) Cf. Diocl. et Max. L. 5. sqq. Cod. de legit. hered. VI. 58. *o*) *praeferuntur* Bu.

rem haberi eum, qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati sunt, quotiens neque suorum heredum iure[p], quique inter suos heredes sunt, neque agnationis iure aliquis praeferri debeat secundum ea, quae tradidimus; exceptis fratre et sorore emancipatis, qui ad successionem fratrum vel sororum vocantur; qui, et si capite diminuti sunt, tamen praeferuntur ceteris ulterioris gradus agnatis.

TIT. VII. [VIII.]

DE SUCCESSIONE LIBERTORUM.

I. pr. G. §. 39. §.[a] Nunc de libertorum bonis videamus. G. §. 40. §. Olim[b] itaque licebat liberto patronum suum impune *in* testamento praeterire[c]. nam ita demum lex duodecim tabularum ad hereditatem liberti[d] vocabat patr[o-n]um, si intestatus mortuus esset libertus nullo suo herede relicto. itaque intestato quoque[e] mortuo liberto, si is suum heredem reliquisset (*reliquerat*), nihil in bonis eius patrono iuris erat. et siquidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur *esse* querela; si vero *vel* adoptivus filius *filiave, vel uxor, quae in manu esset, sua heres* fuisset (*esset*), aperte iniquum erat nihil iuris patrono superesse.

I. §. 1. G. §. 41. §. Qua[f] de causa postea praetoris edicto haec[g] iuris iniquitas emendata est[h]; sive enim faciebat (*faciat*) testamentum libertus, iubebatur (*iubetur*) ita testari, ut patrono *suo* partem dimidiam bonorum suorum relinqueret (*relinquat*), et si aut[i] nihil, aut minus parte dimidia[k] reliquerat[l] (*quam partem dimidiam reliquerit*), dabatur (*datur*) patrono contra tabulas testamenti partis dimidiae bonorum possessio[m]; sive (*si vero*) intestatus moriebatur (*moriatur*) suo herede relicto adoptivo filio, [*vel*] *uxore, quae in manu ipsius esset, vel nuru, quae in manu filii eius fuerit*, dabatur (*datur*) aeque patrono contra hunc suum heredem (*adversus hos suos heredes*) partis dimidiae bonorum pos-

p. 136. sessio. prodesse (*prosunt*) autem liberto solebant ad ex|cludendum patronum naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habebat (*habet*), sed etiam emancipati et in adoptionem dati, [si] modo aliqua ex parte heredes scripti erant ([*sint*), aut praeteriti con]tra tabulas *testamenti* bonorum possessionem[n] ex edicto petierant (*petierint*); nam exheredati nullo modo repellebant (*repellunt*)[o] patronum.

I. §. 2. G. §. 42. §. Postea[p] lege Papia adaucta (*aucta*) sunt iura patronorum, qui (*quod ad*) locupletiores libertos habebant (*perti-*

p) *iure* om. Hal.

Tit. VII. [VIII.] a) Praecedit in cod. Ver. spatium vacuum inscriptioni ut videtur destinatum. b) Cf. Ulp. XXVII. §. 1. XXIX. §. 1. c) Cf. §. 10. tit. praec. Ulp. L. 3. pr. D. de suis et leg. XXXVIII. 16. L. 196. §. 1. D. de verb. sign. L. 16. d) *liberti* om. Cod. Erlang. e) *quoque* om. Hal. f) Cf. Ulp. XXIX. cit. §. 1. g) *huius* Bu. h) Cf. tit. D. de bon. lib. XXXVIII. 2. i) *si autem* Be. om. *et*. k) *partis dimidiae* Bi. l) *relinquerat*, ut solet. G. m) Cf. Ulp. L. 3. §. 10. D. tit. cit. Suet. in Nerone c. 32. n) *possessiones* Bi. Be. Ba. o) Cf. Ulp. L. 1. §. 10. D. de suis et legit. XXXVIII. 16. p) *vero* ins. Hal.

net). cautum est enim[q] *ea lege*, ut ex bonis eius, qui sestertium centum milium (*sestertiorum* | – *litt.* 20 – |)[r] patrimon[ium reliquerat (*relique*]*rit*) et pauciores, quam três liberos habebat (*habebit*), sive is testamento facto, sive intestato[s] mortuus erat (*erit*), virilis pars patrono deberetur (*debeatur*). itaque cum unum[t] filium filiamve (*unamve filiam*) heredem reliquerat (*reliquerit*) libertus, perinde pars dimidia patrono debebatur (*debetur*), [ac si] is sine ullo filio filiave testatus[u] decessisset (*moreretur*); cum vero[v] d[uos] duasve heredes reliquerat (*reliquerit*), tertia pars patrono debebatur (*debetur*); si tres reliquerat, repellebatur (*relinquat, repellitur*) patronus[x].

[y]§. *In bonis*[z] *libertinarum nullam iniuriam antiquo iure patiebantur patroni. cum*[a] G. §. 43.
enim hae in pat[ro]norum legitima tutela essent, non aliter scilicet testamentum facere pot-
erant, quam patrono auctore. itaque sive auctor ad testamentum faciendum |*factus* p. 137.
| – *litt.* 33 – | – *vers.* 1 – | – *litt.* 37 – | *auctor* .... *non erat* | – *litt.* 16 – | *morte* ....
| – *vers.* 2 – | *possit patronum a bonis* | – *litt.* 17 – | [*re*]*pellere.* §. *Sed*[b] *postea lex Papia* G. §. 44.
[*cum*] *quattuor liberorum iure libertinas tutela patronorum liberaret*[c], *et eo modo* | – *litt.* 24 – |
[*tu*]*toris auctor*[*itate*] | – *litt.* 23 – | – *vers.* 1 – | ... *habuerit, virilis pars patrono debeatur*[d],
.... *ex bonis eius, quae omnia* | – *litt.* 12 – | *iuris* | – *vers.* 2 – | ....[e] *ad patronum pertinet.*

§. *Q*[*uae*] *autem diximus de patrono, eadem intellegemus et de* .....[f] [*pat*]*roni* G. §. 45.
| – *litt.* 60 – | *vero patro*[*ni*] | – *litt.* 26 – | *nepote filio* | – *litt.* 15 – |[g]. §. *quide*[*m* .... *l*]*ege* G. §. 46.
duodecim tabularum patronis datum est | – *litt.* 26 – | *patron*[*orum liberos*] | – *litt.* 19 – |
testa|*menti liberti* | – *litt.* 21 – | *adoptivum* | – *litt.* 37 – |[h] *bonorum possessionem petat, trium* p. 138.
liberorum iure lege Papia consequitur: aliter hoc ius non habet. §. *Sed ut ex bonis li-* G. §. 47.
bert[*ae suae*] *quattuor liberos habe*[*ntis vir*]*ilis par*[*s ei d*]*ebeatur, liberorum* [*quidem iure*]
| – *litt.* 13 – |[i] *ut quidam putant. sed tamen intestata liberta mortua, verba legis Papiae*
faciunt, ut ei virilis pars debeatur. si vero testamento facto mortua sit liberta, tale ius ei
datur, quale datum est | – *litt.* 22 – | – *vers.* 1 – |[k] *liberique contra tabulas test*[*ament*]*i li-*

q) Cf. Afric. L. 26. D. de bonis libert. XXXVIII. 2. r) E vestigiis cod. Ver. restituendum videtur „*nummorum milia centum, si post militiam fecerit testamentum*". Kl. s) *intestatus* Hal. Bi. Be. t) *quidem* ins. Hal. G. u) *intestatus* Hal. Bi. Be. et libri mss. — Theophilus vocem omnino non exhibet. v) *vero* om. Bi. Be. x) Cf. Pauli sent. rec. II. 2. y) Praecedit in cod. Ver. versus unius spatium vacuum. z) Cf. Ulp. XXIX. §. 2. a) Cf. Liv. XXXIX. 9. item supra Comm. I. §. 192. et Comm. II. §. 118. et 122. b) Cf. Ulp. XXIX. §. 3. c) Cf. supra Comm. I. §. 194. d) In Cod. ita ferme scriptum esse coniicio: „et eo modo *inferret, ut iam sine patroni* tutoris auctoritate *testari possent, prospexit, ut pro numero liberorum, quos superstites liberta* habuerit, u. p. p. d." Cf. Ulp. loc. allegat. Goesch. e) In Cod. fortasse est *hereditas* Goesch. f) prole? filiis? Goesch. g) Loci sententia sine dubio haec est: patroni filios, nec non ceteros liberos masculos per virilem sexum descendentes, velut nepotem ex filio, pronepotem ex nepote filio nato in bonis liberti eadem iura habere, quae ipsi patrono competunt. Cf. infra h. C. §. 58. Ulp. XXVII. §. 1. XXIX. §. 4. Goesch. h) Totius articuli sententia repetenda est ex Ulp. XXIX. §. 5.: „*Feminae vero ex lege quidem duodecim tabularum perinde ius habent, atque masculi patronorum liberi. Contra tabulas autem testamenti liberti, aut ab intestato contra suos heredes non naturales bonorum possessio eis non competit. Sed si ius trium liberorum habuerint, etiam haec iura ex lege Papia Poppaea nanciscuntur*". Goesch. i) Legendum puto: *non consequitur* Goesch. k) Codicis vestigiis adiutus ita fere restituerim: „*contra tabulas testamenti liberti; nam extraneis heredibus scriptis partis dimidiae bonorum possessionem habet patronus, quam patronus* liberique". Cf. supra h. C. §. 41. infra §. 52. et Ulp. XIX. §. 5. Kl.

G. §. 48. berti habent: quamvis parum diligenter ea pars legis scripta sit. §. Ex[l] his apparet, extraneos heredes patronorum longe remoti[ore]s .... iure ... quod .. in [in]testatorum bonis [vel cont]ra tab[ul]as testamenti patrono competit[m].

G. §. 49. §. Patronae[n] olim ante legem Papiam hoc solum ius habebant in bonis libertorum, quod etiam patronis ex lege duodecim tabularum datum est. nec enim ut contra tabulas te[sta]menti, in [quo] p[raeteritae] erant, vel ab intestato contra filium adoptivum vel uxorem nurumve bonorum possessionem par[tis dimidiae] peterent, praetor si[mi]liter
G. §. 50. | — litt. 27 — |[o]. §. [Sed postea lex Papia] duob[us liberis] honoratae ingenuae patronae,
p. 139. |libertinae tribus, eadem fere iura dedit, quae ex edicto praetoris patroni habent[p]. trium vero liberorum iure honoratae ingenuae patronae ea iura dedit, quae per eamdem legem
G. §. 51. patrono data sunt[q]. libertinae autem patronae non idem iuris praestitit. §. Quod autem ad libertinarum bona pertinet, siquidem intestatae decesserint, nihil novi patronae liberis honoratae lex Papia praestat. itaque si neque ipsa patrona, neque liberta [capite diminuta] sit, ex lege duodecim tabularum ad eam hereditas pertinet, et excluduntur libertae liberi: quod iuris est etiamsi liberis honorata non sit patrona; numquam enim, sicut supra[r] diximus, feminae suum heredem habere possunt. si vero vel huius, vel illius capitis diminutio interveniat, rursus liberi libertae excludunt patronam, quia, legitimo iure [capitis diminutione p]erempto[s], evenit, ut liberi libertae cognationis iure potiores habean-
G. §. 52. tur. §. Cum autem testamento facto moritur liberta, ea quidem patrona, quae liberis honorata non est, nihil iuris habet contra libertae testamentum: ei vero, quae liberis honorata sit, hoc ius tribuitur per legem Papiam, quod habet ex edicto patronus contra tabulas liberti.

G. §. 53. §. Eadem lex patronae filiae liberis honoratae patroni[t] iura dedit. sed in huius
p. 140. persona etiam unius |filii filiaeve ius sufficit.

G. §. 54. §. Hactenus omnia iura quasi per indicem tetigisse satis est: alioquin diligentior
G. §. 55. interpretatio propriis commentariis exposita est. §. Sequitur, ut de bonis Latinorum libertinorum dispiciamus.

G. §. 56. §. Quae pars iuris ut manifestior fiat, admonendi sumus, de quo alio loco[v] diximus, eos, qui nunc Latini Iuniani dicuntur, olim ex iure Quiritium servos fuisse, sed auxilio praetoris in libertatis forma servari solitos; unde etiam res eorum peculii iure ad

---

l) Cf. infra h. C. §. 58. et 64. m) Sententia, quantum intelligere possum, haec est: extraneos patroni heredes in bonis liberti nihil iuris habere. Goesch. Quidni legamus: „*ab omni eo iure esse*, quod *vel* in int." etc.? Kl. n) Cf. Ulp. XXVII. §. 1. XXIX. §. 6. o) Legendum videtur: „*ut patrono liberisque eius concessit*". Goesch. p) Cf. Ulp. XXIX. §. 6. q) Cf. Idem XXIX. §. 7., ubi sic legendum: „Item *ingenuae* trium liberorum iure honoratae eadem lex id ius dedit, quod *ipsa patrono* tribuit". Vulgo ita legitur: „Item *liberis ingenuae* t. l. i. h. e. l. i. i. d., q. *ipsi patronae* tribuit". In Cod. Vatic. est: „Item *ingenui* t. l. i. h. e. l. i. i. d. q. *ipsi patrono* tribuit". Goesch. Cf. supra h. C. §. 42. r) Cf. Comm. II. §. 161. Gaius idem fortasse significavit supra h. C. §. 43. Goesch. s) Cf. Ulp. XXVII. §. 5. §. 2. Inst. de SCto Orphit. III. 4. t) Unterholzner sic legendum putat: „Eadem lex patronae filiae liberis honoratae, *item patronae filio* patroni iura dedit". (Vid. Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft. Tom. V pag. 45—47.) Verum si huic accedimus, non videmus quonam modo exciderint verba *item patronae filio*; legendum itaque videtur: „patronae *filio item patronae* filiae" cuius corruptionis origo non obscura manet. Kl. u) Versus unius spatium vacuum. v) Vid. Comm. I. §. 22. item Fragm. veter. ICti de iur. specieb. §. 6. 7. 10.

patronos pertinere solita est: postea vero per legem Iuniam eos omnes, quos praetor in
libertate tuebatur, liberos esse coepisse, et appellatos esse Latinos Iunianos: Latinos ideo,
quia lex eos liberos perinde esse voluit, atque si essent cives Romani ingenui, qui ex urbe
Roma in Latinas colonias deducti Latini coloniarii esse coeperunt; Iunianos ideo, quia
per legem Iuniam liberi facti sunt, etiamsi non cives Romani[x]*. nam ..*[y] *legis Iuniae la-*
tor cum intellegeret futurum, ut ea fictione res Latinorum defunctorum ad patronos per-
tinere desinerent, | — litt. 11 — | *ut servi decederent, ut possent* | — litt. 12 — |[z] *eorum ad pa-*
tronos pertinere, neque |*liberti Latini hominis bona possent manumissionis iure ad patro-* p. 141.
nos pertinere; necessariu[*m existimavit*]*, ne beneficium istis datum in iniuriam* [*patrono*]*-*
rum converteretur, cavere, ...[a] *libertorum proinde ad manumissores pertinerent, ac*
si lex lata non esset. itaque[b] *iure quodammodo peculii bona Latinorum ad manumisso-*
res ......[c] *pertinent.* §. | — litt. 17 — |[d] *differant* [*ea*] *iura, quae in bonis Latinorum ex* G. §. 57.
lege Iunia constituta sunt, ab his, quae in hereditate[e] *civium Romanorum libertorum ob-*
servantur. §. *Nam*[f] *civis Romani liberti hereditas ad extraneos heredes patroni nullo* G. §. 58.
modo pertinet: ad filium autem patroni nepotesque ex filio, et pronepotes ex nepote ....[g]
nato omni modo pertinet, etiamsi [* *a* *] *parente fuerint exheredati. Latinorum*[h] *autem*
bona tamquam peculia servorum etiam ad extraneos heredes pertinent, et ad liberos ma-
numissoris exheredatos non pertinent. §. *Item* [*civis Romani liberti*] *hereditas ad duos* G. §. 59.
pluresve patronos aequaliter pertinet, licet dispar in eo servo dominium habuerint: bona
vero Latinorum pro ea parte pertinent, pro qua parte quisque eorum dominus fuerit.
§. *Item*[i] *in hereditate civis Romani liberti patronus alterius patroni filium excludit, et* G. §. 60.
filius patroni alterius patroni nepotem repellit. bona autem La|*tinorum et ad ipsum pa-* p. 142.
tronum et ad alterius patroni heredem simul pertinent pro qua parte ad ipsum manumis-
sorem pertinerent. §. *Item*[k] *si unius patroni tres forte liberi sunt et alterius unus, here-* G. §. 61.
ditas civis Romani liberti in capita dividitur, id est, tres fratres tres portiones ferunt, et
unus quartam: bona vero Latinorum pro ea parte ad successores pertinent, pro qua parte
ad ipsum manumissorem pertinerent. §. *Item si alter ex his patronis suam partem in* G. §. 62.
hereditate[l] *civis Romani liberti spernat, vel ante moriatur quam cernat, tota hereditas ad*
alterum pertinet: bona autem Latini pro parte decedentis[m] *patroni caduca fiunt, et ad*
populum pertinent.

---

x) Cf. cit. Fragm. §. 8. Ulp. I. §. 10. Iustinian. L. un. pr. C. de Lat. libert. toll. VII. 6. y) Aut *praetor* legendum videtur, aut *populus Romanus*: utraque tamen lectio difficultatibus implicatur. Librarius verbum *iuniae* bis scripsit. Goesch. Fortasse legendum: „nam *Pr. Iunius* legis Iuniae lator". Kl. z) Kellerus in Addendis ad Ed. 1. sic legendum existimat: „desinerent *quia nec amplius ut servi decederent ut possent*". Cuius lectionis partem posteriorem (*ut servi* etc.) in contextum recepi; ea enim nullam habet dubitationem. At idem de verbis *quia nec amplius* dici non potest. Mihi verisimilior videtur haec scriptura: „*ob id quod neque*". Deinde in cod. sic esse puto: „*iure peculii res*". Goesch. a) Sententia exigit „*ut bona horum*". Goesch. b) Cf. §. ult. Inst. h. tit. et cit. L. un. C. c) Lego *eorum*. Goesch. d) In Cod. fuerit: „*unde evenit ut multum*"; vel simile aliquid. Id. e) In cod. Ver. est *hereditatem*. Cf. Klenzii Legis Servil. fragm. p. 23. not. 8. et hoc libro paulo infra not. l. o. f) Cf. infra h. C. §. 64. et supra §. 48. 45. g) Legendum videtur aut *filio nato* (Cf. supra h. C. §. 2.), aut, quod Sandero placet, *prognatos*. Goesch. h) Cf. infra h. C. §. 63. sq. i) Cf. Ulp. XXVII. §. 2. 3. §. 3. Inst. h. tit. k) Cf. Ulp. XXVII. §. 4. cit. §. 3. Inst. l) Cod. *hereditatem*. Cf. not. e et o. m) *decedentis* est in Cod. Sed haud scio, an legendum sit *deficientis*. Goesch.

G. §. 63. §. Postea[n] Lupo et Largo consulibus senatus censuit, ut bona Latinorum primum ad e[os] pertinerent, qui eos liberassent; deinde ad liberos eorum non nominatim exheredatos, uti quisque proximus esset: tunc antiquo iure ad heredes eorum, qui liberassent, per-
G. §. 64. tinerent. §. Quo senatusconsulto quidam [* id *] actum esse putant, ut in bonis Latinorum eodem iure utamur, quo utimur in hereditate civium Romanorum libertinorum. idemque maxime Pegaso placuit. quae sententia aperte falsa est. nam civis Romani liberti he-
p. 143. reditas numquam ad extraneos patroni heredes |[pertinet: bona autem] Latinorum etiam ex hoc ipso senatusconsulto, non obstantibus liberis manumissoris, etiam ad extraneos heredes pertinent. item in hereditate[o] civis Romani liberti liberis manumissoris nulla exheredatio nocet: in bonis Latinorum [autem noc]ere nominatim factam exheredationem [ip]so senatusconsulto significatur. | — litt. 11 — |[p] hoc solum eo senatusconsulto actum esse, ut manumissoris liberi, qui nominatim exheredati non sint, praeferantur extraneis heredibus.
G. §. 65. §. [Itaque] et emancipatus filius patroni praeteritus quamvis contra tabulas testamenti parentis sui bonorum possessionem non petierit, tamen extraneis heredibus in bonis Lati-
G. §. 66. norum potior habetur. §. Item filia ceteri[que], quos [ex]heredes licet iure civili [facere inter ceteros, quamvis id suff]iciat, [ut] ab omni [hereditate patr]is sui summovea[ntur], tamen in bonis Latini, nisi nominatim a parente fuerint exheredati, potiores erunt extra-
G. §. 67. neis heredibus. §. Item ad [li]beros, qui ab hereditate parentis se abstinuerunt | — litt. 35 — | ab hereditate • exheredati nullo modo dici possunt, non magis quam qui testamento silen-
G. §. 68. tio praeteriti sunt[q]. §. Ex his omnibus satis illud apparet, si is, qui Latinum fecerit
p. 144. | — litt. 32 — | || — vers. 22 — |. §. Item | — litt. 32 — | dispar | — litt. 33 — | — litt. 37 — | [pu]|-
G. §. 69. p. 145. tant ad eos pertinere, quia nullo interveniente extraneo herede senatusconsulto lo[cus] non
G. §. 70. est[s]. §. Sed si cum liberis suis etiam extraneum heredem patronus reliquerit, Caelius Sabinus ait, tota bona pro virilibus partibus ad liberos defuncti pertinere, quia cum extraneus heres intervenit, non habet lex Iunia locum, sed senatusconsultum. Iavolenus autem ait, tantum eam partem ex senatusconsulto liberos patroni pro virilibus partibus habituros esse, quam extranei heredes ante senatusconsultum lege Iunia habituri essent, reliquas vero
G. §. 71. partes pro hereditariis partibus ad eos pertinere. §. Item quaeritur, an hoc senatusconsultum ad eos patroni liberos pertineat, qui ex filia nep[te]ve procreantur, id est, ut nepos meus ex filia potior sit in bonis Latini mei, quam extraneus heres. item, ad maternos Latinos hoc senatusconsultum pertineat, quaeritur, id est, ut in bonis Latini materni potior sit patronae filius, quam heres extraneus matris. Cassio placuit, utroque casu locum esse senatusconsulto. sed huius sententiam plerique improbant, quia senatus de his li-

n) Cf. §. ult. Inst. h. tit. L. un. pr. et §. 12. C. de Lat. libert. toll. cit. item supra h. C. §. 58. o) *hereditatem* Cod. Ver. cf. not. e. et l. p) Sententia exigere videtur: „*unde apparet*" Goesch. q) Ex hoc loco, quamvis mutilo, intelligitur, liberos patroni, qui ab ipsius hereditate se abstinuerint, cum exheredati dici non possint, extraneis heredibus in bonis Latinorum praeferri. Goesch. Fortasse ita restituendum: „abstinuerunt, *non minus* bona *Latini pertinent, quam ad eos qui se non abstinuerunt* ab hereditate. *Nam* exheredati" etc. Kl. r) Ad §. 69—73. Cf.: Zeitschrift fur geschichtliche Rechtswissenschaft, herausgegeben von Savigny, Eichhorn und Goeschen, Tom. III. pag. 166—168. s) Loci sententiam hanc esse puto: bona Latini ad liberos manumissori ex disparibus partibus succedentes, nullo extraneo herede interveniente, non pro virilibus, sed pro hereditariis partibus pertinere. Goesch.

beris patronarum nihil sentiat, qui aliam familiam sequerentur. idque ex eo apparet, quod nominatim exheredatos summoveat: nam videtur de his sentire, qui exheredari a parente solent, si heredes non instituantur; neque autem matri filium filiamve, neque avo |*materno nepotem neptemve, si eum eamve heredem non instituat, exheredare necesse est, sive de iure civili quaeramus, sive de edicto praetoris, quo praeteritis liberis contra tabulas testamenti bonorum possessio promittitur.* p. 146.

§. *Aliquando*[t] *tamen civis Romanus libertus tamquam Latinus moritur, veluti si Latinus salvo iure patroni ab imperatore ius Quiritium consecutus fuerit. nam* [*ita*] *divus Traianus constituit, si Latinus invito vel ignorante patrono ius Quiritium ab imperatore consecutus sit. quibus casibus dum vivit iste libertus, ceteris civibus Romanis libertis similis est, et iustos liberos procreat; moritur autem Latini iure: nec ei liberi eius heredes* [*es*]*se possunt; et in hoc tantum habet testamenti factionem, uti patronum heredem instituat, eique, si heres esse noluerit, alium substituere possit.* §. *Et quia hac constitutione videbatur effectum, ut numquam isti homines tamquam cives Romani morerentur, quamvis eo iure postea usi essent, quo vel ex lege* [*Aelia*] *Sentia, vel ex senatusconsulto cives Romani essent*[u]*: divus Hadrianus, iniquitate rei motus, auctor fuit senatusconsulti faciundi, ut qui ignorante vel recusante patrono ab imperatore ius Quiritium consecuti essent, si eo iure postea usi essent, quo ex lege Aelia Sentia vel ex senatusconsulto, si Latini man*[*sis*]*sent, civitatem Romanam consequerentur, proinde ipsi haberentur, ac si lege Aelia Sentia vel senatusconsulto ad civitatem Romanam pervenissent.* G. §. 72. G. §. 73.

|§. *Eorum autem, quos lex Aelia Sentia dediticiorum numero facit*[x]*, bona modo quasi* [*civium Romanorum*] *libertorum, modo quasi Latinorum ad patronos pertinent.* §. *Nam eorum bona, qui, si in aliquo vitio non essent, manumissi cives Romani futuri essent, quasi civium Romanorum patronis eadem lege tribuuntur. non tamen*[y] *hi habent etiam testamenti factionem; nam id plerisque placuit; nec immerito: nam incredibile videbatur, pessim*[*ae*] *condicionis hominibus voluisse legis latorem testamenti faciundi ius concedere.* §. *Eorum vero bona, qui, si non in aliquo vitio essent, manumissi futuri Latini essent, proinde tribuuntur patronis, ac si Latini decessissent. nec me praeterit, non satis in ea re legis latorem voluntatem suam verbis expressisse.* p. 147. G. §. 74. G. §. 75. G. §. 76.

§. Sed nostra constitutio[z], quam pro omnium notione[a] Graeca lingua compendioso tractatu habito composuimus, ita huiusmodi causas[b] definivit, ut, siquidem libertus vel liberta minores centenariis sint, id est minus centum aureis habeant substantiam — sic enim legis Papiae summam interpretati sumus[c], ut pro mile sestertiis unus aureus computetur —, nullum locum habeat patronus in eorum successionem[d], si tamen testamentum fecerint; sin autem intestati decesserint nullo liberorum relicto, tunc patronatus ius, I. §. 3.

---

t) Cf. §. ult. Inst. h. tit. et Iustinian. L. un. pr. et §. 12. C. de Lat. libert. toll. VII. 6. u) Cf. supra Comm. I. §. 29. sqq. §. 66. 67. 69. sqq. x) Cf. supra Comm. I. §. 13. sq. y) Cf. supra Comm. I. §. 25. et 26. z) L. 4. Cod. de bonis libert. VI. 4. Cf. supra §. 7. Inst. de legit. agn. succ. III. 2. item §. 10. Inst. de gradib. cogn. III. 6.
a) *natione* Al. διὰ τὸ πᾶσιν εἶναι πρόδηλον Theoph. b) *causam* Hal. c) Cf. e. gr. Ulp. L. 16. D. de iure patronatus. XXXVII. 14. d) *successione* Hal. Cf. Diocl. et Max. L. 1. Cod. de bon. libert. VI. 4.

quod erat ex lege duodecim tabularum, integrum reservavit. cum vero maiores centenariis sint, si heredes vel bonorum possessores habeant liberos, sive unum sive plures cuiuscumque sexus vel gradus, ad eos successionem[e] parentum deduximus, patronis omnibus[f] una cum sua progenie semotis; sin autem sine liberis decesserint, siquidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronasque vocavimus; sin vero[g] testamentum quidem fecerint, patronos autem vel[h] patronas praeterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredaverint, vel mater sive avus maternus[i] eos praeterierint, ita ut[k] non possint argui inofficiosa eorum testamenta, tunc ex nostra constitutione patroni vel patronae[l] per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam, ut antea, sed tertiam partem bonorum liberti consequantur, vel, quod deest, eis ex constitutione nostra repleatur, si quando minus[m] tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerit, ita sine onere, ut nec liberis liberti libertaeve ex ea parte legata vel fideicommissa praestentur, sed ad coheredes[n] hoc onus redundaret[o]; multis aliis casibus[p] a nobis in praefata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi iuris dispositionem perspeximus, ut tam patroni patronaeque, quam liberi eorum, nec non qui ex transverso latere veniunt, usque ad quintum gradum ad successionem libertorum[q] vocentur, sicut ex ea constitutione intellegendum est; ut[r], si eiusdem patroni vel patronae, vel duorum duarumve[s] pluriumve liberi sint, qui proximior est, ad liberti seu[t] libertae vocetur successionem, et in capita, non in stirpes dividatur successio; eodem modo et in iis, qui ex transverso latere veniunt, servando. paene enim consonantia iura ingenuitatis et liberti-
I. §. 4. nitatis in successionibus fecimus[u]. §. Sed haec de iis[x] libertinis hodie dicenda sunt, qui

---

e) *successiones* Hal. f) *patronis omnibus modis* Hal. Be. *omnibus patronis* Bu. τοῦ πάτρωνος ἢ τῶν παίδων τοῦ πάτρωνος τῆς τοιαύτης ἐκβαλλομένων κληρονομίας. Theoph. g) *vero* om. Cod. Erlang. h) *aut* Hal. i) Cf. supra ad §. 7. Inst. de exher. lib. II. 13. k) *ita quod* Hal. l) *patroni vel patronae* om. Hal. G. Be. Post *partem bonorum* Bi. habet *patroni patronaeve*. Codicis Erlang. lectionem retinuimus, constitutione Latina, quam infra exhibemus, atque Theophilo confirmatam „διατάξεως τοῖς πάτρωσι καὶ ταῖς πατρωνίσσαις διδομένης τῆς *contra tabulas*, οὐ τὸ ἥμισυ" κ. τ. λ. m) *minus* ap. Bu. est post *suorum*. n) *eorum* ins. Hal. non agn. Theoph. o) *redundet* Hal. p) *modis* Bu. θέματα Theoph. q) *libertarumve* add. Hal. non agn. Theoph. r) *et* Hal. s) *duarumque* Hal. ἢ δύο Theoph. t) *vel* Hal. Bu. u) Cf. supra §. 10. Inst. de grad. cogn. III. 6. et infra §. 5. Inst. de B. P. III. 9. Quod in Cod. Erlang. vacuum spatium rubricae destinatum putat Bu., id fortasse inserendae sequenti constitutioni relictum erat. C. N. (inseritur ad tertium §phum in ms. cod. Gotting. constitutio Latina, quam ex Cuiac. Obs. XX. 34. transscripsimus. Savinius eam in primo Iustinianeo constitutionum codice et ea anteriorem fuisse suspicatus est, quam Graece conscriptam totiens imperator laudavit. Ipsam sequentem constitutionem in decisionum numerum referre vix dubito. Bg.): „Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. Veteris iuris altercationes, quas super successionibus libertorum antiquitas introduxit, nec non et inextricabiles circuitus legis Papiae et numerosam summam centum milium sestertiorum, quam praedicta lex in bonis libertorum requirebat, a nostra republica penitus amputantes hac edictali lege in perpetuum valitura sancimus, ut, si libertus vel liberta minus centum aureis in bonis habuit — sic enim praefatae legis summam interpretamur pro mille sestertiis unum aureum computantes —, et intestatus, nec liberos habens decesserit, in solidum ad eius successionem patronus vocetur. si vero plus centum aureis habens intestatus decesserit, relictis liberis cuiuscumque sexus vel gradus, ad eos integram successionem deducimus, patrono scilicet similiter repellendo, sive liberos habens testamentum fecerit, in quo ipsos scripserit heredes, sive iniuste eos exheredaverit. tunc enim et ipsi tantum ad hereditatem vocabuntur. sane si iuste fuerint exheredati, patronum ad liberti successionem admittimus et eius parentelam usque ad quintum gradum. si autem filium non habens extraneum scripserit heredem, tertiam partem bonorum patronus liberti consequatur vel, quod deest, ei repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta ei reliquerit sine onere penitus

quod erat ex lege duodecim tabularum, integrum reservavit. cum vero maiores centenariis sint, si heredes vel bonorum possessores habeant liberos, sive unum sive plures cuiuscumque sexus vel gradus, ad eos successionem [e] parentum deduximus, patronis omnibus [f] una cum sua progenie semotis; sin autem sine liberis decesserint, siquidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronasque vocavimus; sin vero [g] testamentum quidem fecerint, patronos autem vel [h] patronas praeterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredaverint, vel mater sive avus maternus [i] eos praeterierint, ita ut [k] non possint argui inofficiosa eorum testamenta, tunc ex nostra constitutione patroni vel patronae [l] per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam, ut antea, sed tertiam partem bonorum liberti consequantur, vel, quod deest, eis ex constitutione nostra repleatur, si quando minus [m] tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerit, ita sine onere, ut nec liberis liberti libertaeve ex ea parte legata vel fideicommissa praestentur, sed ad coheredes [n] hoc onus redundaret [o]; multis aliis casibus [p] a nobis in praefata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi iuris dispositionem perspeximus, ut tam patroni patronaeque, quam liberi eorum, nec non qui ex transverso latere veniunt, usque ad quintum gradum ad successionem libertorum [q] vocentur, sicut ex ea constitutione intellegendum est; ut [r], si eiusdem patroni vel patronae, vel duorum duarumve [s] pluriumve liberi sint, qui proximior est, ad liberti seu [t] libertae vocetur successionem, et in capita, non in stirpes dividatur successio; eodem modo et in iis, qui ex transverso latere veniunt, servando. paene enim consonantia iura ingenuitatis et liberti-
I. §. 4. nitatis in successionibus fecimus [u]. §. Sed haec de iis [x] libertinis hodie dicenda sunt, qui

---

e) *successiones* Hal. f) *patronis omnibus modis* Hal. Be. *omnibus patronis* Bu. τοῦ πάτρωνος ἢ τῶν παίδων τοῦ πάτρωνος τῆς τοιαύτης ἐκβαλλομένων κληρονομίας. Theoph. g) *vero* om. Cod. Erlang. h) *aut* Hal. i) Cf. supra ad §. 7. Inst. de exher. lib. II. 13. k) *ita quod* Hal. l) *patroni vel patronae* om. Hal. G. Be. Post *partem bonorum* Bi. habet *patroni patronaeve*. Codicis Erlang. lectionem retinuimus, constitutione Latina, quam infra exhibemus, atque Theophilo confirmatam „διατάξεως τοῖς πάτρωσι καὶ ταῖς πατρωνίσσαις διδομένης τῆς *contra tabulas*, οὐ τὸ ἥμισυ" κ. τ. λ. m) *minus* ap. Bu. est post *suorum*. n) *eorum* ins. Hal. non agn. Theoph. o) *redundet* Hal. p) *modis* Bu. θέματα Theoph. q) *libertarumve* add. Hal. non agn. Theoph. r) *et* Hal. s) *duarumque* Hal. ἢ δύο Theoph. t) *vel* Hal. Bu. u) Cf. supra §. 10. Inst. de grad. cogn. III. 6. et infra §. 5. Inst. de B. P. III. 9. Quod in Cod. Erlang. vacuum spatium rubricae destinatum putat Bu., id fortasse inserendae sequenti constitutioni relictum erat, C. N. (inseritur ad tertium §phum in ms. cod. Gotting. constitutio Latina, quam ex Cuiac. Obs. XX. 34. transscripsimus. Savinius eam in primo Iustinianeo constitutionum codice et ea anteriorem fuisse suspicatus est, quam Graece conscriptam totiens imperator laudavit. Ipsam sequentem constitutionem in decisionum numerum referre vix dubito. Bg.): „Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. Veteris iuris altercationes, quas super successionibus libertorum antiquitas introduxit, nec non et inextricabiles circuitus legis Papiae et numerosam summam centum milium sestertiorum, quam praedicta lex in bonis libertorum requirebat, a nostra republica penitus amputantes hac edictali lege in perpetuum valitura sancimus, ut, si libertus vel liberta minus centum aureis in bonis habuit — sic enim praefatae legis summam interpretamur pro mile sestertiis unum aureum computantes —, et intestatus, nec liberos habens decesserit, in solidum ad eius successionem patronus vocetur. si vero plus centum aureis habens intestatus decesserit, relictis liberis cuiuscumque sexus vel gradus, ad eos integram successionem deducimus, patrono scilicet similiter repellendo, sive liberos habens testamentum fecerit, in quo ipsos scripserit heredes, sive iniuste eos exheredaverit, tunc enim et ipsi tantum ad hereditatem vocabuntur. sane si iuste fuerint exheredati, patronum ad liberti successionem admittimus et eius parentelam usque ad quintum gradum. si autem filium non habens extraneum scripserit heredem, tertiam partem bonorum patronus liberti consequatur vel, quod deest, ei repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta ei reliquerit sine onere penitus

in civitatem Romanam pervenerunt, cum nec sunt alii liberti[y], simul et dediticiis et Latinis sublatis[z], cum Latinorum legitimae successiones nullae penitus erant, qui[a], licet ut liberi vitam suam peragebant, attamen[b] ipso ultimo spiritu simul animam atque libertatem amittebant, et quasi servorum ita[c] bona eorum iure quodammodo peculii ex lege Iunia[d] manumissores detinebant. postea vero senatusconsulto Largiano[e] cautum fuerat, ut liberi manumissoris non nominatim exheredati facti extraneis heredibus eorum in bonis Latinorum praeponerentur. quibus supervenit etiam divi Traiani[f] edictum, quod eumdem hominem[g], si invito vel ignorante patrono ad civitatem Romanam[h] venire ex beneficio principis festinabat[i], faciebat quidem vivum civem Romanum, Latinum vero[k] morientem. sed[l] nostra constitutione[m] propter huiusmodi condicionum vices et alias difficultates cum ipsis Latinis etiam legem Iuniam et senatusconsultum Largianum et edictum divi Traiani in perpetuum deleri censuimus, ut omnes liberti civitate Romana fruantur; et mirabili modo quibusdam adiectionibus ipsas vias, quae in Latinitatem deducebant[n], ad civitatem Romanam capiendam transposuimus.

TIT. VIII. [IX.]

DE ASSIGNATIONE LIBERTORUM.

In summa, quod ad bona libertorum attinet[a], admonendi sumus censuisse senatum, ut[b], quamvis ad omnes patroni liberos, qui eiusdem gradus sunt, aequaliter bona liberto- 1. pr.

---

legatorum et fideicommissorum, quod onus ad heredes redundabit. Sed si patronus plus, quam in tertiam vel in assem fuerit heres institutus, quatenus heres scriptus est respondebit legatariis et fideicommissariis. Hoc quoque decernimus observandum, ut, si eiusdem patroni vel patronae duorum seu duarum pluriumve sint liberi, proximior gradus ad successionem admittatur, hereditate in capita, non in stirpes dividenda, ita ut, si quispiam patronorum ab hereditate liberti vel libertae fuerit exclusus, eius portio ad ulteriores transmittatur, eodem observando et si gradus aliqua de causa excludatur, ut sequens vocetur ad successionem, adoptivis filiis, sive patronorum sive libertorum, a nostra constitutione penitus excludendis. hos enim, etsi filiifamilias sint, extraneos reputamus, extraneos vero heredes patronorum a libertorum successione prorsus removemus. Hoc autem nostrae serenitatis beneficium ob honorem patronalis reverentiae patronis et eorum liberis indulgemus, ut non solum ad bona libertorum admittantur, sed etiam filiorum ipsorum, si fuerint in libertate nati, et intestati sine cognatione decesserint. Si vero filius patroni a parente suo iuste fuerit exheredatus, nullam habet impugnandi testamentum liberti potestatem. plane recedente [*decedente?*] liberto ab intestato sine liberis, tam ipse exheredatus, quam emancipatus succedunt cum his, qui sunt in potestate. Sed et is, qui filium emancipavit, liberto ab intestato sine liberis decedente, vel extraneo herede instituto, in assem vel in trientem vocetur. et hoc de his, qui vere patroni sunt. Ceterum si iureiurando praestito vel ex alio simili causa patronus habeatur, hunc quidem, etsi ei reverentia patronalis a liberto debeatur, ad eius successionem minime revocamus". x) *iis* om. Bu. hab. Theoph. y) *cum nec sint a. l.* Hal. *cum neque a. l. sunt* Bu. z) Cf. supra ad §. 3. Inst. de libertinis I. 5. pag. 10. a) *quia* Hal. b) *in* ins. Bu. c) *ita* om. Hal. *quoque* add. Bu. d) *Norbana* add. Hal. Bu. non agn. Theoph., nec magis ipse Iustinianus L. un. pr. Cod. de lat. lib. toll. VII. 6. et Nov. 78. praef. Cf. supra Gai. Comm. I. §. 22. pag. 9. ibique not. c. item §. 3. Inst. de libert. I. 5. pag. 10. ibique not. x. e) Cf. Gai. h. C. §. 63. sqq. „*Lupo et Largo consulibus senatus censuit*". item Iustinian. L. un. pr. Cod. cit. „*tam ex lege Iunia, quam ex SCto Largiano*". Nov. cit. „*et Iuniam legem et Largianum odivimus SCtum*". f) Cf. Gai. h. C. §. 72. g) *quod eumdem hominem* om. Cod. Erlang. h) *Romanam* om. G. Be. Bu. sed hab. Theoph. i) *festinarat* Hal. k) *autem* Bi. l) *ex* ins. Bu. m) L. un. Cod. cit. cf. Nov. cit. n) *ducebant* Hal. G.

Tit. VIII. [IX.] a) *attinet* om. G. Bi. Be. b) *et* G.

rum pertineant[c], tamen liceret[d] parenti[e], uni ex liberis assignare[f] libertum[g], ut post mortem eius solus is patronus habeatur, cui assignatus est, et ceteri liberi, qui[h] ipsi quoque ad eadem bona nulla assignatione interveniente pariter admitterentur, nihil iuris in iis[i] bonis habeant, sed ita demum pristinum ius recipiant[k], si is, cui assignatus est, de-
I. §. 1. cesserit nullis liberis relictis[l]. §. Nec tantum libertum, sed etiam libertam, et non tan-
I. §. 2. tum filio nepotive, sed etiam filiae neptive assignare permittitur[m]. §. Datur autem haec assignandi facultas ei, qui duos pluresve liberos in potestate habebit[n], ut eis, quos in potestate habet, assignare ei[o] libertum libertamve liceat. unde quaerebatur, si eum, cui assignaverit[p], postea emancipaverit, num[q] evanescat assignatio. sed placuit evanescere,
I. §. 3. quod et[r] Iuliano et aliis plerisque visum est[s]. §. Nec interest[t], testamento[u] quis assignet, an sine testamento; sed etiam quibuscumque verbis patronis hoc permittitur facere[x] ex ipso senatusconsulto[y], quod Claudianis[z] temporibus factum est, Velleio Rufo et Ostorio Scapula[a] consulibus.

TIT. IX. [X.]

DE BONORUM POSSESSIONIBUS[a].

I. pr. Ius bonorum possessionis introductum est a praetore emendandi[b] veteris iuris gratia[c]. nec solum in intestatorum hereditatibus vetus ius eo modo praetor emendavit, sicut supra[d] dictum est, sed in eorum quoque, qui testamento facto decesserint. nam si alienus postumus[e] heres fuerit institutus, quamvis hereditatem iure civili adire non poterat, cum institutio non valebat, honorario tamen iure bonorum possessor efficiebatur[f], videlicet cum a praetore adiuvabatur. sed et is[g] a nostra constitutione[h] hodie recte heres

---

c) Cf. §. 1. tit. praeced. Ulp. fragm. XXVII. §. 1. d) *licere* Hal. G. e) Cf. Modestin. L. 8. D. h. t. XXXVIII. 4. f) Cf. Modestin. L. 107. D. de verb. sign. L. 16. g) Cf. Ulp. L. 3. §. 1. D. de suis et legit. XXXVIII. 16. h) *quia* Bu. ὅσοι Theoph. i) *his* Hal. Bu. k) *recipiunt* G. l) Cf. Ulp. L. 1. D. h. t. m) Cf. Id. L. 3. D. eod. n) Cf. Modest. L. 9. D. eod. o) *ei* om. Hal. p) *adsignavit* Hal. q) *an* Bu. r) pro *quod et* Codicem Erlang. *etque* legere dicit Bu. (fortasse *et quod.*) s) Cf. Ulp. L. 1. §. 8. L. 3. §. 4. Modest. cit. L. 9. D. eod. t) *an* ins. Hal. u) Cf. Pompon. L. 13. pr. D. eod. x) Ulp. L. 1. §. 3. D. edd. „*Assignare autem quis potest quibuscumque verbis, vel nutu, vel testamento, vel codicillis, vel vivus*". y) Cit. L. 1. pr. „*Senatusconsulto, quod factum est Claudianis temporibus Velleo Rufo et Osterio Scapula consulibus de adsignandis libertis in haec verba cavetur: „„Si, qui duos pluresve liberos iustis nuptiis quaesitos in potestate haberet, de liberto libertave sua significasset, cuius ex liberis suis eum libertum eamve libertam esse vellet, is eave, quandoque is, qui eum eamve manumisit inter vivos vel testamento, in civitate esse desisset, solus ei patronus solave patrona esset, perinde atque si ab eo eave libertatem consecutus consecutave est (esset). utique si ex liberis quis in civitate esse desisset, neque ei liberi ulli essent, ceteris eius liberis, qui manumisit, perinde omnia iura serventur, ac si nihil de eo liberto eave liberta is parens significasset*"". z) *Claudiani* Bu. a) *Sabellio Rufo et Asterio Scapula* Hal. *Suillo Rufo et Osterio Scapula* G. Bi. Be. Bu. *Scillo Rufo et Ostifiano S.* Cod. Erlang. *Sibillo Ruffo et Osterio Scapula* Cod. Dorvill. Σουιλλίου Ῥούφου καὶ Ὀστωρίου Σκαπουλᾶ Theoph. *Sabellio .. Asterio ..* Charond. *Suillo (Suelleo) Ruffo et Hosterio (Hostorio)* Al. Non dubitavi vera eorum, qui anno 46. p. Chr. nat. suffecti consules traduntur, reponere nomina. Cf. fast. consular. Panvin. et Almelov. ad ann. 799. Tac. Ann. XVI. 14. sq. Agric. c. 14.

Tit. IX. [X.] a) *De B. Possessione* Bu. b) Ob Ulp. L. 12. §. 1. D. h. t. XXXVII. 1. *vel potius supplendi* inserendum Cuiacius proposuerat. c) Cf. Ulp. l. c. Paul. L. 6. §. 1. D. eod. d) Supra titt. de her. quae ab int. III. 1. et de leg. agn. succ. III. 2. e) Cf. supra §. 26. 28. Inst. de legatis II. 20. item §. 1. Inst. de succ. libert. III. 7. f) Cf. Paul. L. 3. D. de B. P. sec. tabb. XXXVII. 11. g) *hic* Bi. Bu. h) Quae in codice repetitae praelectionis sub titulo „de incertis personis" VI. 48. fuerat; hodie ibi a Contio ex Nomocanone confecta argumenta exhiberi solent.

instituitur, quasi et iuri [i] civili non incognitus. §. Aliquando tamen neque emendandi, ne- I. §. 1.
que impugnandi veteris iuris, sed magis confirmandi gratia [k] praetor [l] pollicetur bonorum
possessionem. nam illis quoque, qui recte facto testamento heredes instituti sunt, dat se-
cundum tabulas bonorum possessionem [m]. item ab intestato suos heredes et agnatos ad
bonorum possessionem vocat [n]; sed et [o] remota quoque bonorum possessione ad eos he-
reditas pertinet iure civili. §. Quos autem praetor solus [p] vocat ad hereditatem, heredes I. §. 2.
ipso quidem iure non fiunt — nam praetor heredem facere non potest; per legem enim [q] (cf. G. §. 32. et 33.)
tantum vel similem iuris constitutionem heredes fiunt, veluti per senatusconsultum [r] et
constitutionem principalem [s] —; sed cum eis praetor dat bonorum possessionem, loco here-
dum constituuntur et vocantur bonorum possessores [t]. Adhuc autem et alios complures [u]
gradus praetor fecit in bonorum possessionibus dandis, dum id agebat, ne quis sine suc-
cessore moreretur [x]. nam angustissimis finibus constitutum per legem duodecim tabula-
rum ius percipiendarum hereditatum praetor ex bono et aequo [y] dilatavit [z]. §. Sunt au- I. §. 3.
tem bonorum possessiones ex testamento quidem hae: prima, quae praeteritis liberis da-
tur, vocaturque [a] „contra tabulas" [b]. secunda, quam omnibus iure scriptis heredibus praetor
pollicetur, ideoque [c] vocatur „secundum tabulas" [d]. et cum de testamentis prius locutus
est, ad intestatos transitum fecit. et primo loco suis heredibus et iis, qui ex edicto prae-
toris suis [e] connumerantur, dat bonorum possessionem, quae vocatur „Unde liberi" [f]. se-
cundo legitimis heredibus [g]. tertio decem personis [h], quas extraneo manumissori praefe-
rebat. sunt autem decem personae hae: pater, mater; avus, avia, tam paterni quam ma-
terni; item filius, filia; nepos [i], neptis, tam ex filio quam ex filia; frater, soror, sive con-
sanguinei [k] sive [l] uterini. quarto cognatis proximis [m]. quinto Tum quem [n] ex familia. sexto
patrono et patronae [o], liberisque eorum et parentibus [p]. septimo viro et uxori [q]. octavo
cognatis manumissoris [r]. §. Sed eas quidem praetoria induxit [s] iurisdictio; a [t] nobis ta- I. §. 4.
men nihil incuriosum praetermissum est, sed nostris constitutionibus omnia corrigentes
contra tabulas quidem et secundum tabulas bonorum possessiones admisimus, utpote ne-
cessarias constitutas, nec non ab intestato Unde liberi et Unde legitimi bonorum possessio-

---

i) *iure* Hal. G. Be. k) Cf. Papin. L. 7. §. 1. D. de iust. et iure. I. 1. l) *praetor* om. G. Bi. Be. sed agnoscit Theoph. m) Cf. L. 1. §. 2. sqq. D. de B. P. sec. tabb. XXXVII. 11. n) Cf. Ulp. L. 1. 2. D. de suis et legit. XXXVIII. 16. Id. L. 1. §. 4. sqq. Papin. L. 9. D. unde cogn. XXXVIII. 8. o) *et* om. Bu. p) ὁ πραίτωρ μόνος Theoph. q) *duodecim tabularum* male ins. Bu. r) *senatusconsulta* Hal. G. s) *constitutiones principales* omnes quidem, quas diligenter contuli, editiones legunt, sed ipse Tribunianus §. 7. h. t. atque Theoph. h. l. singulari numero utuntur. t) Cf. Ulp. L. 1. 2. D. de B. P. XXXVII. 1. u) *quamplures* Bi. Bu. x) *moriatur* Bi. y) *ex aequo et bono* Bu. ἐκ τοῦ καλλίστου καὶ τοῦ δικαίου Theoph. z) Cf. supra §. 9. Inst. de her. quae ab int. III. 1. §. 7. Inst. de leg. agn. succ. III. 2. Paul. L. 6. §. 1. D. de B. P. XXXVII. 1. a) *et vocatur* Bu. b) *testamenti* add. Bu. non agn. Theoph. Cf. Dig. XXXVII. 4. c) *et ideo* Bu. d) *testamenti* add. Bi. Bu. iterum non agn. Theoph. — Dig. XXXVII. 11. e) *inter suos haeredes* add. Hal. *inter suos* add. G. Be. καὶ τοῖς σὺν αὐτοῖς ἀριθμουμένοις Theoph. f) Dig. XXXVIII. 6. g) Dig. XXXVIII. 7. h) Cf. Ulp. in Coll. legg. Mos. et Romm. XVI. 9. Valer. Max. VII. 7. §. 5. i) *sive* ins. Bu. non agnoscit Theoph. k) *sororve, consanguinei* Hal. *sui* ins. G. Be. non agn. Theoph. l) *vel* Hal. m) Dig. XXXVIII. 8. n) *tanquam* Hal. ita et Theoph. ex ed. princ. et Reitz., sed Fabrot. habet *tum quem*. — Bi. habet *tum qua*. Cf. Ulp. fragm. XXVII. 7. et Schulting. ad h. l. pag. 672—3. o) *patronaeque* Hal. p) Cf. Ulp. et Schulting. citt. q) Dig. XXXVIII. 11. r) Cf. Ulp. l. c. s) *introduxit* Hal. G. t) *a* om. Bi.

nes [u]; quae autem in praetoris edicto quinto loco posita fuerat, id est Unde decem perso-
nae, eam pio proposito et compendioso sermone supervacuam ostendimus. cum enim prae-
fata bonorum possessio decem personas praeponebat extraneo manumissori [x], nostra con-
stitutio [y], quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus eisdemque ma-
numissoribus contracta fiducia manumissionem facere dedit, ut ipsa manumissio eorum hoc
in se habeat privilegium, et supervacua fiat supradicta [z] bonorum possessio. sublata igitur
praefata [a] quinta bonorum possessione, in gradum eius sextam antea bonorum possessio-
I. §. 5. nem induximus, et quintam fecimus, quam praetor proximis cognatis pollicetur. §. Cum-
que antea fuerat septimo loco bonorum possessio Tum quem [b] ex familia, et octavo Unde
liberi [c] patroni patronaeque [d] et parentes eorum, utramque [e] per constitutionem nostram [f],
quam de iure patronatus fecimus, penitus evacuavimus [g]. cum enim ad similitudinem suc-
cessionis ingenuorum libertinorum successiones posuimus, quas usque ad quintum tantum-
modo gradum coarctavimus, ut sit aliqua inter ingenuos et libertinos [h] differentia, sufficit
eis tam contra tabulas bonorum possessio, quam Unde legitimi et Unde cognati, ex qui-
bus possunt [i] sua iura vindicare [k], omni scrupulositate et inextricabili errore istarum dua-
I. §. 6. rum bonorum possessionum resoluta. §. Aliam vero bonorum possessionem, quae „Unde
vir et uxor" appellatur [l] et [m] nono loco inter veteres bonorum possessiones posita fuerat,
et in suo vigore servavimus et altiore loco, id est sexto, eam posuimus, decima veteri
bonorum possessione, quae erat Unde cognati manumissoris [o], propter causas enarratas [p]
merito sublata, ut sex tantummodo bonorum possessiones ordinariae permaneant suo vi-
I. §. 7. gore pollentes. §. Septima eas secuta, quam optima ratione praetores introduxerunt; no-
vissime enim promittitur [q] edicto iis [r] bonorum possessio, quibus ut detur, lege vel sena-
tusconsulto vel constitutione comprehensum est; quam neque bonorum possessionibus, quae
ab intestato veniunt, neque iis, quae ex testamento sunt, praetor stabili iure connumera-
vit, sed quasi ultimum et extraordinarium auxilium, prout res exegit [s], accommodavit, sci-
licet iis, qui ex legibus, senatusconsultis, constitutionibusve [t] principum ex novo iure, vel
I. §. 8. ex testamento vel ab intestato, veniunt. §. Cum igitur plures species successionum prae-
tor introduxisset, easque per ordinem disposuisset [u], et in unaquaque [x] specie successionis

---

u) *possessionem* Bi. In margine Codicis Erlang. haec legi affirmat Bu.: „Alii libri habent et melius: *sed nostris ... tabulas, nec non ab intestato unde liberi et unde legitimi bonorum possessiones admisimus, utpote necessarias constitutas*". x) Cf. Modest. L. 10. D. de suis et leg. XXXVIII. 16. Diocl. et Max. L. 2. Cod. ad SC. Tertull. VI. 56. y) L. 6. Cod. de emancipationib. liberor. VIII. 49. z) *praedicta* Bi. Bu. a) *praedicta* Hal. om. Bu. b) *tanquam* Hal. *tum quo* Bi. *cum* [*1 tum*] *quem* Cod. Erlang. c) *liberi* om. Hal. sed Theoph. habet. d) *patronaeve* Bu. *patronaeque* Theoph. e) *et* ins. Bu. f) Toties laudatam. Cf. supra §. 7. Inst. de leg. agn. succ. III. 2. pag. 141. not. g. g) *vacuavimus* G. Be. h) *libertos* Bi. Bu. i) *possint* Bi. Bu. k) Cf. §. 3. Inst. de libert. succ. III. 7. (8.) l) Cf. supra h. t. §. 3. i. f. m) *in* ins. Bi. n) *quoque* ins. Hal. non agn. Theoph. o) Cf. cit. §. 3. de succ. libert. et §. 3. h. t. p) *enumeratas* Bi. Bu. q) *permittitur* Bi. Bu. ἐπαγγειλάμενος Theoph. r) *etiam* ins. Hal. G. Bi. Be. non agn. Theoph. s) *exigit* Bi. Bu. *exegerit* Be. t) *senatusconsulto, constitutionibus* Bi. *senatusconsulto constitutionibusve* Be. *legibus et senatusconsulto et constitutionibus* Bu. Ὄνομα δὲ αὐτῇ τοῦτο, *quibus ut detur, vel lege vel senatusconsulto vel principis constitutione comprehensum est.* Theoph. Praetorem ita edixisse Ulp. L. un. D. ut ex legg. SCtis XXXVIII. 14. affirmat: „*Uti me quaqua lege, senatusconsulto, bonorum possessionem dare oportebit, ita dabo*". u) *easque per ordinem disposuisset* om. Bu. καὶ κατὰ τάξιν συγκειμένων Theoph. x) *quaque* Bi.

saepe plures extent dispari gradu personae [y], ne actiones creditorum differrentur [z], sed haberent [a] quos convenirent, et ne facile in possessionem bonorum [b] defuncti mitterentur [c], et eo modo sibi consulerent [d], ideo petendae bonorum possessioni certum tempus praefinivit [e]. §. Liberis itaque et parentibus, tam naturalibus quam adoptivis, in petenda bonorum possessione anni [f] spatium, ceteris autem agnatis vel cognatis [g] centum dierum [h] dedit [i]; et si intra hoc tempus aliquis bonorum possessionem non petierit, eiusdem gradus personis accrescit [k]; vel si nemo [l] sit, deinceps ceteris bonorum possessionem perinde ex successorio edicto pollicetur, ac si is, qui praecedebat, ex eo numero non esset [m]. si quis itaque bonorum possessionem sibi delatam repudiaverit, non quousque tempus bonorum possessioni [n] praefinitum excesserit, expectatur; sed statim ceteri ex [o] eodem edicto admittuntur. §. In petenda autem bonorum possessione dies utiles singuli considerantur [p]. sed bene anteriores principes [q] et huic causae providerunt, ne quis pro petenda bonorum possessione curet [r], sed quocumque modo si [s] admittendi [t] eam indicium [u] intra statuta tamen tempora ostenderit, plenum habeat earum beneficium.

(Margin: I. §. 9. — I. §. 10.)

[*DE EMPTIONE BONORUM* [a]].

§. *Videamus autem et de ea successione, quae nobis ex emptione bonorum competit.* §. *Bona* [b] *autem veneunt aut vivorum, aut mortuorum. vivorum velut eorum, qui fraudationis causa latitant, nec absentes defenduntur; item eorum, qui ex lege Iulia bonis cedunt*; *item iudicatorum post tempus, quod eis partim lege duodecim tabularum* [c], *partim edicto praetoris ad expediendam pecuniam tribuitur. mortuorum bona veneunt velut eorum, quibus certum est neque heredes, neque bonorum possessores, neque ullum alium* |*iustum successorem existere.* §. *Siquidem* [d] *vivi bona veneant, iubet ea praetor per dies*

(Margin: G. §. 77. — G. §. 78. — p. 148. G. §. 79.)

---

y) Cf. Modest. L. 1. D. quis ordo in B. B. serv. XXXVIII. 15. z) *differantur* Bi. Bn. a) *habeant* Bi. b) *bonorum possessionem* Bn. c) *mittantur* Bi. d) *consulant* Bi. e) *definivit* Al. Cf. Ulp. L. 1. D. de successorio edicto XXXVIII. 9. L. 2. D. quis ordo in B. P. XXXVIII. 15. Passim tit. Cod. qui admitti ad B. P. poss. et intra quod tempus VI. 9. f) *annuum* G. g) *autem ... cognatis* om. G. Be. *agnatis vel cognatis* om. Bi. *autem cognatis vel agnatis* Bn. τοῖς δὲ λοιποῖς πᾶσι συγγένεσι καὶ ἐξωτικοῖς ἑκατὸν κ. τ. λ. Theoph. h) *spatium* rep. Cod. Erlang. i) Cf. praeter loca cit. supra Comm. II. §. 164. sqq. Ulp. fragm. XXII. §. 27. sqq. k) Cf. L. 3. §. 9. L. 5. D. de B. P. XXXVII. 1. Gordian. L. un. Cod. quando non petentium VI. 10. l) *nullus* Hal. m) Cf. Ulp. L. 1. §. 11. Pap. L. 2. D. de succ. ed. XXXVIII. 9. Alex. L. 1. Diocl. et Max. L. 2. Cod. eod. VI. 16. Paul. L. 1. §. 3. D. de iuris et facti ign. XXII. 6. n) *possessionis* Bi. o) *ex* om. Bi. p) Cf. Ulp. L. 2. pr. §. 1. D. quis ordo in poss. serv. XXXVIII. 15. „*Utile tempus est bon. possessionum admittendarum*" rel. Sever. et Ant. L. 2. Cod. qui admitti ad B. P. VI. 9. q) Cf. Constantius L. 9. Cod. eod. r) *curret* Marcilius legi iusserat, quod comprobare posset Theoph. videri: ἀπιέναι εἰς τὸν πραίτωρα. s) *si* om. Hal. post *sed* posuit Bn. t) *admittentis* Hal. G. Be. u) *indicium* Hal. οἵῳ δήποτε τρόπῳ ἐὰν ἐκεῖνος ... εἴσω τοῦ προςφόρου χρόνου δείξῃ ἑαυτὸν ὅπως δήποτε τὴν διακατοχὴν ἀσπασάμενον κ. τ. λ. Theoph.

[*DE EMPTIONE BONORUM*]. a) Totum hunc de emptione bonorum locum, quem Iustinianus omisit, (cf. pr. Inst. de succ. subl. III. 12.) peculiari titulo subiecimus. b) Cf. Cic. pro Quinct. c. 19. Ulp. L. 7. §. 1. D. quib. ex caus. in poss. XLII. 4. c) Cf. Gell. XV. 13. XX. 1. d) Theoph. III. 12. pr. „εἰ συνέβη τινὰ πολλοῖς ἐποφείλειν εἶτα διαλανθάνειν καὶ μὴ ἔχειν τὸν δεφενδεύοντα συνιόντες οἱ κρεδίτωρες προσίεσαν τῷ πραίτωρι, τοῦτο αὐτῷ μεμφόμενοι· καὶ ἐπέτρεπεν αὐτοῖς ὁ πραίτωρ, γενέσθαι ἐν νομῇ τῶν τοῦ δεβίτωρος πραγμάτων, καὶ ἐγίνοντο ἐν κατοχῇ τούτων ἐπὶ ῥητὰς ἡμέρας· παρελθουσῶν δὲ ἐκείνων τῶν ἡμερῶν, ἐγίνετο δευτέρα προσέλευσις ὑπ' αὐτῶν, αἰτούντων ὥστε αὐτοῖς ἐξουσίαν εἶναι ἕνα ἐξ αὐτῶν προβάλλεσθαι, τὸν ὀφείλοντα διαπωλῆσαι τὴν περιουσίαν — — ὅστις ἐλέγετο μάγιστρος· — — καὶ ἐγίνετο προγραφή — —. Εἶτα ὀλίγων παραδραμου-

continuos triginta possideri et proscribi; si vero mortui, post dies quindecim. postea iubet convenire creditores, et ex eo numero magistrum creari [e], *id est, eum, per quem bona veneant. itaque si vivi bona veneant, in diebus .... iubet, si mortui in* | — litt. 15 — | [f]; *[nam v]ivi bona triginta, mortui vero viginti emptori addici iubet. quare autem tardius viventium bonorum venditio[nem] complere iubeat, illa ratio est, quia de vivis curandum*

G. §. 80. *erat, ne facile bonorum venditiones paterentur.* §. *Neque* [g] .. *bonorum possess* | — litt. 15 — | [h] *pleno iure fiunt, sed in bonis efficiuntur*; ... [i] *autem ita demum acquiruntur, si usuc[apiuntur]. interdum quidem bonorum emptorib[us* .... *quidem* | — litt. 19 — | *si per eos*

G. §. 81. .... *bonorum emptor* | — litt. 26 — | — vers. 1 — | — litt. 17 — |. §. *Item q[uae]* | — litt. 17 — | *aut ipse debuit, neque bonorum possessor[es, neque] bonorum emptor[es] ipso iure debe[nt]* | — litt. 17 — | *de omnibus rebus* | — litt. 22 — | — litt. 37 — | [pro]*ponemus* [k].

TIT. X. [XI.]

DE ACQUISITIONE PER ARROGATIONEM.

I. pr. G. §. 82. p. 149. Est et alterius generis per universitatem successio, quae neque lege duodecim tabularum, neque praetoris edicto, sed eo iure, quod consensu receptum est, introducta est.

I. §. 1. §. Ecce enim cum paterfamilias sese in arrogationem dat, omnes res eius corporales

G. §. 83. et incorporales, quaeque ei debitae sunt, arrogatori antea quidem pleno iure acquirebantur, exceptis iis, quae per capitis diminutionem pereunt [b], quales sunt operarum obligationes [c], et ius agnationis. usus etenim et ususfructus licet his antea connumerabantur, attamen capitis diminutione minima eos tolli

|§. *Sunt autem etiam alterius generis successiones, [quae] neque lege duodecim tabularum, neque praetoris edicto, sed eo iure, [* quod *] consensu receptum est, introductae sunt; [velut] cum paterfamilias se in adoptionem de[dit] mulierque in manum convenit* [a]. §. | — litt. 12 — | [d] *res incorporales et corporales, quaeque ei debitae sunt, patri adoptivo coemptionatorive acquiruntur, exceptis iis, quae per capitis diminutionem pereunt, quales sunt ususfructus, operarum obligatio* .... [e] *quae per iusiurandum contracta est, et* | — litt. 15 — | [f] *legitimo iudicio.*

τῶν ἡμερῶν ἐγίνετο καὶ τρίτη προσέλευσις, ἐν ᾗ ἐπετρέποντο ποιήσασθαι legem bonorum vendendorum. — — *Καὶ μεθ' ὃ ἐνταῦθα παρέδραμε ῥητὸς χρόνος, τότε προσεχωροῖτο ἡ περιουσία τῷ ἀγοραστῇ, καὶ ἐλέγετο ὁ ἀγοραστὴς bonorum emptor*". Cf. Cic. pro Quinct. c. 6. 8. 23. *e*) Cf. Cic. ad Att. I. ep. 1. VI. ep. 1. pro Quinct. c. 15. Quintil. inst. or. VI. c. 3. §. 51. *f*) An: „in diebus (pluribus) venire iubet, si mortui, in diebus paucioribus"? Goesch. *g*) Cf. infra Comm. IV. §. 35. et Varro de re rust. II. c. 10. §. 4. *h*) Gaius illud dicere videtur, res, quae debitoris fuerint, bonorum possessorum (i. e. creditorum, qui in possessionem missi sunt) emptorumve non statim pleno iure fieri. Goesch. Ex vestigiis codicis ita fere restituerim: „Neque *autem* b. possess*ione res emptorum* pleno iure fiunt". Kl. *i*) i. Q. id est *iure Quiritium*. Goesch. *k*) Totius paragraphi sententia haec esse videtur: bonorum sive possessores, sive emptores ipso quidem iure neque convenire posse debitores eius, cuius bona veneant, neque teneri creditoribus eius; sed praetorem iis et in eos utiles actiones accommodare. Goesch.

Tit. X. [XI.] *a*) Cf. Cic. topic. c. 4. ibique Boëth. Ulp. XIX. §. 18. XXIV. §. 23. 24. item supra Comm. II. §. 86. 87. 89. 90. et infra h. C. §. 163. *b*) Cf. Papin. L. 11. §. 2. D. de B. P. sec. tabb. XXXVIII. 11. Paul. L. 3. D. de cap. min. IV. 5. *c*) *quas libertus patrono praestare debet* ins. Bu. non agn. Theoph. Cf. Ulp. L. 7. §. 8. sq. L. 9. D. de oper. libertor. XXXVIII. 1. *d*) An: „*Nam eo casu*"? Goesch. *e*) Lacuna Andreae, Eulero, Huschkio explenda videtur: „*libertorum*". Id. *f*) An: „*peti non solet in*"? Kl.

nostra prohibuit constitutio [g]. §. Nunc autem nos eamdem acquisitionem, quae per arrogationem fiebat, coarctavimus ad similitudinem naturalium parentum. nihil etenim [h] aliud nisi tantummodo ususfructus tam naturalibus patribus [i], quam adoptivis per filiosfamilias [k] acquiritur in iis rebus, quae extrinsecus filiis obveniunt, dominio eis integro servato [l]. mortuo autem filio arrogato in adoptiva familia etiam dominium rerum [m] eius ad arrogatorem transit [n], nisi supersint aliae personae, quae ex nostra constitutione [o] patrem in iis, quae acquiri non possunt, antecedunt [p]. I. §. 2.

§. Sed ex diverso pro eo, quod is debuit, qui se in adoptionem dedit, ipso quidem iure arrogator non tenetur [q], sed [r] nomine filii convenietur [s]; et si noluerit eum defendere, permittitur creditoribus per competentes nostros magistratus bona, quae eius [t] cum usufructu futura fuissent, si se alieno iuri non subiecisset, possidere et legitimo modo ea disponere. I. §. 3.

§. [Sed e di]verso | — litt. 15 — | adoptionem dedit | — litt. 38 — | coemptionatorem, aut ad patrem adoptivum ...... hereditarium aes alienum | — litt. 17 — | ipse pater adoptivus succed[it] .... heres fit, directo tenetur iure | — litt. 12 — | se adoptandum dedit, | — litt. 28 — | desin[unt esse] heredes [u]. *de eo vero* [x], *quod | — litt. 20 — |* [y] *personae debuerint, licet neque pater adoptivus teneatur, neque coemptionator, [neque] ipse quidem, qui se in adoptionem ded[it, vel] quae in manum convenit, maneat obligatus obligata[ve], quia ......* [z] *per capitis diminutionem [liberan]tur, tamen in eum eamve civilis* [a] *actio datur, r[escissa] |capitis diminutione: et si adversus hanc actionem non defendantur, quae bona eorum futura fuissent, si se alieno iuri non subiecissent, universa vendere creditoribus praetor permittit.* G. §. 84. p. 150.

[*DE IN IURE CESSIONE* [a]].

§. [Item si is, ad quem ab intestato legitimo iure pertinet hereditas, eam hereditatem, antequam cer]nat [b] *aut pro herede gerat, alii in iure cedat, pleno iu[re h]eres [fit is, cui* G. §. 85.

---

g) L. 16. Cod. de usufr. III. 33. Cf. L. 17. eod. et Paul. sent. rec. III. 6. §. 28. sq. h) *enim* Hal. i) *parentibus* Hal. Bu. k) *filiosfamiliarum* Hal. l) Cf. Iustinian. L. 6. Cod. de bon. quae liberis. VI. 61. m) *rerum* om. G. Bi. Be. Bu. καὶ ἡ τῶν πραγμάτων δεσποτεία μέτεισι Theoph. n) *pertransit* Hal. o) L. 11. Cod. comm. de successionib. VI. 59. Cf. Iustinian. L. 15. Cod. de testamentaria manum. VII. 2. p) *antecedant* Hal. q) Cf. African. L. 38. pr. D. de solut. et liberat. XLVI. 3. r) *si* ins. Bu. s) *convenitur* Hal. Bu. ἐναχθήσεται Theoph. t) *ei* Bu. u) Universus locus ita in integrum restitui posse videtur: „Sed e diverso *de debitis eius, qui se* in adoptionem dedit, *eiusve, quae in manum convenit, ad ipsum quidem* coemptionatorem, aut ad patrem adoptivum *pertinet* hereditarium aes alienum: *quia enim ipse coemptionator et* ipse pater adoptivus succedit *et retro* heres fit, directo tenetur iure; *is autem, qui* se adoptandum dedit, *quaeque in manum convenit,* desinunt esse heredes". Goesch. Mallem: „Sed e. d. *quae debentur ab eo*, qui se in adoptionem dedit *vel* quae in manum convenit, ad ipsum *pertinet* coempt. aut ad p. adopt. *siquidem est* hereditarium aes alienum: quia etc." Kl. x) Cf. infra Comm. IV. §. 38. et 80. y) Legendum putem: „*proprio nomine eae*" Goesch. z) An *scilicet?* Goesch. a) Vereor ne in hoc verbo librarii vitium lateat, scribentis *civilis*, cum scribere deberet *utilis*. Vid. Comm. IV. §. 38. Goesch.

[*DE IN IURE CESSIONE.*] a) Etiam haec, quae de in iure cessione e Gaii institutionibus sequuntur, Iustinianus non recepit, ideoque peculiari titulo subiecta sunt. b) Duo versus priores ad pauca vestigia in codice Ver. evanuerunt et praesertim ex iis, quae de hac re supra iisdem fere verbis exposita sunt, hoc loco restituta sunt. Cf. supra Comm. II. §. 35—37.

eam cesserit, perinde ac si ipse per] legem ad hereditatem vocaretur. quodsi, posteaquam heres extiterit, cesserit, adhuc heres manet et ob id creditoribus ipse tenebitur: sed res corporales transferet, proinde ac si singulas in iure cessisset; debita vero pereunt, eoque
G. §. 86. *modo debitores hereditarii lucrum faciunt. §. Idem iuris est si testamento scriptus heres, posteaquam heres extiterit, in iure cesserit hereditatem. ante aditam vero hereditatem ce-*
G. §. 87. *dendo nihil agit. §. Suus autem et necessarius heres an aliquid agat in iure cedendo, quaeritur. nostri praeceptores nihil eos agere existimant: diversae scholae auctores idem eos agere putant, quod ceteri post aditam hereditatem; nihil enim interest, utrum aliquis cernendo aut pro herede gerendo heres fiat, an iuris necessitate hereditati adstringatur.*

TIT. XI. [XII.]

DE EO CUI LIBERTATIS CAUSA BONA ADDICUNTUR.

I. pr. Accessit novus casus successionis ex constitutione divi Marci [a]. nam si ii, qui libertatem acceperunt a domino in testamento, ex quo non aditur hereditas, velint bona
I. §. 1. sibi addici libertatum conservandarum causa, audiuntur [b]. §. Et ita rescripto divi Marci ad Popilium [c] Rufum continetur. verba rescripti ita se habent: „Si [d] Virginio [e] Valenti, „qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit, nemine successore ab intestato exi„stente [f], in ea causa bona eius [g] esse coeperunt, ut venire [h] debeant [i], is, cuius de ea re „notio est, aditus rationem desiderii tui habebit, ut libertatum tam earum, quae directo, „quam earum, quae per speciem fideicommissi relictae sunt, tuendarum gratia addicantur „tibi [k], si idonee creditoribus caveris de solido, quod cuique debetur, solvendo. et ii qui„dem [l], quibus directa libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hereditas adita esset; „ii autem, quos heres manumittere rogatus est, a te libertatem consequantur [m]; ita ut si „non alia condicione velis bona tibi addici, quam ut [n] etiam qui directo libertatem acce„perunt, tui liberti fiant [o]. nam huic [p] etiam voluntati tuae si ii, quorum de [q] statu agitur, „consentiant, auctoritatem nostram accommodamus. et ne huius rescriptionis nostrae emo„lumentum alia ratione irritum fiat, si fiscus bona agnoscere voluerit, et ii, qui rebus no„stris attendunt, sciant [r] commodo pecuniario praeferendam [s] libertatis causam et ita bona „cogenda, ut libertas iis salva sit, qui eam adipisci potuerunt, si [t] hereditas ex testamento
I. §. 2. „adita esset". §. Hoc rescripto subventum est [u] et libertatibus et defunctis, ne bona eorum a creditoribus possideantur et veneant [x]. certe si fuerint hac de [y] causa bona addicta, cessat bonorum venditio; extitit [z] enim defuncti defensor, et quidem idoneus, qui de

TIT. XI. [XII.] a) Cf. Ulp. L. 2. D. de fideic. libertat. XL. 5. Gordian. L. 6. Iustinian. I. 15. pr. .. §. 2. Cod. de testamentar. manum. VII. 2. Marcell. L. 50. D. tit. cit. b) *audiantur* Bu. c) *Pompilium* Hal. *Ποπιλίῳ Ῥούφῳ* Theoph. d) *Sed si* Bu. e) *Verginio* Hal. *Οὐεργινίου* Theoph. f) *nemine .... existente* om. Theoph. g) *eius* om. Bi. h) *vaenire* G. i) Cf. Paul. L. 6. pr. D. de reb. auct. iud. poss. XLII. 5. k) *tibi* om. Cod. Erlang. l) *quidem* om. Cod. Erlang. m) *consequentur* Hal. *ἐλευθεροῦνται* Theoph. De re cf. Ulp. L. 4. §. 7. 12. sqq. D. de fideic. libert. XL. 5. n) *ii* ins. Hal. o) Cf. locc. not. a. citt. p) *huic* om. Bi. q) *de quorum* Bu. r) *scient* G. Bi. Be. s) *esse* add. Hal. t) *ac si* Hal. u) *subveniendum est* Bu. *ἐβοήθησεν* Theoph. x) *vaeneant* G. De re cf. praeter L. 6. Cod. cit. Scaev. L. 23. D. quae in fraud. cred. XLII. 8. y) *hac ex* Bi. *ex hac* Bu. z) *existit* Hal.

solido creditoribus cavet [a]. §. Imprimis hoc rescriptum totiens locum habet, quotiens testa- I. §. 3.
**mento libertates datae sunt [b]. quid ergo, si quis intestatus decedens codicillis libertates
dederit, neque [c] adita sit ab intestato hereditas [d]? favor constitutionis debebit locum ha-
bere. certe si testatus decedat [e] et codicillis dederit libertatem, competere eam nemini
dubium est. §. Tunc enim [f] constitutioni locum esse verba ostendunt, cum nemo succes-** I. §. 4.
**sor ab intestato existat; ergo quamdiu incertum erit [g], utrum existat, an non, cessabit
constitutio. si vero [h] certum esse coeperit neminem extare [i], tunc erit constitutioni locus [k].
§. Si is, qui in integrum restitui potest, abstinuerit se ab [l] hereditate [m], quamvis potest in** I. §. 5.
**integrum restitui, potest [n] admitti constitutio et bonorum addictio fieri [o]. quid ergo, si post
addictionem libertatum conservandarum causa factam in integrum sit restitutus? utique
non erit dicendum revocari libertates [p], quia semel competierunt [q]. §. Haec constitutio li-** I. §. 6.
**bertatum tuendarum causa introducta est. ergo si libertates nullae sunt [r] datae, cessat [s]
constitutio. quid ergo, si vivus dederit libertates vel mortis causa, et, ne de [t] hoc quae-
ratur, utrum in fraudem creditorum, an non factum sit, idcirco velint sibi addici bona? an
audiendi sunt [u]? et magis est, ut audiri debeant, etsi deficiant verba constitutionis. §. Sed** I. §. 7.
**cum multas divisiones huic [x] constitutioni deesse perspeximus, lata est a nobis plenissima
constitutio [y], in quam [z] multae species collatae sunt, quibus ius huiusmodi [a] successionis
plenissimum est effectum, quas ex ipsa [b] lectione constitutionis potest quis cognoscere.**

TIT. XII. [XIII.]

DE SUCCESSIONIBUS SUBLATIS QUAE FIEBANT PER BONORUM [a] VENDITIONEM [b] ET EX SENATUSCONSULTO CLAUDIANO [c].

Erant ante [d] praedictam successionem olim et aliae per universitatem successiones; I. pr.
**qualis fuerat bonorum emptio [e], quae de bonis debitoris vendendis per multas ambages [f]
fuerat introducta, et tunc locum habebat, quando iudicia ordinaria in usu fuerunt [g]. sed
cum extraordinariis iudiciis posteritas usa est, ideo cum ipsis ordinariis iudiciis etiam bo-**

---

a) Cf. Ulp. L. 7. §. 1. D. quib. ex caus. in B. P. eatur XLII. 4. b) Cf. citt. L. 6. L. 15. Cod. de test. man. VII. 2. c) *nec* Bu. d) *haereditas: an*, signo interrog. post *habere* posito, Hal. contra Theophilum et Ulp. L. 2. D. de fideicomm. libert. XL. 5., unde locus noster depromptus est. e) *intestatus decesserit* Hal. Sed Theoph. „*Εἰ δὲ καὶ διαθέμενός τις ἐν διαθήκῃ μὲν ἠλευθέρωσεν οὐδένα, ἐν κωδικέλλῳ δὲ κατέλιπε τὰς ἐλευθερίας, ἄμαχον*" κ. τ. λ. f) *enim* om. Bu. g) *sit* Bi. Bu. *ἄδηλόν ἐστι* Theoph. h) *vero* om. G. Bi. Be. Bu. *ἡνίκα δὲ* Theoph. i) *existere* Hal. k) Cf. Ulp. L. 4. D. tit. cit. et Iavolen. L. 36. D. de bonis libertor. XXXVIII. 2. l) *se ab* om. Hal. *ab* om. Bi. m) *an* ins. Hal. n) *possit* Hal. o) *fieri* signo interrogandi sequente. Hal. p) *libertatem* Bu. *ἐλευθερίας* Theoph. q) *competierit* Bu. r) *sint* Bu. s) *cessat haec* Hal. *haec cessat* Bu. *οὐ δυνατὸν αὐτὴν πραγματεύεσθαι*. Theoph. t) *de* om. Bi. u) *sint* Hal. x) *eiusmodi* Hal. G. Bi. Be. *τῇ παρούσῃ νομοθεσίᾳ* Theoph. y) Cit. L. 15. Cod. de test. man. VII. 2. z) *in qua* Hal. G. Be. a) *huius* Bu. *τῆς τοιαύτης διαδοχῆς* Theoph. b) *ipsius* Hal.

Tit. XII. [XIII.] a) *Bonorum* om. G. sed Cuiacius habet. b) *Venditiones* Hal. c) In Cod. Erlang. rubricae spatium relictum est vacuum. d) *autem post* pro *ante* Bu. *Πρὸ τῆς* κ. τ. λ. Theoph. e) Cf. Gai. L. 16. Paul. L. 20. D. de reb. auct. ind. poss. XLII. 5. f) Cf. Gai. III. §. 77. sqq. et Theoph. h. l. g) *fuerant* Hal. Bu. *ὀρδινάρια ἦν* Theoph. Cf. Paul. L. 12. pr. D. tit. cit.

norum venditiones expiraverunt, et tantummodo creditoribus datur officio iudicis [h] bona possidere et, prout utile eis visum fuerit [i], ea disponere, quod ex latioribus digestorum [k]
I. §. 1. libris perfectius apparebit. §. Erat et [l] ex senatusconsulto Claudiano [m] miserabilis per universitatem acquisitio, cum libera mulier servili amore bacchata ipsam libertatem per senatusconsultum amittebat et cum libertate substantiam. quod indignum nostris temporibus esse existimantes et a nostra civitate deleri [n] et non inseri nostris digestis concessimus.

TIT. XIII. [XIV.]
DE OBLIGATIONIBUS.

I. pr. G. §. 88. p. 151. Nunc transeamus ad obligationes. Obligatio est iuris vinculum, quo necessitate [a] adstringimur alicuius rei solvendae secundum nostrae civitatis [b] iura.
I. §. 1. G. §. 89. §. Omnium autem obligationum summa divisio in duo genera deducitur [c]; namque aut civiles sunt, aut praetoriae: civiles sunt quae aut legibus constitutae aut certe [f] iure civili comprobatae sunt [g]; praetoriae sunt, quas praetor ex sua iurisdictione constituit, quae etiam honorariae vocantur [h].
I. §. 2. §. Sequens divisio in quatuor species deducitur [k]: aut enim ex [l] contractu sunt, aut quasi ex contractu, aut ex maleficio, aut quasi ex maleficio. Prius est, ut de iis, quae ex contractu sunt, dispiciamus. harum aeque quatuor sunt species: aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut litteris, aut consensu. de quibus singulis dispiciamus.

[c] |§. [*Nunc transeamus*] *ad obligationes, quarum* [d] *summa divisio in duas species deducitur. omnis enim obligatio vel ex contractu nascitur. vel ex delicto.*

§. *Et* [i] *prius videamus de his, quae ex contractu nascuntur. harum quatuor genera sunt: aut enim re* [con]*trahitur obligatio, aut verbis, aut litteris, aut consensu.*

TIT. XIV. [XV.]
QUIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

I. pr. G. §. 90. §. Re [a] contrahitur obligatio velut [b] mutui datione. mutui autem datio [c] [* *quae* *] [d] *proprie* in his [e] *fere* rebus consistit (*contingit*), quae *res* [f] pondere, nu-

---

h) Cf. Diocl. et Max. L. 9. Cod. de bonis auct. iud. poss. VII. 72. i) *est* Hal. k) Cf. tit. D. de reb. auct. iud. poss. XLII. 5. l) *et* om. Cod. Erlang. m) Cf. Gai. I. §. 84. pag. 21. not. e. atque Ulp. fragm. XI. §. 11. n) Iustinian. L. un. Cod. de SCto Claudiano toll. VII. 24.

Tit. XIII. [XIV.] a) Cf. Pomp. L. 8. Paul. 3. §. 2. D. de O. et A. XLIV. 7. b) Cf. Ulp. L. 14. D. eod. c) Praecedit unius versus spatium vacuum. d) Cf. Epitome II. 9 pr. et Gai. L. 1. pr. de O. et A. XLIV. 7. e) *diducitur* Hal. f) *certo* Hal. δηλαδὴ Theoph. g) Cf. Paul. L. 6. D. de pact. II. 14. h) Cf. Ulp. L. 7. D. eod. i) Cf. Epit. l. c. Gai. L. 1. cit. §. 1. k) *dividitur* Hal. διαίρεσις . . . τέμνεται Theoph. l) L. 1. pr. §. 1. D. h. t. XLIV. 7. (Gai. lib. II. Aureor.): „*Obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex maleficio, aut proprio quodam iure ex variis causarum figuris. Obligationes ex contractu aut re contrahuntur, aut verbis, aut consensu*".

Tit. XIV. [XV.] a) Cf. Epit. II. 9. §. 1. Gai. cit. L. 1. §. 2. de O. et A. XLIV. 7. b) *velut* om. cit. L. 1. §. 2. D. de O. et A. XLIV. 7. c) *obligatio* Bi. d) Malim cum institutionibus Iustiniani repeti verba *mutui datio*, quae facilius quam pronomen a librario codicis Ver. omitti potuisse mihi videantur. e) *iis* Hal. G. Bi. Be. f) In cod. Ver. est *quares*; Goesch. correxit *quae*; restitui „*quae res*". Kl.

Scripserunt novissime Bucher das Recht der Forderungen. Ed. 2. Lips. 1830. Unterholzner [illegible] Kritik [illegible] Cassa [illegible] Ed. II. [illegible] . 1836.

Tit. XIV. De obligationibus. Secundum Theophilum hic tertia pars juris explicari incipit, quae est de obligationibus et actionibus. Contr. dicta [illegible] l. alt. D. de j. n. g. et civ. [Quia a dominio ita jure [illegible] differat ?]

Obligatio. Metaphora apud omnes hodie nationes usitatissima. Apud Anglos bond, item lien. Verbindlichkeit. Verbindlichkeit. Quid differat ab antiquiore nexus [illegible] Hist. docebitur. De significatione vocabuli nemo accuratius disputavit quam in [illegible] diligentissimus Riedel. Quae significationes hic in censum veniunt [illegible] factum negandi: nam obligationes dicuntur fieri [illegible] l. 2. D. h. t. et hoc modo obligatio verborum esse dicitur quae verbis seu facto loquendi ~~[illegible]~~ celebratur. literarum quae literis, seu facto scribendi. Eodem modo dicitur mutui datio in Tit. 14. quae species obligationis est. Ita etiam in L. 33. § 1. D. de pign. et hyp. obligatio obligari dicitur, et in L. alt. D. Qui potiores, obligatio in qua convenit, i. e. in cuius actu seu celebratione convenit ~~inter obligandum convenisse~~. b. Id quod sequitur seu efficitur in ipso h. pignoris illo facto, id est, necessitudo inter debitorem et creditorem. Quae significatio vulgaris est ~~[illegible]~~. c. eadem necessitudo ~~ab~~ spectata a parte creditoris, veluti in Rubrica D. Quorum pignores obligari possunt. cf. L. 9. § 2. D. de pignor. d. eadem necessitudo a parte debitoris, veluti in L. 36. D. de reb. cred. ubi obligatio tua adversus me significat pecuniam quam mihi debebas. Itaque maxime Recentiores loquuntur.

Obligatio est juris vinculum. Non aequitatis duntaxat, quali vinculo naturalis obligatio consistere dicitur in L. 95. § 4. D. de solut. quae propterea vera et [illegible] obligatio esse negatur.

necessitate adstringimur. Quae necessitas actione constat, sive judicio, adversus eum qui obligatus est comparata. cf. L. 5. D. h. t. Qui ita adstrictus vel obstrictus est, vulgo teneri dicitur. (+)

(+) [illegible] L. 3. D. h. t.

Alicuius solvendae rei. Est ~~igitur homo~~ qui dare vel facere tenetur, non res aliqua quae dominationi tuae obnoxia sit, sicut in dominio ~~[illegible]~~ et in servitutibus. Differentia ~~[illegible]~~ quae obligationis vinculum et dominium vel jus in re, i. e. servitus, separantur eo maxime apparet, quod obligatio duas personas requirit, nullam rem; dominium vero unam personam, et praeterea rem. Unus tamen casus est obligationis rei, i. e. jure praetorio ~~in~~ causa pignoris vel hypothecae quo in loco haec tanta nominis est differentia, ~~[illegible]~~ creditur enim illud pignus dominium et obligatio appellatur qua debitor pignus creditori obligat [illegible] (unde etiam nexus pignoris dicitur [illegible]) obligatio inter homines contracta efficit rei obligationem. Potest tamen etiam testamento constitui, et magistratus decreto, et ipso lege: Cf. L. 4. D. de pignor.

solvendae rei. [illegible] in L. [illegible] D. [illegible] faciendae vel praestandae: maxime cum res quae promissa est [illegible] obligatione ~~[illegible]~~ comprehensa: non tamen [illegible] hoc dici potest. Cf. [illegible] apud Gajum IV. [illegible] et 60, item II. 213.

solvendae rei. [illegible] dicitur solvi vel dissolvi obligatio, quae est latior vocabuli potestas. cf. L. 35. D. de R. J.

secundum nostrae civitatis jura. Nostra civitas sive ratio est urbs Roma, quae [illegible] partim ~~et~~ jure Romano utitur, partim communi gentium jure. Non tamen juris gentium obligationes ab hac definitione remotas volo. Reputemus quoque si [illegible], hanc sortem [illegible] adstringimur, ~~[illegible]~~ eam tradere sententiam, ut factum quidem obligandi possit esse commune, [illegible] eius sive obligationem efficacem [illegible] ex jure peculiari Romano proprio. Et sane ita se res habet: illa enim [illegible] maxime posita est sint civiles, in actione sive judicio, quae res tota quanta Romana est. Item an omnino stringat aliqua obligatio, veluti servilis aut pupillaris, an cedi possit, num ad heredem transeat, [illegible] possit, cet. cet. quaestiones illae omnes aliaeque [illegible] Romano jure dijudicantur. [illegible] Theoph. conjungens: solvendae [illegible]

§. 1. tit. XIII. Omnium obligationum summa divisio. Apud Romanos summa divisio est longe alia: qua obligationes dicuntur quaecunque rursus distinguntur
esse vel naturales vel civiles, nec raro adduntur mixtae [illegible] : cui enimvero eo usu jurisprudentiae Romana [illegible] videtur. Sane civilis obligatio, naturalis obligatio [illegible] usitata fuit nomina : sed non ut usitata divisio summum
locum obtinens in jurisprudentia. De naturali obligatione ex sententia Romanorum quaestio olim proposita
est in Academia [illegible] ; et Responsio non pervenit quidem extat in Annall. illius Academiae [illegible]
[illegible] [illegible] dicenda videtur, quae nec juris civilis est nec gentium, quae jure Romanorum non ligat, et
proinde saepe obligatio esse negatur ut apud Gajum III. 119 verbis: non fuerit obligatus, et in L. 59. D. h. t. cum
quoad eosdem sedit inutilis esse dicitur vel nulla ut apud eundem III. 176 ; quae tamen externam habet obliga-
tionis figuram, sive facto corporeo [illegible] non caret quali alias obligare solet, veluti cum servus promittit, aut
cum pupillo mutuum datur : cf. Gaj. III. 119 et L. 41. D. ad L. Falcid. unde [illegible] obligatio nominari videtur :
habet enim speciem et materiem obligationis, licet vim non habeat, quippe non ligat. Quemodo
naturalis possessio dici solet ea cum vera possessio non est, sed detentio tantum sive tactus detinendi : cf. L. 9. D. de
rei vind. cum L. 2. §. 1. et 2. D. pro herede. Praeterea vero licet vim non habeat ligandi vel [illegible] alia tamen quae
non contemnenda efficit nec tamen omnes eadem, sed aliae plura aliae pauciora, mox enumeramus. Prius enim
quam hoc fiat, monendi sumus quod necessarium est ne [illegible] esse quandam singularem
naturalis obligationis significationem ab [illegible] nostra [illegible] : nimirum sicut naturalis saepe dicitur jus quod
gentium quod jam [illegible] dicebamus, ita naturalis obligatio videtur dici posse quaelibet juris gentium obligatio
[illegible] potest L. 84. §. 1. 2. de reg. juris : communiter tamen Romani hic loquuti non sunt, [illegible] naturalis obli-
gationem vulgo dicentes non veram [illegible] imperfectam. Item monendi sumus ut hoc nomine utuntur Ro-
mani opus fuisse aliqua figura seu facto obligandi [illegible] : cetero-
quin natura deberi, naturales debitores [illegible] non tamen naturalis obligatio : unde verum fit
naturalem obligationem esse quidem naturalem debitorem non tamen contra : cf. L. 16. §. 4. cit. cum L. 5. §. 2. D. de
[illegible] Scaev. Postremo monendi sumus [illegible] non usque adeo esse [illegible] : vulgo autem multa alia
vocabula [illegible] et cum [illegible] usurpari : ex eo genere esse videtur celebre illud in L. 25.
§. 11. D. de hered. petit., ad remunerandum naturaliter obligaverunt. cf. L. 6. D. pro socio. Ita quoque [illegible]
legere memini Romae in epitaphio : a puer puellaque obligati amore [illegible] : [illegible] nemo [illegible]
ad classem naturalium obligationum revocabit. Est [illegible] a nostra disputatione [illegible]

Consideremus nunc illa effecta. Sunt [illegible] :

1° Praecipuum est quod naturalis obligatio [illegible] repetitionem impedit : [illegible] L. 10. L. 38. [illegible] 64. D. de condict. ind.
L. 40. §. 3. D. de cond. et dem. Hoc tamen [illegible] dici potest de naturali obligatione a pupillo contracta.
affirmat quidem L. 21. D. ad L. Falcid. item [illegible] L. [illegible] D. Quando dies legat. [illegible] L. [illegible] D. de cond. ind.
[illegible] et §. [illegible] L. 59. D. h. t. cf. Gaj. III. 119. [illegible] constat si [illegible] factus est pupillus, non repetit
2° [illegible] potest naturali obligationi [illegible] : Gaj. [illegible] L. [illegible] D. de fidejuss. L. 13. cit. Item [illegible] L. 5. D. de pign.

mero, mensura[g] constant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, aere, argento,[h] auro[i] (*qualis est pecunia numerata, vinum, oleum, frumentum, aes, argentum, aurum*); quas res aut numerando, aut metiendo, aut appendendo[k] (*pendendo*) in hoc damus[l], ut accipientium[m] fiant et quandoque[n] nobis non eaedem res, sed aliae eiusdem naturae et qualitatis reddantur. unde[o] etiam mutuum appellatum est[p], quia ita a me tibi datur, ut ex meo tuum fiat (*quod ita tibi a me datum est, ex meo tuum fit*)[q]. et ex eo contractu nascitur actio, quae vocatur condictio[r]. §. Is[s] quoque, qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem I. §. 1.
solvit, re obligatur, daturque agenti contra eum propter repetitionem condicticia actio[t]. G. §. 91.
nam perinde (*proinde*) ei[u] condici potest „si paret[x] eum dare oportere", ac si mutuum accepisset.

unde pupillus[y], si ei sine tutoris auctoritate non debitum[z] per errorem datum est, non tenebitur[a] indebiti condictione magis[b] quam mutui datione.

unde quidam putant, pupillum aut mulierem, cui sine tutoris auctoritate non debitum per errorem datum est, non teneri condictione, non magis quam mutui datione.

sed[c] haec species obligationis non videtur ex contractu consistere, cum (*quia*) is, qui solvendi animo dat, magis distrahere voluit (*vult*) negotium[d], quam contrahere.

§. Item[e] is, cui res aliqua utenda datur, id est commodatur, re obligatur et tene- I. §. 2.
tur commodati actione. sed is ab eo, qui mutuum accepit, longe distat; namque non ita res datur, ut eius fiat, et ob id de ea re ipsa restituenda tenetur[f]. et is quidem, qui mutuum accepit, si quolibet fortuito casu amiserit quod accepit[g], veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum hostiumve incursu, nihilominus obligatus permanet[h]. at is, qui utendum accepit, sane quidem exactam diligentiam custodiendae rei praestare iubetur[i], nec sufficit ei tantam diligentiam adhibuisse, quantam[k] suis rebus adhibere solitus est, si modo alius diligentior[l] potuerit[m] eam rem custodire; sed propter maiorem vim, maioresve ca-

---

g) *mensurave* G. Bi. Be. Bu. *mensura* Dig. et Theoph. h) *et* ins. Bu. i) *aere, argento, auro* om. Dig. k) *aut numerando ... aut appendendo* om. Dig. l) Cf. Paul. L. 2. D. de reb. cred. XII. 1. m) *ut fiant accipientis, postea alios recepturi eiusdem generis et qualitatis* Dig. n) *quoniam* Hal. o) *redduntur: inde* Hal. *redduntur: unde* G. p) *sit* Hal. G. q) Paul. cit. L. 2. §. 2. „*Appellata est autem mutui datio ab eo, quod de meo tuum fit; et ideo, si non fiat tuum, non nascitur obligatio*". Cf. Varro de l. l. IV. (V. Spengel. p. 178.) c. 36. ed. Bip. p. 49. r) Cf. infra §. 15. Inst. de act. IV. 6. Gai. IV. §. 5. Ulp. L. 9. pr. D. de reb. cred. XII. 1. s) Cf. Gai. L. 5. §. 3. D. de O. et A. XLIV. 7. t) Cf. Papin. L. 66. D. de cond. ind. XII. 6. u) *ab eo* G. Be. *ei ab eo* Bu. x) *apparet* Hal. Bu. y) Cf. Paul. L. 43. Licin. Rufin. L. 59. D. de O. et A. XLIV. 7. Ulp. L. 4. §. 4. D. de doli mali et met. exc. XLIV. 4. Gai. L. 9. D. de auct. et cons. tut. XXVI. 8. item supra pr. Inst. de auct. tut. I. 21. §. 2. Inst. quib. alien. non licet. II. 8. z) *indebitum* Hal. ἰνδέβιτον Theoph. a) *tenetur* Bi. Bu. b) *non tenebitur indebiti condictione: non magis* Hal. c) Cf. Gai. L. 5. §. 3. D. de O. et A. XLIV. 7. d) *magis voluerit negocium distrahere* Hal. e) Hic §. ad Gai. L. 1. §. 3. 4. D. de O. et A. XLIV. 7. (Gai. lib. II. Aureor.) elaboratus est. Cf. Ulp. L. 1. D. commodati XIII. 6. f) Cf. Pompon. L. 8. D. commod. XIII. 6. g) *quod acc.*, om. Bi. *id, quod accepit, amiserit* Bu. h) *remanet* Hal. Cf. Diocl. et Max. L. 11. Cod. si certum pet. IV. 2. i) Cf. Ulp. L. 23. D. de reg. iur. L. 17. L. 5. §. 4. 5. L. 10. Gai. L. 18. D. commod. XIII. 6. Diocl. et Max. L. 1. Cod. de commodato IV. 23. k) *in* ins. Bu. l) *diligentius* Bu. ὁ ἐπιμελέστερος Theoph. m) *poterat* Hal. Bi. *poterit* G. Be.

sus non tenetur [n], si modo non [o] huius [p] ipsius culpa is casus intervenerit [q]. alioquin si id, quod tibi commodatum est [r], peregre tecum ferre malueris, et vel incursu hostium praedonumve, vel naufragio amiseris, dubium non est, quin de restituenda ea re tenearis. Commodata [s] autem res tunc proprie intellegitur, si nulla mercede accepta vel constituta res tibi utenda data est; alioquin mercede interveniente locatus tibi usus rei videtur; gratuitum enim debet esse commodatum.

I. §. 3. §. Praeterea et is, apud quem res aliqua deponitur, re obligatur et [t] actione depositi; qui [u] et ipse de ea re, quam accepit, restituenda tenetur [x]. sed is ex eo solo tenetur, si quid dolo commiserit [y]; culpae autem nomine, id est desidiae ac negligentiae, non tenetur. itaque securus est qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit [z], quia qui negligenti amico rem custodiendam tradidit [a], suae facilitati id imputare debet.

I. §. 4. §. Creditor [b] quoque, qui pignus accepit, re obligatur; qui [c] et ipse de ea [d] re, quam accepit, restituenda tenetur actione pigneraticia [e]. sed quia pignus utriusque gratia datur, et debitoris, quo magis pecunia ei crederetur [f], et creditoris, quo magis ei in tuto sit creditum, placuit sufficere, quod [g] ad eam rem custodiendam exactam diligentiam adhiberet [h]; quam si praestiterit et aliquo fortuito [i] casu rem amiserit, securum esse, nec impediri creditum petere [k].

TIT. XV. [XVI.]
DE VERBORUM OBLIGATIONE [a].

I. pr. G. §. 92. p. 152. Verbis [b] obligatio contrahitur ex interrogatione et responsione [c], cum quid dari fierive nobis stipulamur [d]. ex qua duae proficiscuntur actiones, tam condictio certi [e], si G. §. 93. certa sit stipulatio, quam [f] ex stipulatu, si incerta [g]; quae [h] hoc nomine inde utitur, quia [i] stipulum apud veteres firmum appel-

§. *Verbis obligatio fit ex interrogatione et responsione* [k], *velut: „dari spondes? spondeo; dabis? dabo; promittis? promitto; fidepromittis? fidepromitto; fideiubes? fideiubeo; facies? faciam".* §. *Sed haec quidem verborum obligatio „dari spondes? spondeo" propria civium Romanorum est* [l]*:*

---

n) Cf. Paul. sent. rec. II. 4. §. 2. Diocl. et Max. L. 28. Cod. de locato IV. 65. o) *non* post *casus* pos. Bu. p) *huius* om. Hal. q) *intervenit* Hal. r) *domi* add. Hal. Be. *tibi domi* c. e. Bu. non agn. Dig. neque Theoph. Cf. Gai. L. 18. pr. D. commodati XIII. 6. s) Cf. infra §. 13. Inst. de mandato III. 26. (27.) Ulp. L. 5. §. 12. D. commodati XIII. 6. t) *obligatur, teneturque* Hal. non agn. Theoph. u) *quia* Hal. G. Bu. quod non agn. Gai. cit. L. 5. D. de O. et A. §. 5. unde §. noster ad verbum fere transscriptus est. Cf. Ulp. L. 5. §. 2. D. commod. XIII. 6. x) Cf. Paul. sent. rec. II. 12. §. 12. y) *aut lata culpa* add. Bu. quod glossema non agn. Theoph. Cf. passim tit. D. depositi XVI. 3. z) *amisit* Bi. Bu. a) *tradit, non ei, sed* Hal. *tradit* Bi. παραδοὺς Theoph. *quia qui negligenti amico rem custodiendam committit, de se queri debet* Dig. b) Gai. cit. L. 1. §. 6. c) *quia* Hal. G. d) *ipsa*, quod est in Dig., habuerat etiam Cod. Erlang. e) *pignoraticia* Hal. *pignoratitia* Bi. Be. Bu. πιγνορατιτίᾳ Theoph. *actione pigneraticia* om. Dig. f) *credatur* Hal. g) *si* Hal. pro *quod*. h) *adhibeat* Hal. Cf. Ulp. L. 5. §. 2. D. commod. XIII. 6. et L. 23. D. de reg. iur. L. 17. i) *fortuito* G. k) Cf. Ulp. L. 13. D. de pign. act. XIII. 7. et passim Cod. eod. tit. IV. 24.

Tit. XV. [XVI.] a) *De Verborum Obligationibus.* Hal. b) L. 1. §. 7. D. de O. et A. XLIV. 7. (Gai. lib. II. Aureor.) Cf. Modestin. L. 52. §. 2. D. eod. c) *responsu* Gai. in Dig. l. c. d) *stipulemur* Dig. e) *certi* om. G. Bi. δύο ἀγωγαὶ ἀναφύονται, ὁ κονδικτίτιος καὶ ἡ ex stipulatu. Theoph. f) *actio* ins. Bu. g) *sit* add. Hal. h) *stipulatio* add. Bu. i) *quod* Hal. k) Cf. Epit. II. 9. §. 2. l) Cf. infra h. C. §. 179.

3°. Locum facit compensationi per L. 5 u. 9. D. de compensat. 4°. Item novationi, iisque duobus modis, aut novanda obligatio sive praecedens sit naturalis, aut nova [illegible] quae ei substituitur per L. 1. §. 1. D. de novat. Cf. tamen S. 3. I. Quib. mod. toll. obl. quae docetur id quidem verum esse de pupillari obligatione, non etiam de [illegible] [illegible] [illegible] non semper probata fuit ea differentia. Cf. Jus. II. 178. [illegible] [illegible] [illegible]. 5°. Locum facit constituto (v), quod qualis sit [illegible] [illegible] appareat, ut L. 1. §. 7. de const. (v) [illegible] L. 1. 3. §. 2. de pec. const. 6°. [illegible] [illegible] Haec, quinque naturalis obligationis effecta dici ex [illegible] possunt. 7°. [illegible] non [illegible] [illegible] exceptionis quam nuda pactio parit per L. 7. §. 4. D. de pactis. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] naturalis obligationis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] obligatione [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] L. [illegible] [illegible] L. 5. [illegible] [illegible] Quan- quam naturali Delictum [illegible] et [illegible] [illegible] modo [illegible] effectus [illegible] quaedam [illegible] [illegible], ut [illegible] L. 5. [illegible] L. 3. [illegible] [illegible] (N. [illegible])

Quaeritur:

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] naturalem obligationem.

Quae [illegible] [illegible] effecta? [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tanquam [illegible] [illegible] L. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] per L. 3. [illegible] [illegible] naturalem obligationem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tolli.

An recte [illegible] [illegible]?

I. §. 1.

labatur, forte a stipite descendens[m]. §. In hac re olim talia verba tradita fuerunt: „spondes? spondeo"; „promittis? promitto"; „fidepromittis? fidepromitto"; „fideiubes? fideiubeo"[n]; „dabis? dabo"; „facies? faciam"[o]. utrum autem Latina, an Graeca, vel qua[p] alia lingua stipulatio concipiatur, nihil interest, scilicet si uterque stipulantium intellectum eius linguae habeat; nec necesse est eadem lingua utrumque uti; sed sufficit congruenter ad interrogata[q] respondere. quin etiam duo Graeci Latina lingua obligationem contrahere possunt.

ceterae vero iuris gentium sunt, itaque inter omnes homines, sive cives Romanos sive peregrinos, valent: et quamvis ad Graecam vocem expressae fuerint, velut hoc modo: [*„δώσεις; δώσω· ὁμολογεῖς; ὁμολογῶ· πίστει κελεύεις; πίστει κελεύω· ποιήσεις; ποιήσω"*]. *haec tamen etiam inter cives Romanos valent, si modo Graeci sermonis intellectum habeant. et e contrario quamvis Latine enuncientur, tamen etiam inter peregrinos valent, si modo Latini sermonis intellectum habeant. at illa verborum obligatio „dari spondes? spondeo" adeo propria civium Romanorum est, ut ne quidem in Graecum sermonem per interpretationem proprie transferri possit; quamvis dicatur a Graeca voce figurata esse*[r].

§. *Unde dicitur uno casu hoc verbo peregrinum quoque obligari posse, velut si imperator noster principem alicuius peregrini populi*[s] *de pace ita interroget: „pacem futuram spondes?" vel ipse eodem modo interrogetur. quod nimium subtiliter dictum est; quia si quid adversus pactionem fiat, non ex stipulatu agitur, sed iure belli res vindicatur.* G. § 94.
§. *Illud dubitari potest, si quis* || — *pag* 1. — | |§. *obligentur: utique* [*cum*] *quaeritur de iure Romanorum. nam apud peregrinos quid iuris sit, singularum civitatium iura requirentes aliud* | — *litt.* 18 — |[t]. G. §. 95. p. 153. G. §. 96. p. 154.

Sed haec sollennia verba olim quidem in usu fuerunt; postea autem Leoniana[u] constitutio[x] lata est, quae sollennitate verborum sublata sensum et consonantem intellectum ab utraque parte solum desiderat, licet quibuscumque[y] verbis expressum[z] est. I. §. 1. cont.
§. Omnis stipulatio aut pure, aut in diem, aut sub conditione fit[a]. pure, veluti: „quinque I. §. 2.

m) Cf. Paul. sent. rec. V. 7. §. 1. Isidor. or. IV. 24. (p. 930. ed. Gothofr.) item Varro de l. l. lib. V. i. f. p. 181. ed. Spengel. (lib. IV. ed. Gothofr.) et Fest. v. *Stipem.* n) *fideipr. fideiiub.* est in Cod. Erlang. o) Cf. Paul. sent. rec. II. 3. Pomp. L. 5. §. 1. D. h. t. XLV. 1. p) Cf. Ulp. L. 1. §. 6. D. h. t. XLV. 1. q) *interrogatum* Ba. r) Cf. Festus s. v. *Spondere.* s) Vid. Liv. IX. 5. 41. Cic. pro Balbo c. 12. t) Sequenti versu incipit materia de inutilibus stipulationibus; quam quae in Epit. antecedunt, partim ad fideiussionem pertinent, de qua inferius videbimus, partim ad eas verborum obligationes, quae nulla praecedente interrogatione contrahuntur. De his ita exponunt Epitomatores: §. 3. *„Sunt et aliae obligationes, quae nulla praecedente interrogatione contrahi possunt, id est, ut si mulier, sive sponsa uxor futura, sive iam marito dotem dicat. Quod tam de mobilibus rebus, quam de fundis fieri potest. Et non solum in hac obligatione ipsa mulier obligatur, sed et pater eius, et debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quam illi debebat, sponso creditricis ipse debitor in dotem dixerit. Hae tantum tres personae, nulla interrogatione praecedente, possunt dictione dotis legitime obligari. Aliae vero personae si pro muliere dotem viro promiserint, communi iure obligari debent, id est, ut et interrogata respondeant, et stipulata promittant. §. 4. Item et alio casu, uno loquente et sine interrogatione alii promittente, contrahitur obligatio, id est, si libertus patrono aut donum, aut munus, aut operas se daturum esse iuravit: in qua re supradicti liberti non tam verborum sollennitate, quam iurisiurandi religione retinentur. Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest".* Goesch. u) *Leonina* Hal. x) l. 10. Cod. de contrah. et committ. stip. VIII. 38. y) *desiderat, quibuscunque tandem* Hal. z) *expressus* Ba. a) Cf. Paul. sent. rec. II. 3. et L. 44. D. de O. et A. XLIV. 7. item Ulp. L. 10. D. de verb. sign. L. 16.

aureos dare spondes"? idque confestim peti potest [b]. in diem [c], cum adiecto die, quo pecunia solvatur, stipulatio fit, veluti: „decem aureos primis kalendis Martiis dare spondes"? id autem, quod in diem stipulamur, statim quidem debetur, sed peti prius, quam dies venerit [d], non potest [e]. at ne [f] eo quidem ipso die, in quem stipulatio facta est, peti potest, quia totus is dies arbitrio solventis tribui debet; neque enim certum est eo die, in
I. §. 3. quem promissum est, datum non esse, priusquam is praeterierit [g]. §. At si ita stipuleris: „decem aureos annuos quoad vivam dare spondes"? [h] et pure facta obligatio intellegitur et perpetuatur, quia ad tempus deberi non potest. sed heres petendo pacti exce-
I. §. 4. ptione summovebitur [i]. §. Sub condicione stipulatio fit, cum in aliquem casum differtur obligatio, ut, si aliquid [k] factum fuerit aut [l] non fuerit, stipulatio committatur [m], veluti: „si Titius consul fuerit factus, quinque aureos dare spondes"? [n] si quis ita stipuletur: „si in capitolium non ascendero, dare spondes"? [o] perinde erit, ac si stipulatus esset, cum moreretur [p] sibi dari [q]. ex [r] condicionali stipulatione tantum spes est debitum [s] iri, eamque [t] ipsam spem in heredem [u] transmittimus, si, priusquam condicio existat [x], mors no-
I. §. 5. bis contigerit [y]. §. Loca etiam inseri stipulationi solent [z], veluti: „Carthagine [a] dare spondes"? quae stipulatio licet pure fieri videatur [b], tamen re ipsa habet tempus iniectum [c], quo promissor utatur ad pecuniam Carthagine dandam. et ideo si quis Romae ita stipuletur: „hodie Carthagine dare spondes"? inutilis erit stipulatio, cum impossibilis sit repro-
I. §. 6. missio. §. Condiciones [d], quae ad praeteritum vel praesens [e] tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omnino non differunt, veluti: „si Titius consul fuit", vel: „si Maevius vivit", „dare spondes"? nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio; sin autem ita se habent, statim valet. quae enim per rerum naturam sunt certa, non moran-
I. §. 7. tur obligationem, licet apud nos incerta sint [f]. §. Non solum res in stipulatum deduci possunt, sed etiam facta, ut si [g] stipulemur aliquid fieri vel non fieri [h]. et in huiusmodi stipulationibus optimum erit poenam subiicere [i], ne quantitas stipulationis in incerto [k] sit,

---

b) Cf. Ulp. L. 41. §. 1. D. h. t. XLV. 1. §. 27. Inst. de inut. stipul. III. 19. (20.) Ulp. L. 213. pr. D. de verb. sign. L. 16. Pomp. L. 14. D. de reg. iur. L. 17. item Paul. L. 26. D. de stip. serv. XLV. 3. c) Cf. Paul. cit. L. 44. §. 1. d) *veniat* Bi. Bu. e) Cf. infra §. 26. Inst. de inut. stip. III. 19. (20.) Ulp. L. 41. §. 1. D. h. t. XLV. 1. f) *nec* Bi. Bu. g) *praetereat* Bi. h) Cf. Iulian. L. 56. §. 4. D. h. t. XLV. 1. Paul. L. 44. §. 1. D. de O. et A. XLIV. 7. Diocl. et Max. L. 7. Cod. de sentent. et interl. VII. 45. i) Cf. Iulian. L. 56. §. 4. D. h. t. XLV. 1. k) *si quid* Bu. l) *vel* Hal. m) Cf. cit. L. 44. §. 2. D. de O. et A. XLIV. 7. et passim D. h. t. XLV. 1. n) Cf. African. L. 63. et Scaev. L. 129. D. eod. o) Cf. Papin. L. 115. §. 1. D. eod. p) *morietur* G. q) Cf. Pompon. L. 61. D. de manum. test. XL. 4. r) Cf. Ulp. L. 54. D. de verb. sign. L. 16. L. 42. §. 1. D. de O. et A. XLIV. 7. Gai. L. 73. §. 1. D. ad leg. Falcid. XXXV. 2. s) *debitu* G. sed *debitum* Cuiac. t) *eam quoque* Bu. u) *in heredem* om. Bi. *ad heredem* Bu. ταύτην τὴν ἐλπίδα ἐπὶ τοὺς οἰκείους παραπέμπει κληρονόμους Theoph. x) *exstet* Hal. y) Cf. Iul. L. 57. D. h. t. XLV. 1. §. 26. Inst. de inut. stip. III. 19. (20.) Paul. L. 8. pr. D. de peric. et commodo rei vend. XVIII. 6. z) Cf. Ulp. L. 2. §. 4. D. de eo quod certo loco XIII. 4. a) *Carthagini* hic et in duobus sqq. locis habet Hal. sic est etiam in Paul. L. 73. D. h. t. XLV. 1. sed in Gai. L. 141. §. 4. D. eod. est *Carthagine*. Cf. praeterea Venul. L. 137. §. 2. D. eod. b) *videtur* Hal. c) *adiectum* Hal. d) Modest. L. 100. D. h. t. XLV. 1. „*Condicio in praeteritum, non tantum in praesens tempus relata statim aut peremit obligationem aut omnino non differt*". Cf. Papin. L. 120. i. f. D. eod. et L. 37. D. de reb. cred. XII. 1. Ulp. L. 9. §. 1. D. de novationib. XLVI. 2. e) *praesens vel praeteritum* Hal. f) Cf. Scaevola L. 38. D. de reb. cred. XII. 1. Paul. L. 28. i. f. D. de iudic. V. 1. g) *si* om. Bi. Bu. οἷον ἵνα ἐπερωτήσω, ὅτι κ. τ. λ. Theoph. h) Cf. Paul. L. 2. pr. D. h. t. XLV. 1. i) Cf. Venul. L. 11. D. de praetor. stipul. XLVI. 5. Ulp. L. 75. §. 7. D. h. t. XLV. 1. k) *stipulationis incerta* Bi. Bu.

ac necesse sit actori probare quid[l] eius intersit. itaque si quis, ut fiat aliquid, stipuletur, ita adiici poena debet: „si ita factum non erit[m], tunc[n] poenae nomine decem aureos dare spondes"? sed si quaedam fieri, quaedam non fieri, una eademque conceptione stipuletur[o], clausula huiusmodi erit adiicienda: „si adversus ea factum erit[p], sive quid ita factum non erit[q], tunc poenae nomine decem aureos dare spondes"?

TIT. XVI. [XVII.]
DE DUOBUS REIS STIPULANDI ET[a] PROMITTENDI.

Et stipulandi et promittendi duo pluresve rei fieri possunt[b]. stipulandi ita, si post I. pr.
omnium interrogationem promissor respondeat: „spondeo"; ut puta cum duobus separatim stipulantibus ita[c] promissor respondeat: „utrique vestrum dare spondeo". nam si prius Titio[d] spoponderit, deinde alio interrogante[e] spondeat, alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei stipulandi esse. Duo[f] pluresve rei promittendi ita fiunt: „Maevi, quinque[g] aureos dare spondes?[h] Sei, eosdem quinque aureos dare spondes"? si[i] respon-
deant[k] singuli separatim: „spondeo". §. Ex[l] huiusmodi obligationibus et stipulantibus[m] I. §. 1.
solidum singulis debetur, et promittentes singuli in solidum tenentur. in utraque tamen obligatione[n] una res vertitur, et vel alter debitum accipiendo vel alter solvendo omnium
perimit obligationem et omnes liberat[o]. §. Ex[p] duobus reis promittendi alius[q] pure[r], I. §. 2.
alius in diem vel sub condicione obligari potest, nec impedimento erit dies aut condicio, quominus ab eo, qui pure obligatus est, petatur.

TIT. XVII. [XVIII.]
DE STIPULATIONE SERVORUM.

Servus ex persona domini ius stipulandi habet[a]. sed et[b] hereditas in plerisque I. pr.
personae defuncti vicem sustinet; ideoque quod servus hereditarius ante aditam heredita-
tem stipulatur, acquirit hereditati, ac per hoc etiam heredi postea facto acquiritur[c]. §. Sive I. §. 1.

---

l) *quod* Hal. m) Cf. Ulp. L. 71. Venul. L. 137. §. 7. D. eod. item Celsus L. 13. §. 1. D. de re iud. XLII. 1. n) *tu* G. o) *quis* add. Hal. p) *fuerit* Bu. q) *fuerit* Hal. Bu.

Tit. XVI. [XVII.] a) *Duobus Reis* repetit Cod. Erlang. b) Cf. tit. D. de duobus reis constituendis. XLV. 2. item Cod. de duob. reis stip. et prom. VIII. 40. c) *ita* om. Cod. Erlang. d) *uni* Bu. τῷ Πέτρῳ Theoph. e) *interroganti* Hal. f) Cf. Pomp. L. 4. D. h. t. XLV. 2. g) *decem* Hal. et sic mox iterum. — ε΄ νομίσματα Theoph. h) *Et* ins. Hal. non agn. Theoph. i) *si* om. Bi. Bu. k) *respondent* G. Be. l) Cf. Iavol. L. 2. Ulp. L. 3. D. h. t. XLV. 2. Diocl. et Max. L. 1. 2. Cod. eod. VIII. 40. m) *et stipulationibus* Hal. Bi. Be. Bu.; ita est etiam in posterioribus Cuiacc. editt.; princeps vero Cuiac. nostram lectionem restitutam habet ex Theoph. „*Ἐκ γὰρ τῶν τοιούτων ἐνοχῶν καὶ τῶν ἐπερωτώντων* (sic edit. princ. Fabrot. Reitz. sed *τοιούτων ἐπερωτήσεων καὶ τῶν* Pith.) *ἑκάστῳ τὸ ὁλόκληρον ὀφληθήσεται*". n) *tantum* ins. Bu. o) *omnium perimuntur obligationes, et omnes liberantur.* Bu. Nostrae lectioni favet Theoph. p) Florentin. L. 7. D. h. t. XLV. 2. q) *quidem* ins. Be. r) *alius pure* om. Dig.

Tit. XVII. [XVIII.] a) Cf. Iulian. L. 1. D. h. t. XLV. 3. §. 4. Inst. de inut. stip. III. 19. (20.) b) *et* om. G. Be. c) Cf. Paul. L. 16. Modest. L. 35. Iavol. L. 36. D. h. t. XLV. 3. Hermogenian. L. 61. pr. D. de acq. rer. dom. XLI. 1. Florent. L. 22. D. de fideiuss. XLVI. 1. Paul. L. 73. §. 1. D. de V. O. XLV. 1.

autem domino [d], sive sibi, sive conservo suo, sive impersonaliter [e] servus [f] stipuletur, domino acquirit [g]. idem iuris est et in liberis, qui in potestate patris sunt, ex quibus causis
I. §. 2. acquirere possunt [h]. §. Sed cum factum in [i] stipulatione continebitur, omni modo persona stipulantis continetur, veluti si servus stipuletur [k], ut sibi ire, agere liceat; ipse enim tan-
I. §. 3. tum prohiberi non debet, non etiam dominus eius. §. Servus communis [l] stipulando unicuique dominorum pro portione dominii acquirit, nisi iussu unius [m] eorum, aut nominatim uni [n] eorum stipulatus est; tunc enim ei soli acquiritur. quod [o] servus communis stipulatur [p], si alteri ex dominis acquiri non potest, [q] solidum alteri acquiritur [r]; veluti si res, quam dari stipulatus est, unius domini sit.

TIT. XVIII. [XIX.]

DE DIVISIONE STIPULATIONUM.

I. pr. Stipulationum [a] aliae iudiciales sunt, aliae praetoriae; aliae conventionales, aliae com-
I. §. 1. munes, tam praetoriae, quam [b] iudiciales. §. Iudiciales sunt dumtaxat quae a mero iudicis officio proficiscuntur, veluti de dolo cautio [c], vel de persequendo servo, qui in fuga
I. §. 2. est, restituendove pretio [d]. §. Praetoriae sunt [e] quae a mero praetoris officio proficiscuntur, veluti damni infecti [f], vel legatorum [g]. praetorias autem stipulationes sic exaudiri [h] oportet, ut in his contineantur etiam aediliciae; nam et hae a iurisdictione [i] veniunt.
I. §. 3. §. Conventionales [k] sunt quae ex conventione utriusque partis concipiuntur [l], hoc est neque iussu iudicis, neque iussu [m] praetoris [n], sed ex conventione contrahentium; quarum
I. §. 4. totidem genera sunt, quot [o], paene dixerim, rerum contrahendarum. §. Communes sunt stipulationes [p], veluti rem salvam fore pupilli [q] — nam et praetor iubet rem salvam fore pupillo [r] caveri [s], et interdum iudex, si aliter expediri haec res non potest —, vel de rato stipulatio [t].

---

d) *Sive mihi* Florent. L. 15. D. h. t. XLV. 3. e) *dari* ins. Dig. f) *meus* ins. Dig. g) *mihi adquiret* Dig. h) Cf. Ulp. L. 46. pr. D. de V. O. XLV. 1. Pr. §. 1. Inst. per quas pers. nob. acq. II. 9. i) *in* om. Bi. k) Cf. Ulp. L. 38. pr. §. 6. Paul. L. 130. D. de V. O. XLV. 1. l) Cf. passim D. h. t. XLV. 3. m) *unius* om. Bi. Be. sed agn. Theoph. n) *alicui* Hal. Be. *cui* G. Bi. o) *adquiritur, quod* Bi. p) *stipuletur* G. q) *in* ins. Be. r) Theoph. „*διὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα, ὅτι τὸ τῷ ἑνὶ τῶν δεσποτῶν οὐ δυνάμενον προσπορισθῆναι, τοῦτο τῷ ἑτέρῳ προσπορίζεται, τῷ δεκτικῷ τυγχάνοντι τοῦ προσπορισμοῦ.* Cf. Ulp. L. 25. §. 3. D. de usufr. et quemadm. VII. 1.

Tit. XVIII. [XIX.] a) Totus noster titulus est ex Pompon. L. 5. pr. D. de V. O. XLV. 1. b) *communes, praetoriae et* Dig. c) Cf. Gai. L. 20 D. de rei vind. VI. 1. d) Cf. Ulp. L. 39. pr. Gai. L. 69. §. 5. D. de legat. 1. XXX. *vel de persequendo … pretio* om. Dig. e) *sunt* om. cum Dig. Bi. Be. *Πραιτώρια δέ εἰσιν ἐπερωτήσεις* Theoph. Cf. tit. D. de stipulat. praetoriis XLVI. 5. f) Cf. Ulp. L. 4. pr. L. 7. pr. D. de damno inf. XXXIX. 2. g) *vel legatorum* om. Dig. Cf. Ulp. L. 1. D. ut leg. seu fideic. servandor. c. caveatur. XXXVI. 3. h) *audiri* Dig. i) *praetoris* ins. Hal. sed male. Theoph. „*Καὶ ταύτας γὰρ ἐκ τῆς τῶν aedilium ἰουρισδικτίωνος ἔχειν τὴν γένεσιν συμβαίνει*". k) Cf. Ulp. L. 52. pr. D. de V. O. XLV. 1. cit. L. 1. D. ut leg. seu fideic. l) *conventione reorum fiunt* Dig., quae om. verba *hoc est … contrahentium.* m) *iussu* om. Cod. Erlang. n) *Praetoris, neque iussu iudicis* Be. o) *quod* Dig. Flor. pro *quot.* p) *stipulationes* om. Hal. sed agn. Dig. et Theoph. q) *pupillo* Hal. contra Dig. et Theoph. r) *pupilli* Bi. Be. contra Dig. et Theoph. s) Cf. tit. D. rem pupilli XLVI. 6. item supra §. 3 Inst. de Atil. tut. I. 20. t) Cf. tit. D. ratam rem haberi XLVI. 8.

TIT. XIX. [XX.]
DE INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

Omnis res, quae dominio nostro subiicitur, in stipulationem deduci potest, sive[a] mobilis, sive soli[b] sit[c]. I. pr.

§. At si quis rem, quae in rerum natura non est aut esse non potest, dari stipulatus fuerit, veluti Stichum, qui mortuus sit[d], quem vivere credebat, aut hippocentaurum[e], qui esse non possit, inutilis erit stipulatio[f]. I. §. 1. G. §. 97. §. Idem[i] iuris est, si rem sacram aut religiosam, quam humani iuris esse credebat, vel[k] publicam, quae usibus populi perpetuo exposita sit, ut forum vel theatrum, vel liberum hominem[l], quem servum esse credebat, vel cuius rei[m] commercium non habuerit[n], vel rem suam[o] dari sibi[p] quis stipuletur. nec[q] in pendenti erit stipulatio ob id, quod publica res in privatum deduci et ex libero servus fieri potest, et commercium adipisci stipulator potest, et res sua[r] stipulatoris esse desinere potest; sed protinus inutilis est. Item contra, licet initio utiliter res in stipulatum deducta sit, si[s] postea in earum aliquam causam[t], de quibus supra dictum est, sine facto promissoris devenerit, extinguitur stipulatio[u]. At[x] nec statim ab initio talis stipulatio valebit: „Lucium Titium, cum servus erit, dare spondes"? et similia; quia quae[y] natura sui dominio nostro exempta sunt, in obligationem deduci nullo modo possunt[z]. I. §. 2.

§.[g] *Si[h] id, quod dari stipulamur, tale sit, ut dari non possit, inutilis est stipulatio: velut si quis hominem liberum, quem servum esse credebat, aut mortuum, quem vivum esse credebat, aut locum sacrum vel religiosum, quem putabat [esse] humani iuris, [sibi dari] stipuletur, aeque inutilis est stipulatio.*

§. Si quis alium daturum facturumve quid spoponderit[a], non obligabitur[b]; veluti si spondeat, Titium quinque aureos daturum: quodsi effecturum se, ut Titius daret, spoponderit, obligatur[c]. I. §. 3. §. Si quis alii, quam[d] cuius iuri subiectus sit, stipuletur, nihil agit[e]. I. §. 4. plane solutio etiam in extraneam[f] personam conferri potest[g]; veluti si quis ita stipule- (I. G. §. 103.)

Tit. XIX. [XX.] a) *illa* ins. G. Bi. Be. Bu. non agn. Theoph. b) *immobilis* Bu. c) Cf. titt. praecedd. d) Cf. Ulp. L. 69. D. de V. O. XLV. 1. e) Cf. Cels. L. 97. pr. D. eod. f) Cf. Gai. L. 1. §. 9. D. de O. et A. XLIV. 7. Paul. L. 35. D. de V. O. XLV. 1. g) Praecedit unius versus spatium vacuum. h) Cf. Epit. II. 9. §. 5. i) Totus fere §. est ex Paul. L. 83. §. 5. D. eod. Cf. cit. L. 1. §. 9. D. de O. et A. k) *rem* ins. Hal. l) Cf. Modest. L. 103. D. de V. O. XLV. 1. m) *rei* om. Hal. G. Bi. Be. ἢ πρᾶγμα, οὗ Theoph. n) Cf. Ulp. L. 34. de V. O. XLV. 1. Modest. L. 62. §. 1. D. de contrah. empt. XVIII. 1. o) Cf. Gai. L. 1. §. 10. D. de O. et A. p) *sibi* om. Hal. G. Bi. Be. q) Cf. Venul. L. 137. §. 6. D. de V. O. XLV. 1. Paul. L. 26. D. de stipul. servor. XLV. 3. r) *sua* om. G. Bi. Be. sed Theoph. agn. s) *tamen* ins. Hal. t) *in aliquam earum causam* Hal. *in earum qua causa* G. *in earum quam causam* Bi. *in earum rerum causam* Bu. εἰς μίαν τῶν προειρημένων .. αἰτιῶν Theoph. Cf. Marcell. L. 98. pr. Paul. L. 140. §. 2. D. de V. O. XLV. 1. u) Cf. Ulp. L. 51. D. eod. Pompon. L. 92. pr. Paul. L. 98. §. 8. D. de solut. et liber. XLVI. 3. x) *Ac* Bi. y) *quae enim* Hal. Bi. z) Cf. Paul. cit. L. 83. §. 5. D. de V. O. XLV. 1. a) *promiserit* Hal. b) Cf. Ulp. L. 38. pr. .. §. 2. D. tit. cit. Hermog. L. 65. D. de fideiuss. XLVI. 1. item Terent. Adelph. V. 8., 17. c) In complurib. Inst. codd. additur quod et ap. Theoph. legitur glossema: *quia hic promittit se facturum.* d) *ei* ins Hal. e) Cf. Ulp. L. 38. §. 6. 17. D. de V. O. XLV. 1. item infra §. 19. h. t. f) *extranei* Bi. Bu. ἐξωτικὸν πρόσωπον Theoph. g) Cf. Gai. L. 141. §. 3. 5. D. tit. cit.

tur: „mihi aut Seio dare spondes"?[h] obligatio quidem stipulatori acquiritur[h], solvi tamen Seio, etiam invito eo[i], recte possit, ut liberatio ipso iure contingat; sed ille adversus Seium habet[h] mandati actionem[k]. quodsi[l] quis sibi et alii, cuius iuri subiectus non sit, dari decem aureos stipulatus est, valebit[m] quidem stipulatio, sed utrum totum[n] debeatur[o], quod in stipulationem deductum est, an vero pars dimidia, dubitatum est. sed placuit[p] non plus quam dimidiam partem ei acquiri. Ei[q], qui iuri tuo subiectus est, si stipulatus sis, tibi acquiris[r], quia vox tua tamquam filii sit[s], sicuti[t] filii vox tamquam tua intellegitur in iis rebus, quae tibi acquiri possunt[u].

(Sequuntur e Gaii institutionibus §. 102—109.)

I. §. 5. G. §. 102. §. Praeterea (*Adhuc*)[x] inutilis est stipulatio, si quis ad ea, quae (*id, quod*) interrogatus fuerit[y] (*erit*), non respondeat (*responderit*), velut si[z] decem aureos (*sestertia decem*) a te dari[a] stipuletur (*stipuler*), et tu (*sestertia*) quinque (*mihi*) promittas, vel contra[b]; aut si ille (*ego*) pure stipuletur (*stipuler*), tu sub condicione promittas, vel contra; si modo scilicet id exprimas, id est si cui sub condicione vel in diem stipulanti tu respondeas: „praesenti die spondeo". nam si hoc solum respondeas: „promitto", breviter videris in eamdem diem aut[c] condicionem spopondisse; neque enim necesse est in respondendo eadem omnia repeti, quae stipulator expresserit[d].

G. §. 103. (cf. I. §. 4.) §. *Praeterea inutilis est stipulatio, si ei dari stipulemur, cuius iuri subiecti non sumus. unde illud quaesitum est, si quis sibi et ei, cuius iuri subiectus non est, dari stipuletur, in quantum valeat stipulatio. nostri praeceptores putant, in universum valere, et proinde ei soli, qui stipulatus sit, solidum deberi, atque si extranei nomen non adiecisset. sed di-*

p. 156. *versae scholae auctores* || — *litt.* 15 — | *existimant pro* | — *litt.* 34 — | *actionem* ... *causa* | — *litt.* 33 — | *respondet* | — *vers.* 1 — | — *litt.* 31 — | *etiam* | — *litt.* 13 — |[e].

I. §. 6. G. §. 104. §. [Item inutilis est] stipulatio, si[f] ab [eo stipuleris (*stipuler*), qui iuri tuo (*meo*) su]biectus est, [vel si] is a te (*me*) [stipuletur][g].

---

h) *ut* ins. Hal. G. Bn. sequentibus verbis *adquiratur* ... *habeat*. Sed nobis favet Theoph. *i*) Cf. Paul. L. 10. 59. Ulp. L. 12. Cels. L. 71. D. de solut. et liber. XLVI. 3. Iulian. L. 16. pr. D. de fideiuss. XLVI. 1. *k*) Cf. Scaev. L. 131. §. 1. D. de V. O. XLV. 1. Paul. L. 98. §. 5. D. de solut. et liber. XLVI. 3. *l*) Cf. Iulian. L. 56. pr. Pompon. L. 110. pr. D. de V. O. XLV. 1. *m*) *valet* Hal. *n*) *totum* om. Bi. *τὸ ὅλον* Theoph. *o*) *stipulatori* add. Hal. non agn. Theoph. *p*) *placeat* G. Bi. Be. Bn. *q*) *vero* ins. Hal. *r*) Cf. Paul. L. 39. 130. D. de V. O. XLV. 1. Iulian. L. 66. §. 2. D. eod. item §. 13. infra h. t. Sever. et Anton. L. 2. Cod. de contr. et committ. stip. VIII. 38. *s*) *tui* pro *sit* habet Bn. quod agnoscere videtur Theoph. *t*) *et* ins. Hal. *u*) Cf. supra §. 1. Inst. per quas pers. nob. acq. I. 9. *x*) Cf. Epit. II. 9. §. 9. 10. Paul. L. 83. §. 2. 3. de V. O. XLV. 1. *y*) *est* Bn. *z*) *quis* ins. Hal. *a*) *sibi* ins. Bi. *sibi quis* ins. Bn. *b*) Cf. Ulp. L. 1. §. 3. 4. D. de V. O. XLV. 1. item Cels. L. 99. D. eod. *c*) *vel* Hal. G. *d*) Cf. §. 18. infra h. t. Florent. L. 65. Paul. L. 134. §. 1. 2. L. 140. pr. D. tit. cit. *e*) Proculianorum sententiam L. 110. pr. de verb. obligat. Pomponius exprimere videtur, cum ait: „*Si mihi et Titio, in cuius potestate non sim, stipuler decem, non tota decem, sed sola quinque mihi debentur: pars enim aliena deducitur, ut quod extraneo inutiliter stipulatus sum, non augeat meam partem*". Goesch. *f*) *vel* ins. Hal. G. Be. non agn. Theoph. *g*) Verba *vel si* et *stipuletur* in cod. Ver. non leguntur et ideo editor sex et octo litterarum spatium vacuum indicavit; equidem non dubitavi haec ex Iustiniani institutionibus in Gaii contextum recipere. Kl. Cf. Paul. L. 16. D. de furt. XLVII. 2. „... *non magis cum his, quos in potestate habemus, quam nobiscum ipsi agere possumus*". Cf. Id. L. 56. §. 1. D. de fideiuss. XLVI. 1. African. L. 21. §. 3. D. eod.

sed[h] servus quidem non solum domino suo obligari non potest, sed ne[i] alii quidem ulli[k]; filii vero familias[l] aliis obligari possunt[m].

| — *litt.* 18 — | *in mancipio* | — *litt.* 31 — | *non solum ipsi* | — *litt.* 24 — | *sunt, obligari non poss[unt, s]ed ne alii quidem ulli.*

§. Mutum[n] neque stipulari, neque promittere posse palam [est[o]. quod I. §. 7.
et] in surdo receptum est; quia et is, [qui stipulatur], verba promitten- G. §. 105.
tis, et is qui promittit, [verba stipulantis] audire (*exaudire*) debet[p]. unde apparet, non de eo nos loqui, qui tardius exaudit, sed de eo, qui omnino non exaudit[q].
§. Furiosus[r] nullum ne[gotium gerere potest], quia non intellegit quid[s] I. §. 8.
agit (*agat*). §. Pupillus[t] omne negotium recte gerit, ita tamen, ut, sic- G. §. 106. I. §. 9.
ubi[u] tutoris auctor[itas ne]cessaria sit, adhibeatur tutor, velut si ipse G. §. 107.
obligetur[v]; nam alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate potest[x]. §. *Idem*[y] *iuris est in feminis, quae in tutela sunt.* §. Sed[z] quod diximus G. §. 108.
de pupillis, utique de iis (*eo*) verum est, qui iam aliquem intellectum ha- I. §. 10.
bent (*habet*). nam infans et qui infanti[a] proximus est, non multum a [fu- G. §. 109.
rioso] distant |(*differt*), quia huius[b] aetatis pupilli nullum intellectum ha- p. 142.
bent; sed in proximis infanti[a] (*his pupillis*) propter (*per*) utilitatem eorum benignior iuris interpretatio facta est, ut idem iuris habeant, quod pubertati proximi[c]. sed qui in potestate parentis est impubes, nec[d] auctore quidem patre obligatur[e].

§. Si[f] impossibilis condicio obligationibus adiiciatur, nihil valet stipulatio[g]. impossibilis autem condicio habetur[h], cui natura impedimento est, quominus existat; veluti si quis ita dixerit: „si digito caelum tetigero[i], dare spondes"? at si ita stipuletur: „si digito caelum non tetigero[i], dare spondes?"[k] pure facta obligatio intellegitur, ideoque statim petere[l] potest. I. §. 11.

§. *Item*[m] *si quis sub ea condicione stipuletur, quae existere non potest*, [*vel*]*uti „si digito caelum tetigerit", inutilis est stipulatio, sed legatum sub impossibili condicione relictum nostri praeceptores proin[de valere] putant, ac si [ea condicio adiecta non] esset*[n]. *divers[ae] scholae auctores non minus legatum inutile existimant, quam stipulationem. et sane vix idonea diversitatis ratio reddi potest.* G. §. 98.

---

h) *sed* om. Bi. agn. Theoph. i) *nec* Bu. *nec q. u. alii* Hal. k) Cf. Ulp. L. 14. Paul. L. 43. D. de O. et A. XLIV. 7. l) *familiarum* Hal. m) Cf. Gai. L. 39. D. tit. cit. Id. L. 141. §. 2. D. de V. O. XLV. 1. Ulp. L. 57. D. de iudic. V. 1. n) *vero* ins. Bu. contra Gai. et Theoph. o) Cf. Gai. L. 1. §. 14. et 15. D. de O. et A. XLIV. 7. Ulp. L. 1. pr. D. de V. O. XLV. 1. p) Cf. Ulp. cit. L. 1. q) *audit* Hal. G. Cf. supra §. 3. Inst. quib. non est perm. II. 12. pag. 84. r) Cf. §. 2. Inst. eod. Gai. L. 1. §. 12. D. de O. et A. XLIV. 7. Id. L. 70. §. 4. D. de fideiuss. XLVI. 1. Paul. L. 5. D. de reg. iur. L. 17. s) *quod* Hal. *quae* G. Be. t) Cf. Ulp. XI. §. 27. et Gai. h. C. §. 91. 119. 176. et Comm. II. §. 83. item Paul. cit. L. 5. Gai. L. 141. §. 2. D. de V. O. XLV. 1. u) *ita tamen, ut ubi* Hal. *ut tamen, sicubi* G. Bi. Be. Bu. v) Cf. Gai. L. 9. D. de auct. et cons. tut. XXVI. 8. Paul. L. 43. D. de O. et A. XLIV. 7. Diocl. et Max. L. 7. Cod. de contr. et comm. stip. VIII. 38. Antonin. L. 1. Cod. h. t. VIII. 39. x) Cf. supra pr. Inst. de auct. tut. I. 21. pag. 40. y) Cf. h. C. §. 91. 176. et supra Comm. I. §. 192. z) Cf. Gai. L. 1. D. de O. et A. cit. §. 13. a) *infantiae* Hal. et Theoph. b) *huiusmodi* Hal. c) Cf. Ulp. L. 70. D. de V. O. XLV. 1. d) *ne* Hal. e) Cf. Gai. L. 141. §. 2. D. eod. f) *Sed si* Bu. g) Cf. Ulp. L. 7. Paul. L. 35. Venul. L. 137. §. 6. D. eod. item §. 24. infra h. t. h) *appellatur* Bu. i) *attigero* Hal. Bi. Be. *attingero* G. k) Cf. Ulp. cit. L. 7. Paul. L. 8. D. de V. O. XLV. 1. l) *peti* Hal. ἀπαιτεῖν Theoph. m) Cf. Epit. II. 9. §. 6. n) Cf. supra §. 10. Inst. de her. inst. II. 14.

G. §. 99. §. *Praeterea*[o] *inutilis* | – *litt.* 31 – | – *litt.* 20 – | *id, quod alicuius est, id ei dari non potest*[p].
(cf. I. §. 4.)
I. §. 12. §. Item verborum obligatio inter absentes concepta inutilis est[q]. sed cum hoc[r] materiam litium contentiosis hominibus praestabat, forte post tempus tales allegationes opponentibus et non praesentes esse[s] vel se vel adversarios suos contendentibus, ideo nostra constitutio[t] propter celeritatem dirimendarum litium introducta est, quam ad Caesarienses advocatos scripsimus; per quam disposuimus tales scripturas, quae praesto esse partes indicant, omni modo esse credendas, nisi ipse[u], qui talibus utitur improbis allegationibus, manifestissimis probationibus vel per scripturam vel per testes idoneos approbaverit in ipso toto die[x], quo conficiebatur instrumentum, sese vel adversarium suum in aliis locis fuisse[y].

I. §. 13. §. Post mortem[z] suam dari sibi nemo stipulari poterat; non magis, quam post eius mortem, a quo stipulabatur[a]. ac nec is, qui
p. 155. in alicuius potestate est, post mortem eius stipulari poterat, quia patris vel domini voce loqui videtur[b]. sed et[c] si quis ita stipuletur: „pridie quam moriar", vel: „pridie quam morieris", „dare spondes?"[d] inutilis erat stipulatio. sed cum, ut iam[e] dictum est, ex consensu contrahentium stipulationes valent[f], placuit nobis[g] etiam in hunc iuris articulum necessariam inducere emendationem, ut, sive post mortem, sive pridie quam morietur[h] stipulator sive promissor, stipula-
G. §. 101. tio concepta est[i], valeat stipulatio.

G. §. 100. §. *Denique*[k] *inutilis est talis stipulatio, si quis ita dari stipuletur: „post mortem meam dari spondes?" vel ita: „cum morieris, dari* |*spondes?" id est, ut in novissimum vitae tempus stipulatoris aut promissoris obligatio conferatur. nam inelegans esse visum est, ex heredis persona incipere obligationem. rursus ita stipulari non possumus: „pridie quam moriar", aut: „pridie quam morieris, dari spondes?" quia non potest aliter intellegi pridie quam aliquis morietur, quam si mors secuta sit: rursus morte secuta, in praeteritum reducitur stipulatio et quodammodo talis est: „heredi meo dari spondes?" quae sane inutilis est.* §. *Quaecumque*[l] *de morte diximus, eadem et de capitis diminutione dicta intellegimus.*

[Gaii institutionum §. 102—109. vid. pag. 176. seq.]

I. §. 14. §. Item si quis[m] stipulatus erat: „si navis[n] ex Asia venerit, hodie dare spondes?" inutilis erit[o] stipulatio, quia praepostere concepta est. sed cum Leo inclitae recordationis

o) Cf. Gai. L. 1. §. 10. D. de O. et A. XLIV. 7. Locus ita fortasse restitui possit: „*praeterea* inutilis *est stipulatio si quis ignorans rem suam esse eam sibi dari stipuletur. nam id, quod alicuius est*, id ei dari non potest". Goesch. p) Cf. infra Comm. IV. §. 4. q) Cf. Paul. sent. rec. V. 7. §. 2. item II. 3. Ulp. L. 1. pr. §. 1. D. de V. O. Antonin. L. 3. Cod. de contr. et comm. stip. VIII. 38. Diocl. et Max. L. 3. Cod. h. t. VIII. 39. r) In Cod. Erlang. pro *hoc* positum esse videtur *haud raro*. Bu. s) *fuisse* Hal. παρεῖναι Theoph. t) L. 14. Cod. h. t. u) *is* Hal. x) *adprobaverit, toto eo die* Hal. y) *esse* G. Bi. διατρίβειν Theoph. z) *autem* ins. Bu. non agn. Theoph. a) Cf. infra §. 15. h. t. b) *videretur* Hal. c) *et* om. Be. agn. Theoph. d) *dari* pro *dare spondes* G. Bi. δοῦναι ὁμολογεῖς; Theoph. e) *ita* G. πολλάκις Theoph. Cf. supra §. 1. Inst. de V. O. III. 15. (16.). f) *valeant* Hal. Bu. g) L. 11. 15. Cod. de contr. et comm. stip. VIII. 38. L. 1. Cod. ut act. et ab her. IV. 11. h) *moriatur* Hal. i) *sit* Hal. k) Cf. Epit. II. 9. §. 7. 8. infra h. C. §. 176. Fragm. Vat. §. 57. Ulp. L. 45. §. 1. 3. D. de V. O. XLV. 1. Paul. L. 40. §. 1. eod. item infra §. 117. 119. 158. et Comm. II. §. 232. l) Cf. infra h. C. §. 153. m) *ita* ins. Hal. G. Bu. n) αὔριον ins. Theoph. o) *erat* Hal.

in dotibus eamdem stipulationem, quae praepostera nuncupatur, non esse reiiciendam existimavit[p], placuit nobis[q] et huic perfectum robur accommodare, ut non solum in dotibus,
sed etiam in omnibus valeat huiusmodi conceptio stipulationis. §. Ita autem concepta sti- I. §. 15.
pulatio, veluti si Titius dicat: „cum moriar, dare spondes?" vel: „cum morieris", ut[r]
apud veteres[s] utilis erat, et nunc valet. §. Item post mortem alterius[t] recte stipulamur. I. §. 16.
§. Si[u] scriptum fuerit in[x] instrumento promisisse aliquem, perinde habetur, atque si in- I. §. 17.
terrogatione praecedente responsum sit[y]. §. Quotiens[z] plures res una stipulatione com- I. §. 18.
prehenduntur, siquidem promissor simpliciter respondeat: „dare spondeo", propter omnes tenetur; si vero unam ex his vel quasdam daturum se responderit[a], obligatio in iis, pro quibus spoponderit[b], contrahitur. ex pluribus enim stipulationibus una vel quaedam videntur esse perfectae; singulas enim res[c] stipulari et ad singulas respondere debemus.
§. Alteri[d] stipulari, ut supra[e] dictum est[f], nemo potest[g]. inventae sunt enim huiusmodi[h] I. §. 19.
obligationes ad hoc, ut unusquisque sibi acquirat quod[i] sua interest; ceterum ut[k] alii detur, nihil interest stipulatoris[l]. plane si quis velit[m] hoc facere, poenam stipulari conveniet[n], ut, nisi ita factum[o] sit, ut comprehensum est[p], committatur poenae stipulatio[q] etiam ei, cuius nihil interest. poenam enim cum stipulatur quis, non illud inspicitur, quid[r] intersit eius, sed quae sit quantitas in condicione[s] stipulationis. ergo si quis[t] stipuletur: „Titio dari", nihil agit; sed si addiderit[u] poenam: „nisi dederis, tot aureos dare spon-
des?" tunc committitur stipulatio. §. Sed et[x] si quis stipuletur alii, cum eius interesset, I. §. 20.
placuit stipulationem valere. nam si is[y], qui pupilli tutelam administrare coeperat, cessit[z] administratione[a] contutori suo, et stipulatus est[b] rem pupilli salvam fore; quoniam interest stipulatoris[c] fieri quod stipulatus est, cum obligatus futurus esset[d] pupillo, si male res[e] gesserit[f], tenet obligatio[g]. ergo[h] et si quis procuratori suo dari stipulatus sit, stipulatio vires habebit; et si creditori[i] stipulatus sit[k] quod sua interest, ne forte vel poena committatur, vel praedia distrahantur, quae pignori data erant, valet stipulatio.

---

p) *existimaverit* Hal. Leonis constitutio, cuius meminit Iustinianus etiam in L. 25. Cod. de testam. VI. 23., deperdita est. q) L. 25. Cod. cit. r) *et* Hal. Bu. s) Cf. Ulp. L. 46. §. 1. 3. D. de V. O. XLV. 1. L. 17. D. de cond. indeb. XII. 6. t) Cf. Ulp. cit. L. 45. §. 2. u) *Quod si* Paul. sent. rec. V. 7. §. 2. med. unde est §. noster. x) *in* om. Paul. l. c. y) Cf. Ulp. L. 30. Paul. L. 134. §. 2. D. de V. O. XLV. 1. Sever. et Antonin. L. 1. Cod. de contr. et comm. stip. VIII. 38. item Ulp. L. 7. §. 12. D. de pact. II. 14. z) Cf. Paul. cit. L. 134. §. 3. Ulp. L. 29. pr. L. 86. Paul. L. 83. §. 2. sqq. D. de V. O. XLV. 1. a) *spoponderit* Hal. Bu. ἀποκρίνεται Theoph. b) ἀπεκρίνατο Theoph. c) *et* ins. Bu. d) Ulp. L. 38. §. 17. D. eod. e) Supra §. 4. h. t. f) *ut . . . est* om. Dig. g) *praeterquam si servus domino, filius patri stipuletur* ins. Dig. Cf. Antonin. L. 3. Cod. tit. cit. h) *stipulationes vel* ins. Hal. non agn. neque Dig. neque Theoph. i) *quo* Dig. Flor. *quod* Dig. Vulg. et Haloandr. k) *si* pro *ut* Hal. Bi. l) *mea* pro *stipulatoris* Dig. m) *si velim* Dig. n) *convenit* Bi. o) *ut si ita factum non* Dig. p) *esset* Bi. q) *committetur stipulatio* Dig. r) *quod* Hal. s) *quantitas, quaeque condicio* Dig. t) *ita* ins. Hal. u) *adiecerit* Hal. x) *et* om. Bi. Bu. y) Ulp. cit. L. 38. §. 20. „*Si stipuler alii, cum mea interesset, videamus, an stipulatio committetur* (*committatur* Vulg. Hal.). *et ait Marcellus stipulationem valere in specie huiusmodi. Is* etc. Dig. z) *cesserit* Hal. Bi. a) *administrationem* Bu. b) *stipuletur* Hal. c) *fore. ait Marcellus posse defendi stipulationem valere. interest enim stipulatoris* Dig. d) *sit* Hal. e) *res* om. G. Be. f) *si aliter res cesserit* Dig. Cf. Ulp. L. 3. §. 2. D. de adm. et peric. tut. XXVI. 7. g) Cf. etiam Ulp. cit. L. 38. §. 22. Papin. L. 118. §. 2. i. f. D. de V. O. XLV. 1. h) Ulp. cit. L. 38. §. 23. „*Unde et si procuratori meo dari stipulatus sum, stip. . . . creditori meo, quia interest mea, ne vel poena . . . . data erant*". i) *suo quis* ins. Hal. *dari* ins. G. Be. k) *stipulatus sit* om. Bu. ut Dig.

I. §. 21. §. Versa vice, qui alium facturum[l] quid[m] promisit, videtur in ea esse causa, ut non te-
I. §. 22. neatur, nisi poenam ipse[n] promiserit[o]. §. Item nemo[p] rem suam futuram in eum ca-
I. §. 23. sum[q], quo sua sit[r], utiliter stipulatur[s]. §. Si de alia re stipulator senserit, de alia pro-
missor, perinde nulla contrahitur obligatio, ac si ad interrogatum[t] responsum non esset[u];
veluti si hominem Stichum a te quis stipulatus fuerit, tu de Pamphilo senseris, quem Sti-
I. §. 24. chum vocari credideris. §. Quod turpi ex causa promissum est, veluti si quis homicidium
I. §. 25. vel sacrilegium se facturum promittat, non valet[x]. §. Cum quis sub aliqua condicione
stipulatus fuerit, licet ante condicionem decesserit, postea existente condicione heres eius
I. §. 26. agere potest[y]. idem est et[z] ex[a] promissoris parte. §. Qui[b] hoc anno aut hoc[c] mense
dari stipulatus est, nisi omnibus partibus praeteritis anni vel mensis non recte petit[d].
I. §. 27. §. Si[e] fundum dari stipuleris vel hominem, non poteris continuo agere, nisi tantum spa-
tii[f] praeterierit, quo traditio fieri possit.

[*DE ADSTIPULATORIBUS*[a]].

G. §. 110. §.[b] *Possumus tamen ad id, quod stipulamur, alium adhibere, qui idem stipuletur:*
G. §. 111. *quem vulgo adstipulatorem vocamus*[c]. §. *Sed*[d] *huic proinde actio competit, proindeque*
ei recte solvitur, ac nobis. sed quidquid consecutus erit, mandati iudicio nobis restituere
G. §. 112. *cogetur.* §. *Ceterum potest etiam aliis verbis uti adstipulator, quam quibus nos usi su-*
mus. itaque si verbi gratia ego ita stipulatus sim: „dari spondes?" ille sic adstipulari
G. §. 113. *potest: „idem fide tua promittis?" vel: „idem fideiubes?" vel contra.* §. *Idem*[e] *minus*
adstipulari potest, plus non potest. itaque si ego sestertia decem stipulatus sim, ille sester-
tia quinque stipulari potest; contra vero plus non potest. item si ego pure stipulatus sim,
ille sub condicione stipulari potest; contra vero non potest. non solum autem in quanti-
(cf. §. 5. I. tit. seq.) *tate, sed etiam in tempore minus et plus intellegitur; plus est enim statim aliquid dare,*
G. §. 114. *minus est post tempus.* §. *In hoc autem iure quaedam singulari iure observantur. nam*
p. 158. *adstipulatoris*[f] *heres non habet actionem. item |servus adstipulando nihil agit, q[uamvis]*[g]
ex ceteris omnibus causis stipulatione domino acquirit. idem de eo, qui in mancipio est,
magis p[raevalu]it; nam et is servi loco est[h]. *is autem, qui in potestate patris est, agit*

l) *alium daturum facturumve* Bu. quod non agn. Theoph. m) *quid* om. Hal. G. Bi. Be. sed agn. Theoph. n) *esse* pro *ipse* G. o) Cf. Ulp. cit. L. 38. pr. §. 1. p) Paul. L. 87. D. de V. O. XLV. 1. q) *in eo casu* Bi. r) *fiat* Bu. *qua sua fit* Dig. s) Cf. supra §. 2. h. t. t) *interrogata* Bu. u) Cf. Paul. L. 83. §. 1. Venul. L. 137. §. 1. D. tit. cit. item Iavolen. L. 55. D. de O. et A. XLIV. 7. x) Cf. Ulp. L. 26. Pompon. L. 27. pr. Papin. L. 123. D. de V. O. XLV. 1. Papin. L. 15. D. de condic. instit. XXVIII. 7. Ulp. L. 7. §. 3. D. de pact. II. 14. Gai. L. 70. §. 5. D. de fideiuss. XLVI. 1. Diocl. et Max. L. 4. Cod. h. t. VIII. 39. item cf. supra §. 11. h. t. y) Cf. supra §. 4. i. f. Inst. de V. O. III. 15. (16.) Iulian. L. 57. D. de V. O. XLV. 1. z) *et* om. Bu. a) *a* Bi. b) Pomp. L. 42. D. eod. c) *hoc* om. Bu. d) *petet* Hal. G. e) Cf. Paul. L. 105. D. de solut. et liber. XLVI. 3. L. 73. Papin. L. 118. §. 1. D. de V. O. XLV. 1. f) *spacium* Hal. *spatium* G.

[*DE ADSTIPULATORIBUS*]. a) Iustinianus locum, qui sequitur de adstipulatoribus, propter L. un. Cod. ut act. ab her. et contra her. inc. IV. 11. e Gaii institutionibus recipere sprevit. b) Praecedit unius versus spatium vacuum. c) Cf. Festus s. v. *Reus stipulando*. Cic. pro Quinct. c. 18. in Pisonem c. 9. Epist. ad Octavium, quae inter Cicer. epist. ad Brutum referri solet versus finem. d) Cf. infra §. 117. 215. 216. e) Gaium *item* scripsisse existimo. Goesch. De re ipsa cf. infra §. 126. f) Cf. infra Comm. IV. §. 113. g) Cf. supra Comm. II. §. 87 et infra h. C. §. 163. item §. 1. Inst. de stipulat. serv. III. 17. (18.) h) Cf. supra Comm. I. §. 123. et 138. et Comm. II. §. 160.

aliquid; sed parenti non acquirit, quamvis ex omnibus ceteris causis stipulando ei acquirat[i]. *ac nę ipsi quidem aliter ac[tio com]petit, quam si sine capitis diminutione exierit de potestate parentis, veluti morte eius, aut quod ipse flamen Dialis inauguratus est*[k]. *eadem de filia familias et quae in manu est, dicta intellegemus.*

TIT. XX. [XXI.]
DE FIDEIUSSORIBUS.

Pro eo, qui promittit, solent alii obligari, qui fideiussores [a] appellantur; quos homines accipere solent, dum curant, ut diligentius sibi cautum sit.

§. [b] *Pro eo quoque, qui promittit, solent alii obligari: quorum alios sponsores, alios fidepromissores, alios fideiussores appellamus.* I. pr. G. §. 115

§. *Sponsor* [c] *ita interrogatur: „idem dari spondes?" fidepromissor: „idem fidepromittis?" fideiussor ita: „idem fide tua esse iubes?" videbimus de his autem* [d], *quo nomine possint proprie appellari, qui ita interrogantur: „idem dabis? idem promittis? idem facies?"* G. §. 116 §. *Sponsores [quidem] et fidepromissores et fideiussores* [e] *saepe solemus accipere, dum curamus, ut diligentius nobis cautum sit. adstipulatorem vero fere tunc solum adhibemus, cum ita stipulamur, ut aliquid post mortem nostram detur: [*quod*] stipulando nihil agimus* [f]. *adhibetur autem [ad]stipulator, ut is post mortem nostram* [g] *agat: qui si quid fuerit [con]secutus, [de r[estitue]ndo eo mandati iudicio heredi .... tenetur.* G. §. 117. p. 159.

§. *Sponsoris v[ero] et fidepromissoris similis condicio, fideiussoris valde dissimilis.* G. §. 118.

§. *Nam illi quidem nullis obligationibus accedere possunt nisi verborum; quamvis interdum ipse, qui* [h] *promiserit, non fuerit obligatus, veluti si aut pupillis sine tutoris auctoritate, aut quilibet post mortem suam dari promiserit. at illud quaeritur, si ser[vus], aut peregrinus spoponderit* [i], *an pro eo sponsor aut fidepromissor obligetur.* G. §. 119.

§. In [k] omnibus autem obligationibus assumi possunt, id est sive re, sive verbis, sive litteris, sive consensu contractae fuerint.

Fideiussor vero omnibus obligationibus, id est, sive re, sive verbis, sive litteris, sive consensu contractae fuerint obligationes, adiici potest. I. §. 1.

at ne [l] illud quidem interest, utrum civilis, an naturalis obligatio sit [m], cui adiiciatur [n] fideiussor; adeo quidem, ut pro servo quoque [o] obligetur,

---

i) Cf. supra Comm. II. §. 87. cit. et h. Comm. cit. §. 163. *k*) Cf. supra Comm. I. §. 127. 130.

Tit. XX. [XXI.] *a*) Cf. Gai. L. 1. §. 8. D. de O. et A. XLIV. 7. item Paul. sent. rec. I. 9. §. 5. *b*) Praecedit unius versus spatium vacuum. *c*) Cf. Epit. II. 9. §. 2. et supra h. C. §. 92. et infra §. 7. Inst. h. t. *d*) Malim: „*De his autem videbimus*" Goesch. *e*) Cf. Epit. II. 9. §. 2. cit. *f*) Cf. supra h. C. §. 100. *g*) Cf. supra h. C. §. 111. *h*) In cod. Ver. est *quid*; Cramer. et Schrader. legendum censent *qui quid*. Goesch. *i*) Cf. supra h. C. §. 93. 100. et 107. et infra §. 176. 179. *k*) Ulp. L. 8. §. 1. D. h. t. XLVI. 1. „*Praeterea sciendum est fideiussorem adhiberi omni obligationi posse, sive re, sive verbis, sive consensu*". Id. L. 1. D. eod. „*Omni obligationi fideiussor accedere potest*". Cf. Pomp. L. 2. Ulp. L. 8. cit. Paul. L. 56. §. 3. Gai. L. 70. §. 5. D. eod. *l*) *At nec* Hal. *Ac ne* Bi. Ba. *Ἀλλ' οὐδὲ* Theoph. *m*) Cf. Ulp. L. 6. §. 2. Iulian. L. 7. L. 16. §. 3. sq. D. eod. *n*) *adiicitur* Hal. Bi. *o*) Cf. Paul. L. 35. Gai. L. 70. §. 3. D. eod.

sive extraneus sit, qui a servo fideiussorem accipiat, sive ipse dominus in id, quod sibi naturaliter debetur (*debeatur*).

I. § 2. G. §. 120. §. Fideiussor[p] non tantum ipse obligatur, sed etiam heredem obligatum relinquit.

§. *Praeterea sponsoris et fidepromissoris heres non tenetur*[q], *nisi si de peregrino fidepromissore quaeramus, et alio iure civitas eius utatur. fideiussoris*[r] *autem etiam heres tenetur.*

I. §. 3. §. Fideiussor[s] et praecedere obligationem et sequi potest.

I. §. 4. G. §. 121. §. Si plures sint fideiussores, quotquot erunt numero, singuli in solidum tenentur[t];

§. *Item*[u] *sponsor et fidepromissor* [*per*] *legem Furiam biennio liberantur; et quotquot*[x] *erunt numero eo tempore, quo pecunia peti potest, in tot partes deducitur inter eos obligatio, et singuli viriles partes* | — litt. 10 — |[y] *Fideiussores vero perpetuo tenentur; et quotquot*[z] *erunt numero, singuli in*

p. 160. *solidum* |*obligantur.* [itaque liberum est creditori, a quo velit so]lidum petere. [sed ex epistola divi Hadriani[a] compellitur] creditor a singulis, qui modo solvendo [sunt[b], litis contestatae tempore partes[c] petere][d]. ideoque si quis ex fideiussoribus eo tempore solvendo non sit, hoc[e] ceteros onerat[f]. *Eo igitur distat haec epistola a lege Furia, quod si quis*[g] *ex sponsoribus aut fidepromissoribus solvendo non sit* | — litt. 22 — | *quoque* .... [*Cum*[h] *autem lex Furia tantum in*] *Italia locum habeat, c*[*onsequens est, ut in provinc*]*iis sponsores quoque et fidepromissores proinde ac fideiussores in perpetu*[*um*] *teneantur, et singuli in solidum obligentur, nisi ex epistola divi Hadriani hi q*[*uoque*] *ad*[*iuvari videantur*].

G. §. 122. §. *Praeterea*[i] *inter sponsores et fidepromissores lex Apuleia quamdam societatem introduxit. nam si quis horum plus sua portione solverit, de eo, quod amplius dederit, adversus c*[*ete*]*ro*[*s actionem habet. lex autem Apuleia ante*] *legem Furiam lata est, quo tempore in solidum obligabantur. unde quaeritur, an post legem Furiam adhuc legis Apuleiae beneficium supersit. et utique extra I*[*taliam*] *superest. nam l*[*ex*] *quidem Furia tantum in I*[*talia*] *valet, Apuleia vero etiam in c*[*ete*]*ris* | — litt. 26 — | — litt. 36 — | [*lex*] *Apuleia non pertinet*[k].

---

p) Ulp. L. 4. §. 1. D. eod. „*Fideiussor et ipse obligatur et heredem obligatum relinquit, cum rei locum obtineat*". q) Cf. infra Comm. IV. §. 113. r) Cf. Epit. II. 9. §. 2. cit. s) Cf. Id. L. 6. §. 2. D. eod. t) Cf. Sever. et Antonin. L. 3. Cod. h. t. VIII. 41. Diocl. et Max. L. 23. Cod. eod. u) Cf. Basilic. tom. IV. pag. 115. (XXVI. 1. 39.) et Iustinian. L. ult. (29.) C. de fideiuss. VIII. 41. x) Cf. infra h. C. §. 122. et Comm. IV. §. 22. y) Legendum puto *debent* Hollw. Malim „*solvi tenentur*" Kl. z) Cf. h. C. §. seq. a) Gai. L. 26. D. h. t. b) *sint* Bi. c) *partem* Bi. d) C. N. (ap. Be. ante §. 1. hui. tit. relata): „Sed hodie utroque praesente reus prius conveniendus est; sed absens ab intercessore praesente hoc desiderante deducendus est intra tempus definitum a iudice, quo transacto intercessor satisfacere compellitur, cessis sibi actionibus absque distinctione contractus sive intercessoris". Ex Nov. 4. c. 1. Auth. *Praesente tamen* Cod. h. t. VIII. 41., quam ipsam repetit Vulteius. e) *hic* Cod. Erlang. f) Cf. Paul. L. 28. Papinian. L. 49. §. 1. D. h. t. XLVI. 1. g) Lex Furia ab epistola divi Hadriani, ut ex praecedentibus apparet, eo distabat, quod si quis ex sponsoribus aut fidepromissoribus solvendo non erat, ceteri non onerabantur. Goesch. h) Cf. h. C. §. seq. i) Cf. h. C. §. antec. k) Gaius primo de sponsoribus et fidepromissoribus disputat, docetque, legis Apuleiae beneficium etiam post legem Furiam latam extra Italiam superesse, cum lex Furia tantum in Italia, lex Apuleia autem in ceteris quoque regionibus obtineat: deinde ad fideiussores transit: in quo talibus fortasse verbis usus est: „*Alia sane est fideiussorum condicio; nam ad hos lex* apuleia non pertinet". Goesch.

sed si ab uno fideiussore creditor totum consecutus fuerit, huius solius detrimentum erit, si is, pro quo fideiussit, solvendo non sit, et sibi imputare debet, cum potuerit adiuvari[l] ex epistola divi Hadriani[m] et desiderare, ut pro parte in se detur actio.

itaque si creditor ab uno totum [con]secutus fuerit, huius solius detrimentum [erit], scilicet] si is, pro quo fideiussit, solvendo non [sit. sed, ut ex] |supradictis apparet, is, a p. 161. *quo creditor totum petit, poterit ex epistola divi Hadriani desiderare, ut pro parte in se detur actio.*

§. Praeterea lege ....[n] cautum est, ut is, qui sponsores aut fidepromissores accipiat, praedicat palam et declaret, et de qua re satis accipiat, et quot sponsores aut fidepromissores in eam obligationem accepturus sit: et nisi praedixerit, permittitur sponsoribus et fidepromissoribus, intra diem tricesimum praeiudicium postulare, quo quaeratur, an ex ea lege praedictum sit; et si iudicatum fuerit, praedictum n[on] esse, liberantur. Qua lege fideiussorum mentio nulla fit. sed in usu est, etiam si fideiussores accipiamus, praedicere. G. §. 123.

§. Sed beneficium leg[is] Corneliae omnibus commune est. qua lege idem pro eodem, apud eumdem, eodem anno, vetatur in ampliorem summam obligari creditae pecuniae, quam in viginti mili[um]. et quamvis sponsor vel fidepromissor in ampl[iore]m pecuniam, velut si [in *][o] sestertium centum milia [se obligaverit, non tamen tenebitur]. Pecuniam autem creditam dicimus non solum eam, quam credendi causa damus, sed omnem, quam tunc, [cum] contrahitur obligatio, certum est debitum iri, id est, [* quae *] sine ulla condicione deducitur in obligationem. itaque et ea pecunia, quam in diem certum dari stipulamur, eodem numero est, quia certum est, eam debitum iri, licet post tempus petatur. Appellatione autem pecuniae omnes res in ea lege significantur. itaque si vinum, vel frumentum, et[p] si fundum |vel hominem stipulemur, haec lex observanda est.* G. §. 124. p. 162.

§. Ex quibusdam tamen causis permittit ea lex in infinitum satis accipere, veluti si dotis nomine, vel eius, quod ex testamento tibi debeatur, aut iussu iudicis satis accipiatur. et adhuc lege vicesima[q] hereditatium cavetur, ut ad eas satisdationes, quae ex ea lege proponuntur, lex Cornelia non pertineat. G. §. 125.

§. Fideiussores[r] ita obligari non possunt, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. nam eorum obligatio accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione potest esse, quam in principali re; at ex diverso, ut minus debeant, obligari I. §. 5.

§. In eo iure quoque iuris par condicio est omnium, sponsorum, fidepromissorum, fideiussorum, quod ita obligari non poss[unt, ut] plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. at ex diverso, ut minus debeant, obligari possunt; sicut in adstipulatoris per- G. §. 126.

---

l) *iuvari* Hal. m) Cf. cum Papin. l. c. Paul. sent. rec. III. 20. „*Inter fideiussores ex edicto praetoris, si solvendo sint, licet singuli in solidum teneantur, obligatio dividetur*". Pro *edicto praetoris* Muretus post Cuiacium censuit legendum *epistola divi Pii*; Antoninum enim Pium non infrequenter Hadriani nomine vocari. Cf. item Modest. L. 39. D. h. t. XLVI. 1. Alexand. L. 11. Cod. h. t. VIII. 41. n) An *Porcia*? Buttm. An *Petreia*? Hollw. An *Apuleia*? Haub. o) Unterholzner. pro *si* (*in*) mavult *in* Goesch. p) Malim *item* Goesch. q) Nihil mutare ausus sum propter inscriptiones L. 13. D. de transact. et L. 37. D. de religios., licet has corruptas arbitrentur Gronov. de sestert. ed. Lugd. Batav. p. 218., et Bach. histor. iurisprud. Rom. ed. sextae pag. 322. Wielingius non in eadem sententia fuisse videtur. Vid. ipsius iurispr. restitut. pag. LXXXI. et 93. Goesch. r) Cf. Ulp. L. 8. §. 7. Paul. L. 34. Iavol. L. 42. D. h. t. XLVI. 1.

possunt. itaque si reus decem aureos promiserit, fideiussor in quinque recte obligatur, contra vero obligari non potest. item si ille promiserit pure, fideiussor sub condi-
(cf. G. §. 113.) cione promittere potest, contra vero non potest. non solum enim [s] in quantitate, sed etiam in tempore minus et [t] plus intellegitur [u]. plus est enim statim aliquid dare, minus [x] post tempus dare.

sona diximus [y]. nam ut adstipulatoris, ita et horum obligatio accessio est principalis obligationis: nec plus in accessione esse potest, quam in principali re.

I. §. 6. G. §. 127. §. Si quid [z] autem fideiussor pro reo solverit, eius recuperandi causa habet cum eo mandati iudicium [a].

§. *In eo quoque par omnium causa est, quod, si quis pro reo solverit, eius recuperandi causa habet cum eo mandati iudicium. et hoc amplius [b] sponsores ex lege Publilia propriam habent actionem in duplum, quae appellatur depensi.* [c]

I. §. 7. §. Graece [d] fideiussor [e] ita accipitur: „τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω, λέγω, θέλω", sive „βούλομαι".
I. §. 8. sed et si „φημὶ" dixerit, pro eo erit, ac [f] si dixerit „λέγω". [g] §. In stipulationibus fideiussorum sciendum est generaliter hoc accipi, ut, quodcumque scriptum sit quasi actum, videatur [h] etiam actum. ideoque constat, si quis scripserit se fideiussisse, videri omnia sollenniter acta.

TIT. XXI. [XXII.]

DE LITTERARUM OBLIGATIONE [a].

G. §. 128. §. *Litteris [b] obligatio fit veluti in no[mini]bus transscripticiis. fit a[utem] [c] nomen trans-*
G. §. 129. *scripticium duplici modo: vel a re in personam, vel a persona in personam.* §. *[*A re in personam trans*]scriptio [d] fit veluti si id, quod ex emptionis causa, aut conductionis,*

---

s) *autem* Hal. t) *aut* Hal. καὶ Theoph. u) Cf. infra §. 33. Inst. de act. IV. 6. Ulp. L. 12. §. 1. D. de verb. sign. L. 16. Callistr. L. 85. D. de solut. et liber. XLVI. 3. Ulp. L. 1. §. 2. D. de edendo II. 13. x) *est* repetit Hal. y) Cf. supra h. C. §. 113. z) *quis* Bi. a) Cf. Ulp. L. 6. §. 2. L. 10. §. 11. D. mandati XVII. 1. b) Cf. infra Comm. IV. §. 9. 22. 25. 102. 171. 186. item Lex Rom. Burg. tit. XIV. (Schult. XV.) ed. Barkow p. 54. c) Haec sunt, quae in Cod. nostro de sponsoribus, fidepromissoribus et fideiussoribus leguntur. Unde aliunde, quam ex Gaii institutionibus, manasse videtur Epitomes locus hic (II. 9. §. 2. post med.): *Creditor autem, qui pecuniam dedit, in potestate habet, ad reddendam pecuniam quem velit tenere, utrum ipse debitorem, an fideiussorem. Sed si debitorem tenere elegerit, fideiussorem absolvet; si vero fideiussorem tenuerit, debitorem absolvet: quia uno electo, quem idoneum creditor iudicavit, alterum liberat.* Tale quid nec in Iustinianeis inst. extat. Goesch. d) Ulp. L. 8. pr. D. h. t. XLVI. 1. e) *et* ins. Dig. Flor. f) *atque* Dig. g) *Graece etiam fideiussor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγώ. sed et si dixerit θέλω, sive βούλομαι, sed et φημί: pro eo erit, ac si dixerit λέγω.* Hal. Verbotenus nostram lectionem habet Theoph. In Cod. Erlang. deest §. 7. inde a Graecis. h) *id* ins. Bn. i) Ulp. L. 30. D. de V. O. XLV. 1. „*Sciendum est generaliter quod si ..*"

Tit. XXI. [XXII.] a) *De Literarum Obligationibus* Hal. b) Cf. Cic. de off. III. 14. ad Att. IV. ep. 18. in Verr. lib. I. c. 36. 39. pro Rosc. com. c. 1. 4. Gell. XIV. 2. Paul. L. 9. pr. D. de pactis II. 14. item infra h. C. §. 137. c) Cf. Epit. II. 9. §. 1. d) Ad hanc et seq. §. cf. Epit. l. c. et Theoph. III. 21. pr. „*Litteris ἐστί, τὸ παλαιὸν χρέος εἰς καινὸν δάνειον μετασχηματιζόμενον ῥήμασι καὶ γράμμασι τυπικοῖς. Εἰ γάρ τις ἐχρεώστει μοι ἑκατὸν νομίσματα ἀπὸ ἀγορασίας ἢ μισθώσεως ἢ δανείσματος ἢ ἐπερωτήσεως .... ἠβουλόμην δὲ τοῦτον ὑπεύθυνον ποιῆσαι τῇ litteris ἐνοχῇ, ἀνάγκη ἦν τυπικὰ λέγειν καὶ γράφειν τὰ ῥήματα πρὸς αὐτὸν, ὃν ἔνοχον ἠβουλόμην τῇ litteris ποιῆσαι ἐνοχῇ· Ἦν δὲ ταῦτα τὰ ῥήματα· ... τοὺς ἑκατὸν χρυσοῦς, οὓς ἐμοὶ ἐξ αἰτίας μισθώσεως χρεωστεῖς σὺ ἐκ συνθήκης καὶ ὁμολογίας δώσεις τῶν οἰκείων γραμμάτων; εἶτα ἐνεγράφετο ὡς ἀπὸ τοῦ ἐνόχου ἤδη γενομένου ἐκ τῆς μισθώσεως ταῦτα τὰ ῥήματα· ἐκ τῆς συνθήκης ὀφείλω τῶν οἰκείων γραμμάτων. Καὶ ἡ μὲν προτέρα ἐνοχὴ ἀπεσβέννυτο καινοτέρα*

aut societatis mihi debeas, id expensum tibi tulero. §. *A persona in personam transscriptio fit veluti si id, quod mihi Titius debet, tibi id ex|pensum tulero, id est, si Titius te delegaverit mihi.* §. *Alia*[e] *causa est eorum nominum, quae arcaria vocantur. in his enim re[rum]*[f]*, non litterarum obligatio consistit: quippe non aliter valent*[g]*, quam si numerata sit pecunia; numeratio autem p[ecuniae iure naturali]*[h] *facit obligationem. qua de causa recte dicemus, arcaria nomina nullam facere obligationem, sed obligationis factae testimonium praebere.* §. *Unde*[i] *proprie dicitur, arcariis nominibus etiam peregrinos obligari, quia non ipso nomine, sed numeratione pecuniae obligantur: quod genus obligationis iuris gentium est.* §. *Transscripticiis vero nominibus an obligentur peregrini, merito quaeritur, quia quodammodo iuris civilis est talis obligatio: quod Nervae placuit. Sabino autem et Cassio visum est, si a re in personam fiat nomen transscripticium, etiam peregrinos obligari; si vero a persona in personam, non obligari.* §. *Praeterea*[k] *litterarum obligatio fieri videtur chirographis et syngraphis, id est, si quis debere se, aut daturum se scribat; ita scilicet, si eo nomine stipulatio non fiat. quod genus obligationis proprium peregrinorum est.*

G. §. 130. p. 163. G. §. 131. G. §. 132. G. §. 133. G. §. 134.

Olim scriptura fiebat obligatio, quae nominibus fieri dicebatur[l]; quae nomina hodie non sunt in usu. plane si quis debere se scripserit, quod ei[m] numeratum non est, de pecunia minime numerata post multum temporis exceptionem opponere non potest; hoc enim saepissime constitutum est. sic fit, ut[n] hodie, dum queri[o] non potest, scriptura obligetur, et ex ea nascitur[p] condictio, cessante scilicet verborum obligatione. Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus constitutionibus[q] usque ad quinquennium procedebat; sed ne creditores diutius possint suis pecuniis forsitan defraudari[r], per constitutionem nostram[s] tempus coarctatum est, ut ultra biennii metas huiusmodi exceptio minime extendatur.

---

di Ιευστο, σουνέγιν ή litteris." e) Cf. Donat. ad Ter. Phormion. V. 7. 29. item ad Adelph. II. 4. 13. f) Cod. *rebus*, sed legendum *rerum*. Buttm. Contra codicis lectioni standum esse existimant Brinkm. et Hugo. Mihi, quamvis concedam, Buttmanni emendationem ideo sollicitari posse, quod, ex re contracta obligatio nusquam *rerum obligatio* dicatur, dubitare licet, codicis tamen lectio nullo modo defendi posse videtur. Nam verbum *rebus* ad ea, quae sequuntur, trahi non potest; coniunctum autem cum praecedente *his* non tantum supervacuum erit, sed etiam particulae *non* loco suo movendae et post vocem *obligatio* collocandae necessitatem nobis imponet. Goesch. g) Cod. *valet*. Nihil mutandum censent Brinkm. et Hugo. Mihi vero verbum *valere* rectius ad vocem *nomina*, quam ad vocem *obligatio* referri videtur: qua de causa librarium *valent* scripsisse coniicio. Goesch. h) Savinii iudicium secutus sum, neque tamen rem multam dubitationem habere negaverim. Hugo legendum arbitratur *pecuniae creditae*. Goesch. i) Cf. Asc. arg. or. pro Cornel. k) Cf. Asc. in Verrin. lib. I. c. 36. Cic. ad Att. V. ep. ult. Or. pro domo c. 50. de harusp. resp. c. 13. l) Cf. praeter locc. ad Gai. §. 128. sq. citt. Paul. L. 40. D. de reb. cred. XII. 1. L. 38. D. de O. et A. XLIV. 7. Ulp. L. 27. §. 1. D. de furt. XLVII. 2. item Cod. de fide instrum. IV. 21. m) *sibi* Hal. n) *et* ins. Hal. o) *quaeri* G. Nil decidit Theoph. p) *nascatur* Hal. q) Cf. Diocl. et Max. L. un. Cod. Hermog. de causis et n. n. pec. 1. Honor. Theod. et Constantius L. un. Cod. Theod. si cert. pet. de chirogr. II. 27. Iustinian. L. 14. Cod. de n. n. pec. IV. 30. et Alii pass. eod. tit. r) *defrudari* G. s) Cit. L. 14. Cod.

TIT. XXII. [XXIII.]

DE OBLIGATIONIBUS EX CONSENSU [a].

I. pr. G. §. 135. §. Consensu [b] fiunt obligationes in emptionibus *et* venditionibus [c], G. §. 136. locationibus conductionibus [d]), societatibus [e], mandatis [f]. §. Ideo autem [g] istis modis consensu dicitur (*dicimus*) obligatio [h] (*obligationes*) contrahi p. 164. q[uia] neque scriptura neque praesentia omni modo opus est (*neque verborum*, |*neque scripturae ulla proprietas desideratur*), at [i] nec dari quidquam necesse est, ut substantiam capiat obligatio [h], sed sufficit eos, qui negotium [k] gerunt, consentire (*consensisse*). unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistolam, aut [l] per nuntium [m] (*internuntium*), *cum alioquin verborum obligatio inter ab-* G. §. 137. *sentes fieri non possit.* §. Item in his contractibus alter alteri obligatur in id (*de eo*), quod alterum alteri ex bono et aequo [n] praestare oportet, cum alioquin in verborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat [o], G. §. 138. *et in nominibus alius expensum ferendo obliget, alius obligetur.* §. *Sed absenti expensum ferri potest, etsi verbis obligatio cum absente contrahi non possit.*

TIT. XXIII. [XXIV.]

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

I. pr. G. §. 139. §. [a] [Emptio [b] et venditio contrahitur] simulatque (*cum*) de pretio convenerit, quamvis nondum pretium numeratum sit, ac ne arra quidem data fuerit [c]; nam quod arrae nomine datur, argumentum est emptionis et venditionis contractae [d]. Sed haec [e] quidem de emptionibus et venditionibus, quae sine scriptura consistunt, obtinere oportet; nam nihil a nobis in huiusmodi [f] venditionibus innovatum est. in iis autem, quae scriptura conficiuntur, non aliter perfectam esse venditionem et emptionem [g] constituimus [h], nisi et [i] instrumenta emptionis fuerint conscripta vel manu propria contrahentium [k], vel ab alio quidem scripta, a contrahentibus [l]

Tit. XXII. [XXIII.] a) *De Consensu Obligatione.* G. *De Consensu Obligationibus.* Bi. b) *autem* ins. Ba. Quae sequuntur usque ad verba *praestare oportet* sunt L. 2. D. de O. et A. XLIV. 7. (Gai. lib. III. inst.) Cf. Epit. II. 9. §. 13. c) Cf. Paul. L. 1. §. 2. D. de contr. empt. XVIII. 1. d) Cf. Id. L. 1. D. locati. XIX. 2. e) *et* ins. Ba. Cf. Modest. L. 4. pr. D. pro socio XVII. 2. f) Cf. Paul. L. 1. pr. D. mandat. XVII. 1. g) *autem* om. Ba. h) *obligationes* Dig. i) *ac* Bi. Be. Ba. ἀλλ' οὐδὲ Theoph. k) *negotia* cum Dig. Hal. G. l) *vel* cum Dig. Hal. Be. m) *nuntium* Dig. Cf. Paul. cit. L. 1. §. 1. D. mandati. Modest. cit. L. 4. pr. D. pro socio. Paul. cit. L. 1. §. 2. D. de contr. empt. n) *ex aequo et bono* Ba. o) Cf. supra pr. Inst. de V. O. III. 15. (16.) Cels. L. 99. pr. D. eod. XLV. 1.

Tit. XXIII. [XXIV.] a) Praecedit unius versus spatium vacuum. b) Cf. Epit. II. 9. §. 14. c) Cf. Paul. L. 8. pr. D. de peric. et comm. rei vend. XVIII. 6. d) Cf. Gai. L. 35. pr. D. de contr. empt. XVIII. 1. De arra cf. Varro, de l. l. lib. IV. c. 30. (lib. V. ed. Spengel. p. 175. ed. Bip. p. 48.) Isid. or. lib. V. c. 25. (ed. Gothofr. col. 932.) lib. IX. c. 8. (ed. Goth. col. 1116.). e) *hoc* Hal. f) *emtionibus et* ins. Ba. g) *emtionem et venditionem* Ba. Nostrum verborum ordinem secutus est Theoph. h) L. 17. Cod. de fide instrum. IV. 21. i) *et* om. Ba. hab. Theoph. k) τοῦ πιπράσκοντος Theoph. l) *contrahente* Bi. Ba.

autem subscripta, et si per tabellionem [m] fiunt [n], nisi et completiones acceperint et fuerint partibus absoluta. donec enim ex his aliquid deest, et paenitentiae locus est, et potest emptor vel venditor sine poena recedere ab emptione. ita tamen impune eis recedere concedimus, nisi iam arrarum nomine aliquid fuerit datum; hoc etenim [o] subsecuto, sive in scriptis sive sine scriptis venditio celebrata est, is, qui recusat adimplere contractum, siquidem est emptor, perdit quod dedit, si vero venditor, duplum restituere compellitur, licet nihil super arris expressum est.

§. [p] Pretium autem constitui oportet; nam nulla emptio sine pretio esse potest [q]. sed et certum pretium esse debet [r]; alioquin, si ita inter aliquos convenerit, ut, quanti [s] Titius rem aestimaverit, tanti sit empta, inter veteres satis abundeque hoc dubitabatur, sive constet venditio sive non [t]. sed nostra decisio [u] ita hoc constituit, ut, quotiens sic composita sit venditio: [v] „quanti ille aestimaverit", [w] sub hac condicione staret contractus, ut [y], siquidem ipse [z] qui nominatus est pretium definierit, [a] omni modo secundum eius aestimationem et pretium persolvatur et res tradatur [b], ut venditio ad effectum perducatur, emptore quidem ex empto actione, venditore autem [c] ex vendito agente. sin autem ille, qui nominatus est, vel noluerit vel non potuerit pretium definire, tunc pro nihilo esse [d] venditionem, quasi nullo pretio statuto. Quod ius cum in venditionibus nobis placuit, non est absurdum et in locationibus et [e] conductionibus trahere.

§. *Pretium autem certum esse debet. alioquin si ita inter eos convenerit, ut quanti Titius rem aestimaverit, tanti sit empta, Labeo negavit, ullam vim hoc negotium habere; [quam sententiam C]assius probat: Ofilius et eam empt[ionem putat et ven]ditionem; cuius opinionem Proculus secutus est.* I. §. 1. G. §. 140.

§. [Item] pretium in numerata pecunia con|sistere debet [f]. [nam] in ceteris rebus an pretium esse possit [g], veluti [*an*] homo, (*aut toga*,) aut [h] I. §. 2. G. §. 141. p. 165.
fundus, aut toga, alterius rei [*pretium esse possit*], valde quaerebatur (*quaeritur*). et [i] Sabinus et Cassius (*nostri praeceptores putant*), etiam in alia re putant [k] posse consistere pretium. unde [l] illud est, quod vulgo dicebatur (*putant*), permutatione (*per permutationem*) rerum emptionem et venditionem contrahi, eamque speciem emptionis et venditionis vetustissimam esse: argumentoque [m] utebantur (*utuntur*) Graeco [n] poeta Homero, qui aliqua parte [o]

---

m) *tabelliones* G. Bi. Be. διὰ ταβελλίωνος Theoph. n) *scripta fuerint* Bu. o) *enim* Hal. p) In edit. Gotting. signum §. 1. est ante verba *Sed et certum* collocatum. q) Ulp. L. 2. §. 1. D. de contr. empt. XVIII. 1. „*Sine pretio nulla venditio est*". Cf. Papin. L. 72. pr. D. eod. Diocl. et Max. L. 9. Cod. de contr. empt. IV. 38. r) Cf. Ulp. L. 7. Gai. L. 35. §. 1. D. tit. cit. s) *pretii* ins. Bu. t) *constaretne venditio, an non* Hal. Be. *sive constat v. s. n.* G. Bi. u) L. 15. Cod. tit. cit. v) Sequentia in hoc. §o. ad verbum fere ex L. 15. Cod. cit. repetita sunt. w) *tanti sit res empta* ins. Bu. y) *et* Bu. z) *ille* Hal. a) *tunc* ins. Hal. b) *et* Hal. G. Be. Bu. ἵνα Theoph. c) *autem* om. Hal. G. Be. agn. Theoph. d) *placuit* ins. Bu. non agn. Theoph. e) *in* ins. Hal. f) Cf. ad h. §. Paul. L. 1. §. 1. D. de contr. empt. XVIII. 1. item Diocl. et Max. L. 7. Cod. de rer. permut. IV. 64. Iid. L. 9. Cod. de rescind. vend. IV. 44. g) hic et mox iterum *posset* Hal. h) *an* G. Be. i) *et* om. G. Bi. Be. agn. Theoph. k) *putabant* Hal. νομίζουσι Theoph. l) Cf. Serv. ad Virg. Georg. III. v. 306. m) Post verba *unde* ... *esse* parenthesi inclusa *argumento*, quo hab. Bu. n) *Graeci* Bu. o) *aliquam partem* Hal. G. Bu. ἔν τινι μέρει τῆς οἰκείας ποιήσεως Theoph.

exercitum [p] Achivorum vinum sibi comparasse ait, permutatis quibusdam rebus, his verbis [q] (*sic ait*):

Ἔνθεν ἄῤ οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι [r] βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

d i v e r s a e s c h o l a e a u c t o r e s contra sentiebant (*dissentiunt*), a l i u d q u e e s s e existimabant (*existimant*) p e r m u t a t i o n e m r e r u m, a l i u d e m p t i o n e m e t v e n d i t i o n e m; a l i o q u i n [n o n p o s s e] r e m e x p e d i r i, p e r m u t a t i s r e b u s q u a e v i d e a t u r r e s v e n i s s e [s] e [t q u] a e p r e t i i n o m i n e d a t a e s s e; n a m (*sed rursus*) u t r a m q u e v i d e r i e t v e n i s s e e t p r e t i i n o m i n e d a t a m e s s e rationem non pati (*absurdum videri*).

sed Proculi sententia [t], dicentis permutationem [u] propriam esse speciem contractus [x] a venditione separatam, merito praevaluit, cum et ipse [y] aliis Homericis versibus [z] adiuvatur [a] et validioribus rationibus argumentatur [b]; quod et anteriores divi principes [c] admiserunt et in nostris [d] digestis latius significatur.

sed [ait] Caelius Sabinus, si rem [a te] venalem habente, veluti fundum, acceperim, et pretii nomine hominem forte dederim, fundum quidem videri venisse, hominem autem pretii nomine datum esse, [ut] fundus acciperetur.

I. §. 3. §. Cum autem emptio et venditio contracta sit, quod effici diximus simulatque de pretio convenerit, cum sine scriptura res agitur, periculum rei venditae statim ad emptorem pertinet, tametsi adhuc [e] ea [f] res emptori tradita non sit [g]. itaque si homo mortuus sit, vel aliqua [h] parte corporis laesus fuerit, aut aedes totae vel aliqua ex parte incendio consumptae fuerint, aut si [i] fundus vi fluminis totus vel aliqua ex parte ablatus sit, sive etiam inundatione aquae aut [k] arboribus turbine deiectis longe minor aut deterior esse coeperit, emptoris damnum est, cui necesse est, licet rem non fuerit nactus, pretium solvere. quidquid enim sine dolo et culpa venditoris accidit, in eo venditor securus est. sed et si post emptionem fundo aliquid per alluvionem accesserit [l], ad emptoris commodum perti-

---

p) *exercitus* Hal. G. Bu. q) Iliados VII. 472. sqq. Desunt Graeca in Cod. Erlang. In plerisque editionibus, ut et apud Hal. atque G. sequens legitur versio:

Hinc sibi certatim gentis de more comati
Vina parant Graii aere dato, fulgenteque ferro,
Tergoribusque, bubus sed et ipsis, mancipiisque.

r) *αὐτῇσι* dedit Gosch. ex Dig. Flor. s) Cf. Paul. L. 1. pr. D. de rer. permut. XIX. 4. t) Cf. praeter Paul. cit. L. 1. D. de contr. empt. Id. L. 5. §. 1. D. de praescr. verb. XIX. 5. u) *rerum* ins. Bu. x) *et* ins. Bu. y) *ipse* G. Bi. Be. Bu. Nostram lect. comprobat Theoph. z) In digestorum l. c. allegantur Iliad. VI. 234. sq. Odyss. I. 430. sq. a) *adiuvabatur* Hal. b) *argumentabatur* Hal. c) Cf. Diocl. et Max. L. 2; L. 7. Cod. de rer. perm. IV. 64. d) Cf. not. z. e) *adhuc* om. Bi. Ba. f) *ea* om. Bu. g) Cf. Gai. L. 35. §. 4. D. de contr. empt. XVIII. 1. Paul. L. 8. pr. Iavol. L. 36. D. de peric. et comm. rei v. XVIII. 6. Iulian. L. 6. §. 2. D. de rescind. vend. XVIII. 5. Ulp. L. 14. pr. §. 1. D. de furt. XLVII. 2. Totus tit. Cod. de peric. et comm. rei v. IV. 48. h) *qualibet* Bi. Ba. i) *si* ins. Bu. k) *et* Bu. ἢ Theoph. l) *accessit* G. Bi. Be.

net [m]. nam et commodum eius esse debet, cuius et [n] periculum est [o]. quodsi [p] fugerit homo, qui veniit [q], aut subreptus fuerit, ita ut neque dolus, neque culpa venditoris intervenerit [r], animadvertendum erit, an custodiam eius usque ad traditionem venditor susceperit; sane enim si susceperit [s], ad ipsius periculum is casus pertinet; si non susceperit [s], securus est [t]. idem et in ceteris animalibus ceterisque rebus intellegimus. utique tamen vindicationem rei et condictionem exhibere debebit emptori [u], quia sane qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipse dominus est [x]. idem etiam est de furti et de damni iniuriae actione [y]. §. Emptio tam sub condicione, quam pure contrahi potest [z]: sub condicione, I. §. 4.
veluti: „si Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot". §. Loca [a] I. §. 5.
sacra vel religiosa, item publica, veluti forum, basilicam, frustra quis sciens emit [b]; quae tamen [c] si pro privatis vel profanis [d] deceptus a venditore [e] emerit, habebit actionem ex empto, quod non habere ei liceat, ut consequatur quod sua interest deceptum eum non esse. idem iuris est, si hominem liberum pro servo emerit.

TIT. XXIV. [XXV.]

DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE.

Locatio [a] et [b] conductio proxima est emptioni et venditioni, iisdemque iuris regulis consistit [c]. nam ut emptio et venditio ita [d] contrahitur, si de pretio convenerit [e], sic et [f] locatio et conductio ita contrahi intellegitur, si merces constituta sit [g]; et competit locatori quidem locati actio, conductori vero conducti [h].

[i] §. *Locatio* [k] *autem et conductio similibus regulis constituuntur: nisi enim merces certa statuta sit, non videtur locatio et conductio contrahi.* I. pr. G. §. 142.

§. Et quae supra [l] diximus, si alieno arbitrio pretium permissum [m] fuerit, eadem et

§. *Unde si alieno arbitrio merces promissa sit, velut quanti [Ti]tius aestimaverit,* I. §. 1. G. §. 143.

---

m) Cf. Ulp. L. 13. §. 14. D. de act. empti XIX. 1. Paul. L. 7. pr. D. de per. et comm. rei v. XVIII. 6. n) *et* om. Hal. G. Bi. Be. sed agn. Theoph. o) Paul. L. 10. D. de reg. iur. L. 17. „*Secundum naturam est commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda*". p) Cf. Gai. cit. L. 35. §. 4. D. de contr. empt. q) *venit* Hal. r) *interveniat* G. Bi. Be. Bu. s) *suscepit* G. Be. t) *erit* Bi. u) Cf. infra §. 13. Inst. de obl. q. ex del. IV. 1. Ulp. L. 14. pr. §. 1. Papin. L. 80. pr. §. 1. D. de furt. XLVII. 2. x) Cf. supra §. 40. 41. Inst. de rer. div. II. 1. Ulp. L. 11. Pomp. L. 40. D. de act. empti XIX. 1. Callistr. L. 50. pr. D. de rei vind. VI. 1. Marc. L. 8. §. 12. D. q. mod. pign. XX. 6. y) Cf. not. u. z) Cf. Ulp. L. 7. D. de contr. empt. XVIII. 1. Paul. L. 8. pr. §. 1. D. de per. et comm. rei v. XVIII. 6. Id. L. 20. pr. D. locati. XIX. 2. item titt. Dig. de in diem add. XVIII. 2. de lege comm. XVIII. 3. a) Cf. ad h. §. supra §. 7. sqq. Inst. de rer. div. II. 1. Pomp. L. 4. 6. Ulp. L. 22. Paul. L. 23. Ulp. L. 24. Paul. L. 34. §. 1. D. de contr. empt. XVIII. 1. Id. L. 83. §. 5. D. de V. O. XLV. 1. item supra §. 2. Inst. de inut. stip. III. 19. (20.) b) *emerit* Bu. ἀγοράζει Theoph. c) Cf. Modestin. L. 62. §. 1. D. de contr. empt. XVIII. 1. d) *pro profanis vel privatis* Hal. G. *profanis vel* om. Modest. l. c., nec non Theoph. e) *quis* ins. Hal. sed agn. Theoph.

Tit. XXIV. [XXV.] a) L. 2. pr. D. locati, conducti XIX. 2. (Gai. lib. II. rer. cotid.) b) *et* om. Bi. c) *consistunt* Bi. *hisdemque ... constitit* Dig. Flor. d) *ita* om. Hal. agnoscunt Dig. et Theoph. e) Cf. pr. tit. praecd. f) *etiam* Bi. Bu. g) *si de mercede convenerit* Dig. h) *actio* repetit. Cod. Erlang. Cf. Ulp. L. 15. pr. D. h. t. Anton. L. 2. Cod. h. t. IV. 65. i) Praecedit versus unius spatium vacuum. k) Cf. Epit. II. 9. §. 15. l) §. 1. praecd. tit. Cf. Gai. L. 25. pr. D. h. t. m) *promissum* Hal. G.

p. 166. de locatione et conductione dicta esse intellegamus [n], si alieno arbitrio merces permissa fuerit. qua de causa si [o] fulloni polienda curandave [p], aut sarcinatori sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea tantum daturus, quantum inter eos convenerit, non proprie locatio et conductio contrahi intellegitur, sed eo nomine actio praescriptis verbis datur.

|*quaeritur, an locatio et conductio contrahatur. qua de causa si fulloni polienda curandave, sarcinatori sarcienda vestimenta dederim, nulla statim mercede constituta, postea tantum daturus, quant[um] inter nos convenerit, quaeritur an locatio et conductio contrahatur.*

I. §. 2. G. §. 144. §. Praeterea sicut vulgo quaerebatur, an permutatis rebus emptio et venditio contrahitur [q], ita quaeri solebat de locatione et conductione, si forte rem aliquam tibi utendam sive fruendam quis [r] dederit, et invicem a te aliam rem [s] utendam sive fruendam acceperit. et placuit non esse locationem et conductionem, sed proprium genus esse contractus; veluti si [t], cum unum bovem quis haberet et vicinus eius unum, placuerit inter eos, ut per denos dies invicem boves commodarent, ut opus facerent, et apud alterum [u] bos periit [x], neque locati, neque conducti, neque commodati competit actio, quia non fuit gratuitum commodatum, verum praescriptis verbis agendum est.

§. *Vel si rem tibi utendam dederim, et invicem aliam rem utendam acceperim, quaeritur an locatio et conductio contrahatur.*

I. §. 3. G. §. 145. §. Adeo [y] autem (*emptio et venditio et locatio et conductio*) familiaritatem aliquam inter se habere videntur emptio et venditio item locatio et conductio, ut in quibusdam causis [z] quaeri soleat, utrum emptio et venditio contrahatur, an locatio et conductio.

ut ecce de praediis, quae perpetuo quibusdam fruenda traduntur [a], id est ut, quamdiu pensio sive reditus [b] pro his domino praestetur, neque ipsi conductori, neque heredi eius, cuive [c] conductor heresve eius id praedium vendiderit aut donaverit aut dotis nomine dederit [d], aliove quoquo [e] modo alienaverit, auferre liceat. sed talis contractus quia inter veteres dubitabatur, et a quibusdam locatio a quibusdam venditio existimabatur, lex Zenoniana [f] lata est, quae emphyteuseos

veluti si qua res in perpetuum locata sit: quod evenit in praediis municipum, quae ea lege locantur, ut, quamdiu id vectigal praestetur, neque ipsi conductori, neque heredi eius praedium auferatur. sed magis placuit locationem conductionemque esse.

---

n) *intelligimus* Hal. o) Cf. Gai. L. 22. D. de praescr. verb. XIX. 5. p) *vel curanda* Bn. om. Theoph. q) *contraheretur* Hal. *contrahatur* Bn. Cf. §. 2. tit. praeced. r) *aliquam utendam sive fruendam tibi aliquis* Hal. s) *rem* om. Bi. Bu. t) Ulp. L. 17. §. 3. D. tit. cit. „*Si, cum unum bovem haberem et vicinus unum, placuerit inter nos, ut per denos dies ego ei et ille mihi bovem commodaremus, ut opus faceret, et apud alterum bos periit, commodati non competit actio, quia non fuit gratuitum commodatum, verum praescriptis verbis agendum est*". Cf. Id. L. 1. §. 9. D. depositi. XVI. 3. u) *alterius* ins. Hal. x) *perierit* Hal. y) Cf. Gai. L. 19. 20. De de act. empti XIX. 1. z) *casibus* Al. a) Cf. Paul. L. 1. 3. D. si ager. vect. VI. 3. Tit. Cod. de locatione praedior. civilium vel fiscalium XI. 70. item Arcad. et Honor. L. 1. Cod. de off. comitis r. pr. I. 34. b) *redditus* Hal. c) *cui vel* Bn. d) *dederit* om. Cod. Erlang. e) *quocunque* Hal. f) L. 1. Cod. de iure emphyteutico. IV. 66.

contractus propriam statuit naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam, et siquidem aliquid pactum fuerit, hoc ita obtinere[g], ac si natura talis[h] esset contractus; sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc, siquidem totius rei interitus accesserit, ad dominum super hoc redundare periculum, sin autem[i] particularis, ad emphyteuticarium huiusmodi damnum venire. quo iure utimur.

§. *Item si gladiatores ea lege tibi tradiderim, ut in singulos, qui integri exierint,* G. §. 146.
pro sudore denarii viginti mihi darentur; in eos vero singulos, qui occisi aut debilitati fuerint, denari[i] mile: quaeritur, utrum emptio et venditio, an locatio et conductio contrahatur. et magis placuit, eorum, qui integri exierint, locationem et conductionem contractam videri; at eorum, qui occisi aut debilitati sunt, emptionem et venditionem esse: idque ex accidentibus apparet, tamquam sub condicione |facta cuiusque venditione a[ut] locatione. p. 167.
iam enim non dubitatur, quin sub conditione res veniri[k] aut locari possint.

§. Item quaeritur[l], si cum aurifice Titius (*mihi*) convenerit, ut is ex auro I. §. 4.
suo certi ponderis, certaeque formae annulos ei (*mihi*) faceret, et acci- G. §. 147.
peret[m] verbi gratia aureos decem (*denarios ducentos*) utrum emptio et venditio, an locatio et conductio contrahi videatur[n] (*contrahatur*). Cassius ait, materiae quidem emptionem et venditionem contrahi, operae (*operarum*) autem locationem et conductionem. sed *plerisque* placuit[o] tantum emptionem et venditionem contrahi.

quodsi suum aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta, dubium non est, quin locatio et conductio sit[p].	*atqui si meum aurum ei dedero, mercede pro opera constituta, convenit, locationem conductionem contrahi.*

§. Conductor[q] omnia secundum legem conductionis facere debet[r], et si quid in I. §. 5.
lege praetermissum fuerit, id ex bono et aequo[s] debet[t] praestare. Qui pro usu aut vestimentorum, aut argenti, aut iumenti mercedem aut[u] dedit, aut promisit, ab eo custodia talis desideratur, qualem diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet[x]; quam si praestiterit, et aliquo casu[y] eam[z] rem amiserit, de restituenda ea re[a] non tenebitur[b]. §. Mor- I. §. 6.
tuo conductore intra tempora conductionis, heres eius eodem iure in conductionem[c] succedit[d].

---

g) *debet* ins. Cod. Erlang. h) *si naturalis* Hal. ὡσανεὶ φύσεως τοιαύτης φανερῶς προσούσης τῷ συναλλάγματι Theoph. i) *autem* om. G. Bi. Be. agn. Theoph. k) Anne scribendum *venire*? Cf. supra Comm. II. §. 155. not. s. p. 101. Kl. l) Gai. L. 2. §. 1. h. t. Cf. Pomp. L. 20. Iavolen. L. 65. D. de contr. empt. XVIII. 1. Paul. L. 22. §. 1. D. h. t. m) *acceperit* Bu. n) *videtur* G. Bi. o) *tantum placuit* Bu. p) Cf. Pomp. L. 34. pr. D. de auro arg. XXXIV. 2. q) *autem* ins. Hal. Bu. r) *Conductor* ... *debet* Gai. L. 25. §. 3. D. h. t. Cf. Diocl. et Max. L. 19. Cod. h. t. IV. 65. s) Cf. §. 30. Inst. de act. IV. 6. Ulp. L. 15. Paul. L. 24. D. h. t. Antonin. L. 2. Diocl. et Max. L. 17. Cod. h. t. t) *debet* om. Hal. agn. Theoph. u) *aut* om. Bu. x) *exhibet* G. y) *fortuito* add. Hal. z) *eam* om. Bi. Bu. a) *re* om. Hal. Bu. b) Cf. Gai. L. 25. §. 6. 7. Ulp. L. 23. D. de reg. iur. L. 17. Idem L. 9. §. 3. L. 11. §. 3. L. 13. §. 1. Alfen. L. 31. D. h. t. Ulp. L. 5. §. 2. D. commod. XVI. 3. Ulp. L. 3. §. 1. D. nautae caup. IV. 9. Diocl. et Max. L. 28. Cod. h. t. c) *in conductionem* Bi. Bu. d) Cf. Gordian. L. 10. Cod. h. t. Ulp. L. 19. §. 8. D. h. t.

TIT. XXV. [XXVI.]
DE SOCIETATE.

I. pr. G. §. 148. Societatem[a] coire solemus aut totorum bonorum, quam Graeci specialiter *κοινοπραξίαν*[b] appellant, aut unius alicuius negotiationis (*negotii*), veluti mancipiorum emendorum vendendorumque[c] (*aut vendendorum*), aut olei,[d] vini,[d] frumenti, emendi vendendique.

I. §. 1. §. Et quidem si nihil de partibus lucri et damni nominatim convenerit, aequales scilicet partes et in lucro et in damno spectantur[e]; quodsi expressae fuerint partes[f], hae servari debent[g]. nec enim umquam dubium fuit, quin valeat conventio, si duo inter se pacti sint[h], ut ad unum quidem duae partes et lucri et damni pertineant, ad alium tertia.

I. §. 2. G. §. 149. §. De illa sane conventione quaesitum est, si Titius et Seius inter se pacti sint[h], ut ad Titium lucri duae partes pertineant, damni tertia, ad Seium duae partes damni, lucri tertia, an rata debeat haberi conventio. Quintus Mucius[k] contra naturam societatis talem pactionem esse existimavit, et ob id non esse ratam habendam; Servius Sulpicius, cuius sententia praevaluit, contra sensit[l], quia saepe quorumdam ita pretiosa est opera in societate, ut eos iustum sit condicione meliore in societatem admitti[m].

§. *Magna*[n] *autem quaestio fuit, an ita coiri possit societas, ut quis maiorem partem lucretur, minorem damni praestet. quod Quintus Mucius etiam* [**contra naturam societatis esse censuit. Sed Servius Sulpicius, cuius**] *praevaluit sententia, adeo ita coiri posse societatem existimavit, ut dixerit, illo quoque modo coiri posse, ut quis nihil omnino damni praestet, set lucri partem capiat, si modo opera eius tam pretiosa videatur, ut aequum sit, eum cum hac pactione in societatem admitti.*

nam et ita posse coiri[o] societatem non dubitatur (*constat*), ut alter (*unus*) pecuniam conferat, alter non conferat, et tamen lucrum inter eos commune sit; quia saepe (*saepe enim*) opera alicuius pro pecunia valet[p]. et adeo contra Quinti Mucii sententiam obtinuit, ut illud quoque constiterit posse convenire, ut quis lucri partem ferat, de damno[q] non teneatur, quod et ipsum Servius convenienter fieri[r] existimavit. quod tamen ita intellegi oportet, ut, si in aliqua[s] re lucrum, in aliqua[s] damnum allatum[t] sit, compensatione facta solum quod superest intellegatur[u] lucri[x] esse.

Tit. XXV. [XXVI.] a) Cf. Ulp. L. 5. pr. D. pro socio XVII. 2. Epit. II. 9. §. 16. b) *κοινωνίαν* Hal. *κοινοπραξίαν* Theoph. c) *vendendorum emendorumque* Hal. d) *aut* ins. Hal. agn. Theoph. e) Cf. Ulp. L. 29. D. h. t. f) *partes* om. Bu. *fuerint: partes hae* Hal. g) Cf. Procul. L. 76. 80. D. h. t. h) *sunt* G. Bi. i) *damni et lucri* Bi. Bu. Nostrum ordinem servat Theoph. k) Paul. L. 30. D. h. t. „*Mucius libro quartodecimo scribit, non posse societatem coiri, ut aliam damni, aliam lucri partem socius ferat. Servius in notatis Mucii ait, nec posse societatem ita contrahi. neque enim lucrum intellegitur, nisi omni damno deducto; neque damnum, nisi omni lucro deducto. sed potest coiri societas ita, ut eius lucri, quod reliquum in societate sit, omni damno deducto pars alia feratur; et eius damni, quod similiter relinquatur, pars alia capiatur*". l) *sentit* Bi. φησὶ Theoph. m) Cf. Ulp. L. 5. L. 29. pr. L. 52. D. h. t. Diocl. et Max. L. 1. Cod. h. t. IV. 37. n) Cf. Epit. II. 9. §. 16. o) *coire* Bi. pro *coiri posse.* p) Cf. praeter locc. citt. Pomp. L. 6. D. h. t. q) *et damno* Bi. *damno* Be. om. *de.* r) *sibi fieri* Hal. *sibi* G. Bi. omisso verbo *fieri.* s) *alia* Hal. *contra vero* Theoph. t) *illatum* Hal. Bu. u) *intelligitur* Be. x) *lucro* Hal.

§. Illud expeditum est, si in una causa pars fuerit expressa, veluti in solo lucro vel in solo damno, in altera vero omissa, in eo quoque, quod praetermissum est, eamdem partem servari. I. §. 3.

§. *Illud certum est, si de partibus lucri et damni nihil inter eos convenerit, tamen aequis ex partibus commodum ut incommodum inter eos commune esse. sed si in altero partes expressae fuerint, velut in lucro, in altero vero omissae, in eo quoque, quod omissum est, similes partes erunt.* G. §. 150.

§. Manet[y] autem societas eousque, donec in eodem consensu (*sensu*) perseveraverint[z] (*perseverant*). at cum aliquis renuntiaverit societati, societas solvitur[a]. sed plane si quis callide in hoc renuntiaverit societati, ut obveniens aliquod lucrum solus habeat, veluti si *mihi* totorum bonorum socius cum ab aliquo heres esset relictus, in hoc renuntiaverit societati, ut hereditatem solus lucrifaceret (*lucrifaciat*), cogitur (*cogetur*) hoc lucrum communicare[b]; si quid vero aliud lucrifaciat (*lucrifecerit*), quod non captaverit, ad ipsum solum pertinet. ei (*mihi*) vero, cui renuntiatum est, quidquid omnino post renuntiatam societatem acquiritur, soli conceditur[c]. §. Solvitur adhuc[d] societas etiam morte[e] socii, quia qui societatem [contrahit], certam personam sibi eligit[f]. sed etsi[g] consensu plurium societas contracta[h] sit, morte unius socii solvitur, etsi plures supersint, nisi in coeunda societate aliter convenerit. I. §. 4. G. §. 151. I. §. 5. G. §. 152.

§. *Dicitur, et capitis diminutione solvi societatem, quia civili ratione capitis diminutio morti* | — litt. 11 — |[i] *dicitur: sed si adhuc consentiant in societatem, nova videtur incipere societas.* G. §. 153.

§. Item[k] si alicuius rei contracta[l] societas sit, et finis negotio impositus est[m], finitur societas. I. §. 6.

§. Publicatione[n] quoque distrahi societatem manifestum est, scilicet si universa bona socii publicentur[o]; nam cum in eius locum[p] alius succedit[q], pro mortuo habetur[r]. §. Item[x] si quis ex sociis mole debiti prae- I. §. 7. I. §. 8.

§. *Item*[s] *si cuius ex sociis bona publice aut privatim venierint solvitur societas.*[t] *sed* .... |*societas* | — litt. 17 — |[u] *consensu contrahitur nudo iuris* | — litt. 18 — | *omnes homines naturali ratione possunt.* G. §. 154. p. 160.

---

y) Cf. Epit. II. 9. §. 17. z) Cf. §. 4. Inst. q. mod. toll. obl. III. 29. (30.) Callistr. L. 64. Paul. L. 65. D. h. t. Diocl. et Max. L. 5. Cod. h. t. „*Tamdiu societas durat, quamdiu consensus partium integer perseverat*". a) Cf. Modestin. L. 4. §. 1. Ulp. L. 63. i. f. Paul. L. 65. §. 3. D. h. t. b) Cf. Ulp. L. 14. L. 63. §. 8. sqq. Paul. 65. §. 2. D. h. t. c) Cf. Id. L. 17. §. 1. D. eod. cit. L. 65. §. 3. d) πρὸς τούτοις Theoph. e) Cf. Modest. L. 4. §. 1. Ulp. L. 52. §. 9. L. 63. §. 10. Pomp. L. 59. pr. D. eod. f) *elegit* G. Bi. Be. Bu. ἐπιλέγεται Theoph. g) Cf. Paul. L. 65. §. 9. D. eod. *si* pro *etsi* Bi. h) *coita* cum Dig. Bi. i) An *mortis species fere?* Cf. Ulp. L. 63. §. ult. D. h. t. Goesch. k) Cit. L. 65. §. 10. l) *contracta* om. Dig. m) *est* om. Dig. n) Cit. L. 65. §. 12. o) *societatem diximus; quod videtur spectare ad universorum bonorum publicationem, si socii bona publicentur;* Dig. p) *loco* Bi. q) *succedat* Hal. cum Dig. ὁπότε ... ὑπεισέρχεται Theoph. r) Cf. Ulp. L. 63. §. 10. D. h. t. s) Cf. Epit. II. 9. §. 16. 17. t) Quae sequuntur utrum ad hanc paragraphum pertineant, an eius potius argumenti sint, ut a verbo *sed* nova incipere debeat paragraphus, definire non ausim. Videntur sane magis ad contrahendam, quam ad solvendam societatem spectare. Goesch. u) Incipienti a littera *q* in Sched. ante vocem *consensu* posita sic for-

gravatus bonis suis cesserit et ideo propter publica aut[y] privata debita substantia eius veneat, solvitur societas; sed hoc casu, si adhuc consentiant in societatem, nova videtur incipere societas.

I. §. 9. §. Socius socio utrum eo nomine tantum teneatur pro socio actione[z], si quid dolo commiserit, sicut is, qui deponi[a] apud se passus est, an etiam culpae, id est desidiae atque negligentiae nomine, quaesitum est[b]. praevaluit tamen etiam culpae nomine teneri eum. culpa[c] autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est; sufficit enim talem diligentiam[d] communibus rebus adhibere socium, qualem suis rebus adhibere solet. nam qui parum diligentem socium sibi assumit, de se queri, hoc est sibi imputare debet[e].

TIT. XXVI. [XXVII.]
DE MANDATO.

I. pr. G. §. 155. Mandatum[a] contrahitur quinque modis:
sive sua tantum gratia aliquis tibi mandet,
sive sua et tua, sive aliena tantum, sive sua
et aliena, sive tua et aliena. At si tua tantum
gratia tibi[b] mandatum sit, supervacuum
G. §. 156. est mandatum[c], et ob id nulla ex eo[d] obligatio,
nec mandati inter vos actio nascitur[e].
I. §. 1. §. Mandantis tantum gratia intervenit mandatum,
veluti si quis tibi mandet, ut negotia eius gereres,
vel ut fundum ei emeres,
I. §. 2. vel ut pro eo sponderes[i]. §. Tua gratia[k]
et mandantis, veluti si mandet tibi, ut pecuniam
sub usuris crederes ei, qui in rem ipsius mutuaretur, aut si, volente te agere

§. *M[andatum]*[f] *consistit, sive nostra gratia mandemus, sive ali[ena]* | — *litt.* 12 — | *negotia geras, sive ut alterius* | — *litt.* 20 — | *obligatio*[g], *et invicem alter [al]teri tenebimur* | — *litt.* 19 — | *mihi bona fide praestare oportere*[h]. §. *Nam si tua gratia tibi mandem, supervacuum est mandatum: quod enim tu tua gratia fac[turu]s sis, id ex tua sententia, [non] ex meo mandatu facere [videberis, it]aque si otiosam pecuniam domi te ha[bere mihi dixeris et] ego te hortatus fuerim, ut [eam] faenerares: quamvis eam ei mutuam dederis, a quo servare non potueris; non tamen habebis mecum man[dati*

---

tasse legendum videbitur: „*quia* consensu c. n., iuris *gentium est: nam consentire* omnes h. n. r. p." Goesch. Comparatis Iustiniani institutionibus et adiunctis *eis*, quae vestigia extant in cod. Ver. non dubito, quin hoc modo locus restituatur in integrum: „sed *hoc casu* societas *denuo eodem quo modo prior quoque* consensu contrahitur modo, iuris *gentium regula*, *qua uti* omnes h. n. r. possunt". Kl. x) Cf. cit. L. 65. §. 1. item Modestin. L. 4. §. 1. D. h. t. y) *propter* repetit Bu. z) *teneatur socii actione* Bi. a) Cf. L. 1. et passim D. depositi XVI. 3. b) Cf. Ulp. L. 52. §. 1. sqq. item Paul. L. 25. D. h. t. c) L. 72. D. h. t. (Gai. lib. II. cotid. rer. sive Aureorum) „*Socius socio etiam culpae nomine tenetur, id est desidiae atque neglegentiae . culpa ... sufficit etenim ... rebus adhibere, qualem ... solet; quia qui ... sibi socium adquirit, de se queri debet*". d) *in ins.* Bi. Bu. e) *queri sibique hoc imputare debet.* Hal. *queri debet, hoc est, sibi imputare debet.* Bi. *ἑαυτὸν αἰτιάσθω τῆς ἀβουλίας, ὡς ἑαυτῷ τῆς ζημίας γενόμενος αἴτιος.* Theoph.

Tit. XXVI. [XXVII.] a) Usque ad med. §. 6. verba *expediat consilium*, perpaucis mutatis, omnia ex L. 2. D. h. t. (mandati vel contra) XVII. 1. (Gai. lib. II. rer. cotid. sive Aureorum) deprompta sunt. b) *tibi* om. Hal. G. Be. Bu. c) *mandatum* om. G. Bi. Be. Bu. d) *ex eo* om. G. Bi. Be. e) Cf. Ulp. L. 6. §. 5. D. h. t. f) Cf. Epit. II. 9. §. 18. g) Fortasse sic legendum: „Mandatum c., s. n. g. m., s. aliena, *id est, sive ut mea* negotia geras, sive ut alterius, *mandem tibi, erit inter nos* obligatio". Goesch. h) Legendum videtur vel *oporteret*, quod Bluhmio placet, vel *oportet*. Ceterum de sententia huius loci sic iudicat Bl., Gaium compensationis in mandati iudicio admittendae mentionem iniicere. Ego in id propensior sum, ut Gaium de formula ad mandati iudicium comparata loqui putem. Goesch.
i) Cf. cit. L. 6. §. 1. 2. k) *gratia* om. G. Bi. Be.

cum eo ex fideiussoria causa [m], tibi mandet, ut cum reo agas periculo mandantis, vel ut ipsius periculo stipuleris ab eo, quem tibi deleget in id, quod tibi debuerat. §. Aliena autem tantum [n] causa intervenit mandatum, veluti si tibi mandet [o], ut Titii negotia gereres, vel ut Titio fundum emeres, vel ut pro Titio sponderes [p]. §. Sua et aliena, veluti si de communibus suis et Titii negotiis gerendis tibi mandet, vel ut sibi et Titio fundum emeres, vel ut pro eo et Titio sponderes. §. Tua et aliena [q], veluti si tibi mandet, ut Titio sub usuris [r] crederes; quodsi [s] ut [t] sine usuris [u] crederes, aliena tantum gratia intercedit [x] mandatum. §. Tua tantum [y] gratia intervenit mandatum, veluti si tibi mandet, ut pecunias tuas [z] in emptiones [a] potius praediorum colloces, quam faeneres, vel ex diverso, ut [b] faeneres potius, quam in emptiones [a] praediorum colloces. cuius generis mandatum, magis consilium, quam mandatum est, et ob id non est obligatorium, quia nemo ex consilio mandati [c] obligatur [d], etiamsi non expediat ei, cui dabatur [e], cum liberum cuique sit apud se explorare, an expediat sibi [f] consilium. itaque si otiosam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, ut rem aliquam emeres vel eam crederes, quamvis non expediat tibi, eam [g] emisse vel credidisse, non tamen tibi mandati tenetur. et adeo haec ita sunt, ut quaesitum sit, an mandati teneatur qui mandavit tibi, ut pecuniam Titio faenerares. sed obtinuit Sabini sententia, obligatorium esse in hoc casu mandatum, quia non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset [h].

a]ctionem. ita[que] et si hortatus sim, [ut rem a]liquam emeres, q[uamvis] non expedierit tibi, eam emisse, non tamen |— litt. 16 —| [l]
et adeo haec ita sunt, ut quaeratur, an mandati teneatur, qui mandavit tibi, ut [Titi]o pecuniam [faenerares] |— litt. 21 —| |— vers. 3 —| *... q[uia] non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset.*

I. §. 3. I. §. 4. I. §. 5. I. §. 6.

§. Illud quoque mandatum non est obligatorium, quod contra bonos mores est [i], veluti si Titius de furto, aut de [k] damno faciendo, aut de [l] iniuria facienda tibi mandet; licet enim poenam istius facti nomine praestiteris, non tamen ullam habes adversus Titium actionem.

§. *Illud* |— litt. 18 —| *mandet[ur]* [m], *quod contra bonos mores* |*est, non contrahi obligationem: velut si tibi mandem, ut Titio furtum, aut iniuriam facias.* I. §. 7. G. §. 157. p. 170.

§. *Item si quis post mortem meam [* aliquid mihi *] faciendum mandet, inutile mandatum est, quia generaliter* [n] *placuit, ab heredis persona obligationem incipere non posse.* G. §. 158.

---

l) In cod. sic esse puto: „*mandati tibi tenebor*". Goesch. m) Cf. Paul. L. 22. §. 1. L. 45. §. 7. 8. D. h. t. n) *tantum* om. G. Bi. Be. Bu. Ἑτέρου δὲ μόνου Theoph. o) *aliquis* ins. Hal. p) Cf. Ulp. L. 6. §. 4. D. h. t. q) Cf. Id. L. 8. §. 3. D. eod. r) *pecuniam* ins. Bu. s) *quia si* Hal. t) *ut* om. Cod. Erlang. et Hal. u) *pecuniam* ins. Hal. x) *intervenit* Bu. y) *tantum* om. G. Bi. Be. Bu. Σοῦ μόνου χάριν Theoph. z) *pecuniam tuam* Bu. a) *emtionem* Bi. Bu. b) *pecunias tuas* ins. Hal. c) *mandati* om. cum Dig. G. Bi. Be. ἐνέχεται τῇ *mandati* Theoph. d) Cf. Ulp. L. 47. pr. D. de reg. iur. L. 17. e) *mandabatur* Hal. *dabitur* G. Bi. Be. Bu. Nostram lectionem firmant Dig. et Theoph. „ὁ συμβουλευθείς". f) *sibi* om. G. Bi. Be. *ei* Bu. g) *expediat eam tibi* Hal. h) Cf. Ulp. L. 6. §. 4. D. h. t. i) Id. l. c. §. 3. Papin. L. 7. Paul. L. 22. §. 6. D. h. t. Ulp. L. 26. Pomp. L. 27. pr. D. de V. O. XLV. 1. k) *de* om. Bi. l) *de* om. Cod. Erlang. m) Sententiae convenit ut legamus: „*Illud constat si tale quid mandetur*". Goesch. Cf. Epit. II. 9. §. 18. cit. n) Cf. supra h. C. §. 100.

I. §. 8. (cf. G. §. 161.) §. Is, qui exequitur mandatum, non debet excedere fines mandati [o]. ut ecce si quis usque ad centum aureos mandaverit tibi, ut fundum emeres [p], vel ut pro Titio sponderes, neque pluris emere debes, neque in ampliorem pecuniam fideiubere; alioquin non habebis cum eo mandati actionem, adeo quidem, ut Sabino et Cassio placuerit [q], etiamsi usque ad centum aureos cum eo agere velis [r], inutiliter te acturum. sed [s] diversae scholae auctores recte usque ad centum aureos te acturum existimant; quae sententia sane benignior est. quodsi minoris emeris, habebis scilicet cum eo [t] actionem [u], quoniam, qui mandat, ut sibi centum aureorum fundus emeretur, is utique mandasse intellegitur, ut minoris, si possit, emeretur.

I. §. 9. G. §. 159. §. Recte (*Sed recte*) quoque [x] mandatum contractum (*consummatum mandatum*), si, dum adhuc integra res sit, revocatum fuerit, evanescit [y].
I. §. 10. G. §. 160. §. Item si adhuc integro mandato mors alterutrius [z] interveniat, id est vel eius, qui mandaverit (*mandarit*), vel illius (*eius*), qui mandatum susceperit, solvitur mandatum [a]. sed utilitatis causa receptum est, si mortuo eo, qui tibi (*mihi*) mandaverat (*mandaverit*), tu ignorans eum decessisse [b] executus fueris (*fuero*) mandatum, posse te (*me*) agere mandati actione [c]; alioquin iusta et probabilis ignorantia tibi (*mihi*) damnum afferret [d].

et huic simile est, quod placuit, si debitores manumisso dispensatore Titii per ignorantiam liberto solverint [e], liberari eos, cum alioquin stricta iuris ratione non possent liberari, quia alii solvissent, quam cui solvere debuerint.

et h[ui]c simile est, quod plerisque placuit, si debitor meus manumisso dispensatori meo per ignorantiam solverit, liberari eum; cum alioquin stricta iuris ratione non posset liberari eo, quod alii solvisset, quam cui solvere deberet.

G. §. 161. (cf. I. §. 8. h. t.) §. *Cum autem is, cui recte mandaverim, egressus fuerit mandatum, ego quidem eatenus cum eo habeo mandati actionem, quatenus mea interest, implesse eum mandatum, si modo implere potuerit: at ille mecum agere non potest. itaque si mandaverim tibi, ut verbi gratia fundum mihi sestertiis centum emeres, tu s[estertiis] centum quinquaginta eme-*
p. 171. *ris, non habebis mecum |mandati actionem, etiamsi tanti velis mihi dare fundum, quanti emendum tibi mandassem. idque maxime Sabino et Cassio placuit [f]. quodsi minoris emeris, habebis mecum scilicet actionem, quia qui mandat, ut centum milibus emeretur, is utique mandare intellegitur, uti minoris, si posset emeretur.*

---

o) Paul. L. 5. pr. D. h. t. „*Diligenter igitur fines mandati custodiendi sunt. nam qui excessit, aliud quid facere videtur*". p) Cf. Id. L. 3. §. 2. Gai. L. 4. D. eod. q) In margine Cod. Erlang. legitur: „*Et Cassius et Sabinus dicebat utile per inutile vitiari*". r) *volueris* Hal. G. s) *sed* om. G. Bi. Be. Bu. Ὁι δὲ Προκουλιανοὶ Theoph. L. 4. cit. (Gai. lib. II. rer. cotid. vel Aureorum) „*Sed Proculus recte eum usque ad pretium statutum acturum existimat. quae sententia sane benignior est*". t) *mandati* ins. Hal. ἕξεις ... τὴν *mandati* Theoph. u) Cf. Paul. L. 5. §. 3. 5. Id. L. 3. pr. D. h. t. x) Cf. Epit. II. 9. §. 19. y) Cf. Ulp. L. 12. §. 16. h. t. §. 4. Inst. q. mod. toll. obl. III. 29. (30.) item Diocl. et Max. L. 5. Cod. de O. et A. IV. 10. z) *alterius* G. Bi. Be. Bu. a) Cf. Paul. L. 26. pr. Gai. L. 27. §. 3. Papin. L. 57. Paul. L. 58. D. h. t. Id. L. 108. D. de solut. et liber. XLVI. 3. Diocl. et Max. L. 15. Cod. h. t. IV. 35. b) *decedisse* Hal. c) *actione* om. Bi. d) *adferat* G. *afferat* Be. Bu. Cf. citt. L. 26. 57. 58. D. h. t. e) Cf. Paul. L. 51. D. de solut. et liber. XLVI. 3. Ulp. L. 11. D. depositi XVI. 3. f) Cf. Epit. II. 9. §. 20. Paul. L. 3. §. 2. Gai. L. 4. mand. (res quotid.) XVII. 1.

§. Mandatum[g] non suscipere, cuilibet liberum est, susceptum autem consummandum aut I. §. 11.
quamprimum renuntiandum est[h], ut per semet ipsum aut per alium eamdem rem mandator exequatur. nam nisi ita renuntiatur[i], ut integra causa mandatori reservetur eamdem rem explicandi, nihilominus mandati actio locum habet, nisi iusta causa[k] intercessit[l] aut non renuntiandi, aut intempestive renuntiandi. §. Mandatum[m] et in diem differri, et sub I. §. 12.
conditione fieri potest.

§. In summa sciendum est, mandatum, nisi gratuitum[n] sit, in aliam formam negotii cadere; nam mercede constituta incipit locatio et conductio esse. et ut generaliter dixerimus[o], quibus casibus, sine mercede suscepto officio, mandati aut[p] depositi contrahitur negotium, iis casibus, interveniente mercede, locatio et conductio contrahi intellegitur; et ideo, si[q] fulloni polienda curandave vestimenta quis dederit aut sarcinatori sarcienda, nulla mercede constituta, neque promissa, mandati competit actio.

*§. In summa sciendum [*est, quoties faciendum*] aliquid gratis dederim, quo nomine, si mercedem statuissem, locatio et conductio contraheretur, mandati esse actionem: veluti si fulloni polienda curandave vestimenta, aut sarcinatori sarcienda [*dederim*].* I. §. 13. G. §. 162.

TIT. XXVII. [XXVIII.]

DE OBLIGATIONIBUS QUAE QUASI EX CONTRACTU NASCUNTUR[a].

Post genera contractuum enumerata, dispiciamus etiam de iis obligationibus, quae non I. pr.
proprie quidem ex contractu nasci intelleguntur, sed tamen, quia non ex maleficio substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur. §. Igitur[b] cum quis absentis nego- I. §. 1.

---

g) Paul. L. 22. §. 11. D. h. t. „*Sicut autem liberum est, mandatum non suscipere, ita susceptum consummari oportet, nisi renuntiatum sit. renuntiari autem ita potest, ut integrum ius mandatori reservetur vel per se, vel per alium eamdem rem commode explicandi, aut si* [si om. Hal.] *redundet in eum captio, qui suscepit mandatum. et quidem si is, cui mandatum est, ut aliquid mercaretur, mercatus non sit, neque renuntiaverit, se non empturum, idque sua, non alterius culpa fecerit, mandati actione eum teneri convenit. hoc amplius tenebitur, sicut Mela quoque scripsit, si eo tempore per fraudem renuntiaverit, cum iam recte emere non posset*". Cf. Gai. L. 27. §. 2. D. h. t.
h) *est* post *consummandum* pos. Hal. Bi. i) *renuntietur* Hal. k) Cf. Hermogen. L. 23. Paul. L. 24. Hermogen. L. 25. D. h. t. l) *intercesserit* Hal. m) Paul. L. 1. §. 3. D. h. t. „*Item mandatum .... condicione contrahi potest*". n) Paul. L. 1. §. 4. D. h. t. „*Mandatum nisi gratuitum sit, nullum est; nam originem ex officio atque amicitia trahit. contrarium ergo est officio merces: interveniente enim pecunia res ad locationem et conductionem potius respicit*". Cf. Iavolen. L. 36. §. 1. D. eod. Sed cf. etiam Ulp. L. 6. pr. Papin. L. 7. D. eod. o) *dicamus* Hal. p) *sive* Hal. q) Cf. supra §. 1. Inst. de locat. III. 24. (25.) ibique not. o pag. 190.

Tit. XXVII. [XXVIII.] a) *De Obligationibus Quasi Ex Contractu* G. Be. Ba. b) L. 5. pr. D. de O. et A. XLIV. 7. (Gai. lib. III. Aureor.) „*Si quis absentis negotia gesserit, siquidem ex mandatu, palam est ex contractu nasci inter eos actiones mandati, quibus invicem experiri possunt de eo, quod alterum alteri ex bona fide praestare oportet. si vero sine mandatu, placuit quidem sane eos invicem obligari; eoque nomine proditae sunt actiones, quas appellamus „negotiorum gestorum", quibus aeque invicem experiri possunt de eo, quod ex bona fide alterum alteri praestare oportet; sed neque ex contractu, neque ex maleficio actiones nascuntur: neque enim is, qui gessit, cum absente creditur ante contraxisse, neque ullum maleficium est sine mandatu suscipere negotiorum administrationem. longe magis is, cuius negotia gesta sunt, ignorans aut contraxisse, aut delinquisse* [deliquisse Al.] *intellegi* [non ins. Hal.] *potest? sed utilitatis causa receptum est invicem eos obligari. ideo autem id ita receptum est, quia plerumque homines eo animo peregre proficiscuntur quasi statim redituri, nec ob id ulli curam negotiorum suorum mandant; deinde novis causis intervenientibus ex necessitate diutius absunt. quorum negotia desperire* [deperire Hal.] *iniquum erat,*

tia gesserit, ultro citroque inter eos nascuntur actiones, quae appellantur negotiorum gestorum. sed domino quidem rei gestae adversus eum, qui gessit, directa competit actio; negotiorum autem gestori contraria. quas ex nullo contractu proprie nasci manifestum est, quippe ita nascuntur istae actiones, si sine mandato quisque alienis negotiis gerendis se obtulerit. ex qua causa ii, quorum negotia gesta fuerint, etiam ignorantes obligantur. idque utilitatis causa receptum est, ne absentium, qui subita festinatione coacti, nulli demandata negotiorum suorum administratione, peregre profecti essent, desererentur negotia, quae sane nemo curaturus esset, si de eo, quod quis impendisset, nullam habiturus esset actionem. sicut autem is, qui utiliter gesserit [c] negotia, habet obligatum dominum negotiorum [d], ita et contra iste quoque tenetur, ut administrationis rationem reddat [e]. quo casu ad exactissimam quisque diligentiam compellitur reddere rationem [f], nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere soleret [g], si modo alius diligentior [h] com-
I. §. 2. modius administraturus esset negotia. §. Tutores [i] quoque, qui tutelae iudicio tenentur, non proprie ex contractu obligati [k] intelleguntur; nullum enim negotium inter tutorem [l] et pupillum contrahitur. sed quia sane non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri videntur [m]. et hoc [n] autem casu mutuae sunt actiones; non tantum enim pupillus cum tutore habet tutelae actionem [o], sed e [p] contrario tutor cum pupillo habet contrariam tutelae [q], si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem suam
I. §. 3. creditori [r] eius obligaverit. §. Item si inter aliquos communis sit res sine societate, veluti quod [s] pariter eis legata donatave esset, et alter eorum alteri ideo teneatur communi dividundo iudicio, quod solus fructus ex ea re perceperit, aut quod socius eius solus in eam rem [t] necessarias impensas fecerit, non intellegitur proprie ex contractu obligatus [u], quippe nihil inter se contraxerunt; sed quia non ex maleficio [x] tenetur, quasi ex contrac-
I. §. 4. tu teneri videtur. §. Idem iuris est de eo, qui coheredi suo [y] familiae erciscundae iudi-
I. §. 5. cio ex his causis obligatus est [z]. §. Heres [a] quoque legatorum nomine non proprie ex contractu obligatus intellegitur: neque enim cum herede, neque cum defuncto ullum negotium legatarius gessisse proprie dici potest, et tamen, quia ex maleficio non est obliga-
I. §. 6. tus [b] heres [c], quasi ex contractu debere intellegitur [d]. §. Item [e] is, cui quis per errorem

---

quae sane deperirent, si vel is, qui obtulisset se negotiis gerundis, nullam habiturus esset actionem de eo, quod utiliter de suo impendisset, vel is, cuius gesta essent, adversus eum, qui invasisset negotia eius, nullo iure agere posset". Cf. Gai. L. 2. D. de negot. gestis. III. 5. c) *gessit* Hal. d) *gestorum* add. Hal. non agn. Theoph. e) Cf. Gai. cit. L. 2. D. de neg. gest. III. 5. f) Cf. Iulian. L. 6. §. 12. Pompon. L. 11. D. eod. Diocl. et Max. L. 20. Cod. eod. II. 19. g) *solet* Hal. h) *eo* ins. Hal. i) Gai. cit. L. 5. de O. et A. §. 1. „*Tutelae quoque iudicio qui tenentur ..... pupillus cum tutore, sed et contra tutor cum pupillo habet actionem, si vel ... obligaverit*". Cf. Ulp. L. 5. pr. D. de auct. et cons. tut. XXVI. 8. k) *esse* ins. Hal. l) *pupillum et tutorem* Bu. m) Cf. Ulp. L. 1. D. de contraria tutelae XXVII. 4. n) *Hoc* omisso *et* Hal. Bi. Be. Bu. *et* agn. Dig. atque Theoph. „ἐνταῦθα". o) Cf. Ulp. L. 1. D. de tut. et rationib. distr. XXVII. 3. et passim eod. p) *sed et c.* Hal. *sed ex c.* G. Be. ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου Theoph. q) Cf. Paul. L. 6. D. de contr. tut. XXVII. 4. r) *creditoribus* Hal. G. *creditori* Dig. et Theoph. „δανειστῇ". s) *quae* Bu. t) *in ea re* Bi. u) *esse* add. Hal. x) *quia ex maleficio non* Hal. y) *suo* om. Hal. G. Be. z) Cf. Gai. L. 1. Ulp. L. 2. Paul. L. 25. §. 16. D. famil. ercisc. X. 2. a) Gai. cit. L. 5. D. de O. et A. §. 2. „*Heres quoque, qui legatum debet, neque ex contractu, neque ex maleficio obligatus esse intellegitur; nam neque cum defuncto, neque cum herede contraxisse quidquam legatarius intellegitur; maleficium autem nullum in ea re esse plusquam manifestum est*". b) *non obligatur* Bi. c) *heres*, quod Theoph. agn., om. Hal. d) Cf. Ulp. L. 3. §. 3. Paul. L. 4. D. quib. ex caus. in B. P. eatur. XLII. 4. e) Gai. cit. L. 5. D. de O. et A. §. 3.

non debitum solvit, quasi ex contractu debere videtur. adeo enim non intellegitur proprie ex contractu obligatus[f], ut, si certiorem rationem sequamur, magis, ut supra[g] diximus, ex distractu, quam ex contractu possit dici obligatus esse; nam qui solvendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, ut distrahat potius negotium, quam contrahat. sed tamen perinde is, qui accipit[h], obligatur, ac si mutuum illi[i] daretur, et ideo condictione tenetur.

§. Ex quibusdam tamen causis repeti non potest, quod per errorem non debitum solutum sit. sic namque definierunt veteres, ex quibus causis infitiando lis crescit[k], ex iis causis non debitum solutum repeti non posse[l]; veluti ex lege Aquilia[m], item ex legato[n]. quod veteres[o] quidem in iis legatis locum habere voluerunt, quae certa constituta per damnationem cuicumque[p] legata fuerant. nostra autem constitutio[q] cum unam naturam omnibus legatis et fideicommissis indulsit, huiusmodi augmentum in omnibus[r] legatis et fideicommissis extendi voluit, sed non omnibus legatariis hoc[s] praebuit, sed tantummodo in iis legatis et fideicommissis, quae sacrosanctis ecclesiis et ceteris[t] venerabilibus locis, quae religionis vel pietatis intuitu honorificantur, derelicta[u] sunt; quae, si indebita solvantur, non repetuntur[x]. I. §. 7.

TIT. XXVIII. [XXIX.]

PER QUAS PERSONAS OBLIGATIO[a] NOBIS[b] ACQUIRITUR.

§. Expositis generibus obligationum, quae ex contractu vel quasi ex contractu nascuntur, admonendi sumus, acquiri nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eas[c] personas, quae in nostra potestate *manu mancipiove* sunt, veluti per servos[d] et filios nostros; ut tamen, quod per servos quidem[e] nobis acquiritur, totum nostrum fiat; quod autem per liberos, quos in potestate habemus, ex obligatione fuerit acquisitum, hoc dividatur secundum imaginem rerum proprietatis et ususfructus, quam nostra discrevit[f] constitutio[g], ut, quod ab actione commodum perveniat, huius usumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio servetur[h], scilicet I. pr. G. §. 163.

„Is quoque, qui non debitum accipit per errorem solventis, obligatur quidem quasi ex mutui datione et eadem actione tenetur, qua debitores creditoribus; sed non potest intellegi is, qui ex ea causa tenetur, ex contractu obligatus esse; qui enim solvit per errorem magis distrahendae obligationis animo, quam contrahendae dare videtur". f) *esse* ins. Hal. g) Supra §. 1. Inst. q. mod. re contr. obl. III. 14. (15.) h) *accepit* Bi. i) *ei* Hal. k) Pauli sent. rec. I. 19. §. 1. „*Quaedam actiones si a reo inficientur, duplantur, velut iudicati, depensi, legati per damnationem relicti, damni iniuria legis Aquiliae, item de modo agri, cum a venditore emptor deceptus est*". l) Cf. Diocl. et Max. L. 4. Cod. de condict. indeb. IV. 5. m) Cf. infra §. 19. 23. 26. Inst. de act. IV. 6. Paul. L. 23. §. 10. D. ad leg. Aquil. IX. 2. Diocl. et Max. L. 4. Cod. de leg. Aquil. III. 35. n) Cf. Ulp. L. 1. §. 1. sqq. D. depos. XVI. 3. §. 23. 26. citt. Inst. de act. o) Cf. Iustinian. L. 11. Cod. de cond. indeb. IV. 5. p) *cuique* Hal. Cf. supra Gai. III. §. 282. q) L. 2. Cod. comm. de legat. VI. 43. Cf. supra §. 3. Inst. de legat. II. 20. r) *omnibus in* Bu. s) *hoc* om. G. Be. t) *ceterisque* Bi. Bu. u) *honorantur, relicta* Hal. x) Cf. citt. §. 19. 23. 26. Inst. de act. IV. 6.

TIT. XXVIII. [XXIX.] a) *Obligatio* om. Cod. Erlang. b) *Nobis* om. Bi. Bu., qui uterque per hunc tit. secunda persona plur. (*vos, vobis, habetis* etc.) utitur, ubi cum Gaio et Theophilo Hal. G. Be. primam plur. (*nos, nobis, habemus* etc.) ponunt. Cf. not. *a* ad pr. Inst. per q. pers. nob. acq. II. 9. pag. 74. c) *sed per eas quoque* Hal. Bi. d) Cf. supra Inst. de stip. serv. III. 17. (18.) e) *quidem* om. Hal. *nostros* substituens. ἡμετέρων est in Theoph. Reitz. deest in Fabrot. f) *decrevit* Hal. Bi. Bu. διώρισεν Theoph. g) L. 6. Cod. de bonis quae liber. VI. 61. h) *reservetur* Al.

I. §. 1. patre actionem movente secundum novellae nostrae constitutionis[i] divisionem. §. Item
G. §. 164. per liberos (*Per liberos quoque*) homines et alienos servos, quos bona[k] fide possidemus, acquiritur nobis; sed tantum ex duabus causis, id est, si
I. §. 2. quid ex operis[l] suis, vel ex re nostra acquirant[m]. §. Per eum quoque
G. §. 165. servum, in quo usumfructum vel usum habemus, similiter ex duabus istis causis nobis acquiritur.

G. §. 166. §. *Sed*[n] *qui nudum ius Quiritium in servo habet, licet dominus sit, minus tamen iuris in ea re habere intellegitur, quam usufructuarius et bonae fidei possessor . nam placet, ex nulla causa ei acquiri posse: adeo ut, etsi nominatim ei dari stipulatus fuerit ser-*
p. 172. *vus, mancipiove nomine eius acceperit, |quidam existiment, nihil ei acquiri.*

I. §. 3. §. Communem[o] servum pro dominica parte dominis acquirere certum
G. §. 167. est; excepto eo, quod uni nominatim stipulando aut per traditionem (*mancipio*) accipiendo illi soli acquirit, veluti cum ita stipulatur (*stipuletur*): „Titio, domino meo, dare (*dari*) spondes"? *aut cum ita mancipio accipiat: „hanc rem ex iure Quiritium Lucii Titii domini mei esse aio, eaque ei empta esto hoc aere aeneaque libra". illud quaeritur [an] quod domini nomen adiectum efficit, idem faciat unius ex dominis iussum intercedens. nostri praeceptores*[p] *perinde ei, qui iusserit, soli acquiri existimant, atque si nominatim ei soli stipulatus esset servus, mancipiove accepisset. diversae scholae auctores proinde utrisque acquiri putant, ac si nullius iussum intervenisset.* sed[q] si unius domini iussu servus fuerit stipulatus, licet antea dubitabatur, tamen post nostram decisionem[r] res expedita est, ut illi tantum acquirat, qui hoc ei facere iussit[s], ut supra[t] dictum est.

TIT. XXIX. [XXX.]

QUIBUS MODIS OBLIGATIO TOLLITUR.[a]

I. pr. G. §. 168. Tollitur autem omnis obligatio solutione eius, quod debetur[b], vel si quis consentiente[c] creditore aliud pro alio solverit[d]. nec tamen[e] interest quis solvat, utrum ipse, qui debet, an alius pro eo[f]; liberatur enim et alio solvente, sive sciente debitore, sive

§. *Tollitur autem obligatio praecipue solutione eius, quod debeatur . unde quaeritur, si quis consentiente creditore aliud pro alio solverit, utrum ipso iure liberetur, quod nostris praeceptoribus placet; an ipso iure maneat obligatus, sed adversus petentem ex-*

---

i) L. 8. Cod. tit. cit. k) *bona* om. Bi. l) *operibus* G. m) Cf. L. 10. §. 4. D. de acq. rer. dom. XLI. 1. (Gai. lib. II. institutionum) item supra cit. tit. Inst. per q. pers. II. 9. et §. 1. Inst. de stip. serv. III. 17. (18.) n) Cf. supra Comm. II. §. 88. o) Cf. §. 3. Inst. tit. cit. p) Cf. Pomp. L. 6. D. de stip. serv. XLV. 3. q) *sed* om. Cod. Erlang. r) L. 5. Cod. per quas pers. nob. acq. IV. 27. s) *iussit consulibus* §. 1. Inst. de fideic. hered. II. 23. t) Cit. §. 3. Inst. de stip. serv.

Tit. XXIX. [XXX.] a) *Quibus Modis Tollitur Obligatio.* Hal. Bu. b) Cf. Paul. L. 54. D. de solut. et liber. XLVI. 3. L. 47. Ulp. L. 176. D. de verb. sign. L. 16. c) Cf. Paul. L. 2. §. 1. i. f. D. de reb. cred. XII. 1. Marcian. L. 46. D. de solut. et liber. XLVI. 3. d) Cf. Ulp. L. 1. §. 1. D. de const. pec. XIII. 5. L. 20. §. 4. D. de cond. ind. XII. 6. Paul. L. 25. D. de iure dot. XXIII. 3. e) *tamen* om. Hal. f) Cf. locc. not. d citt. et Diocl. et Max. L. 17. L. 24. Cod. de solut. et liber. VIII. 43.

ignorante[g] vel invito[h] solutio fiat[i]. item si reus solverit, etiam ii, qui pro eo intervenerunt, liberantur[k]. idem ex contrario contingit, si fideiussor solverit[l]; non enim solum ipse[m] liberatur, sed etiam reus[n].

ceptione doli mali defendi debeat, quod diversae] sch[olae au]ctoribus visum est[o].

§. Item per acceptilationem tollitur obligatio[p]. est autem acceptilatio (*acceptilatio autem est veluti*) imaginaria solutio[q]. quod enim ex verborum obligatione Titio debetur (*tibi debeam*), id si velit Titius (*velis mihi*) remittere, poterit sic fieri, ut patiatur (*patiaris*) haec verba debitorem (*m|e*) dicere: „quod ego tibi promisi, habesne acceptum?" et Titius respondeat (*tu respondeas*): „habeo"[r]. sed et[s] Graece potest acceptilatio[t] fieri, dummodo sic fiat, ut Latinis verbis solet exigi[u]: *„ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα"; „ἔχω λαβών"*[x]. §. Quo genere, ut diximus, [*tantum eae solvuntur obligationes, quae ex verbis consistunt*], non etiam ceterae[y]; consentaneum enim visum est, verbis factam obligationem posse aliis verbis dissolvi. sed [et] id, quod ex alia[z] causa debetur (*debeatur*), potest in stipulationem deduci et per acceptilationem *imaginaria solutione* [*dissolvi*][a]. §. *Tamen mulier sine tutore auctore acceptum facere non potest; cum alioquin solvi ei sine tutore possit.*

I. §. 1. G. §. 169. p. 173. G. §. 170. G. §. 171.

Sicut autem quod debetur, pro parte recte solvitur[b], ita in partem[c] debiti acceptilatio fieri potest[d].

§. *Item quod debetur, pro parte* |— *litt.* 16 —|[e] *recte solvit[ur]: an autem in partem acceptum fieri p[ossit quae]sit[um est]*. G. §. 172.

§. Est[f] prodita stipulatio, quae vulgo Aquiliana appellatur, per quam stipulationem[g] contingit, ut omnium[h] rerum obligatio in stipulatum[i] deducatur et ea per acceptilationem tollatur[k]. stipulatio[l] enim Aquiliana novat omnes obligationes, et a Gallo Aquilio ita composita est: „Quidquid te mihi ex quacumque causa dare facere oportet, oportebit[m], I. §. 2.

---

g) *sciente, sive ignorante debitore* Hal. G. Be. h) *eo* ins. Hal. i) Cf. Gai. L. 53. D. de sol. et lib. XLVI. 3. k) Cf. Ulp. L. 43. D. eod. l) Cf. Paul. L. 36. D. de fideiuss. XLVI. 1. m) *solus ipse* Hal. *ipse solus* G. Be. n) Cf. Ulp. L. 13. §. 7. D. de acceptilatione. XLVI. 4. o) Cf. Epit. II. 10. pr. Ulp. L. 26. §. 4. D. de cond. indeb. XII. 6. L. 1. §. 5. D. de constit. pec. XIII. 5. Diocl. et Max. L. 17. C. de solut. VIII. 43. p) Cf. Pompon. L. 107. i. f. D. de sol. et lib. XLVI. 3. Ulp. L. 7. §. 1. 2. D. de liber. legata. XXXIV. 3. Venul. L. 25. D. quae in fraud. cred. XLII. 8. Plin. II. ep. 4. q) Modestin. L. 1. D. de accept. XLVI. 4. „*Acceptilatio est liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio*". r) In marg. Cod. Erlang. annotatur „*acceptumque tuli*". s) *et* om. Cod. Erlang. Ulp. L. 8. §. 4. i. f. D. tit. cit. „*Et ideo puto et Graece posse acceptum fieri ... verbis solet: „ἔχεις ... λαβών"*. t) *acceptum* cum Dig. G. Bi. Be. sed *ἀπελευθέρωσις* Theoph. u) *exigi* om. cum Dig. G. Be. *εἴωθε γίνεσθαι* Theoph. x) Cf. §. 1. Inst. de V. O. III. 15. (16.) y) Ulp. cit. L. 8. §. 3. „*Acceptum fieri non potest, nisi quod verbis colligatum est: acceptilatio enim verborum obligationem tollit, quia et ipsa verbis fit; neque enim potest verbis tolli quod non verbis contractum est*". Cf. pr. eod. et Id. L. 19. D. eod. z) *ex alia* Bu. a) Cf. Ulp. L. 4. D. de transact. II. 15. b) Cf. Modestin. L. 41. §. 1. 2. D. de usuris XXII. 1. c) *in parte* Hal. Bi. Bu. d) Cf. Paul. L. 9. Pompon. L. 10. Ulp. L. 13. §. 1. sqq. D. de acceptil. XLVI. 4. e) Ande. coniicit: „pro parte *creditori volenti* recte solvitur"; Haschk.: „pro parte *debitor volenti recte solvit*". Goesch. f) *autem* ins. Hal. g) *acceptilationem* om. Hal. agn. Theoph. h) Sed cf. Papin. L. 5. D. de transact. II. 15. i) *stipulationem* Bu. k) Cf. Florentin. L. 18. pr. D. de acceptil. XLVI. 4. l) Id. l. c. §. 1. „*Eius rei stipulatio, quam acceptio sequatur, a Gallo Aquilio talis exposita est: „Quidquid ..... eritve; quodve ... tenes, possides; quanti quaeque .... spopondit Numerius Negidius*". m) *facereve oportet vel oportebit* Cod. Erlang. *oportebitve* Hal. *χρὴ ἢ ἐχρῆν* Theoph.

praesens in diemve[n]; quarumque[o] rerum mihi tecum actio[p], quaeque adversus[q] te petitio vel adversus te persecutio est, eritve; quodque[r] tu meum habes, tenes, possides[s], possideresve[t], dolove malo fecisti, quominus possideas; quanti quaeque[u] earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, spopondit Numerius Negidius"[x]. item[y] ex diverso Numerius Negidius interrogavit Aulum Agerium: „Quidquid tibi hodierno die per Aquilianam stipulationem spopondi, id omne habesne acceptum?" respondit Aulus Agerius: „Habeo acceptumque tuli".

G. §. 173. §. *[Est][z] etiam alia species imaginariae solutionis per aes et libram. quod et ipsum genus certis in causis receptum est: veluti si quid eo[a] nomine debeatur, quod per aes et*
G. §. 174. *libram gestum e[st], sive q[uid] ex iudicati causa debitum [* sit*].* §. *Adhibe[ntur][b] autem non minus quam quinque testes et libripens. deinde is, qui liberatur, ita oportet loquatur: „quod ego tibi tot milibus eo nomine | — litt. 18 — |[c] solvo liberoq[ue][d] hoc aere aeneaque libra hanc tibi libram primam postremam[e] | — litt. 20 — |" deinde asse percutit*
G. §. 175. *libram eum[que] dat ei, a quo liberatur, veluti solvendi causa.* §. *Similiter[f] legatarius heredem eodem modo liberat de legato, quod per damnationem relictum est, ut tamen | — litt. 33 — | esse significat | — litt. 21 — | esse dicat. de eo tamen t[antum] potest hoc modo*
p. 174. *liberari, quod pondere, numero constet; et ita si certum sit. quidam et de eo, |quod mensura constat, [idem] existimant.*

I. §. 3. G. §. 176. §. **Praeterea[g] novatione tollitur obligatio[h], veluti si id, quod tu** Seio (*mihi*) **debeas[i], a Titio dari stipulatus sit[k]** (*sim*). **nam interventu novae personae nova nascitur obligatio, et prima tollitur translata in posteriorem[l]; adeo, ut in[ter]dum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima novationis iure tollatur[m]; veluti si id, quod tibi Titius debeat[n]** (*mihi debes*), **a pupillo sine tutoris auctoritate stipulatus fueris[o]** (*a Titio post mortem eius, vel a muliere pupillove sine tutore auctore stipulatus fuero*), **quo casu res**

---

n) *aut sub conditione* add. Bi. Bu. sed neque Dig. neque Theoph. agn. o) *quarumcunque* Hal. Bi. Bu. καὶ ὧν Theoph. p) *actio est* Hal. *est actio* Bu. q) *abs* Bi. Be. Bu. sed Dig. et Theoph. (κατὰ σοῦ) *adversus te* agnoscunt. r) *quodve* cum Dig. Hal. G. Be. καὶ ὅπερ Theoph. s) *possidesve* G. Be. ἔχεις, ἢ κρατεῖς, ἢ νέμῃ Theoph. t) *possideresve* om. Hal. G. Be. sed agn. Theoph. „ἢ ἐνεμήθης". *possederisve* legere iubet Bi. In Dig. omittitur *possideresve, dolove .... possideas.* u) *quanticunque* Bi. x) *Nigidius* Hal. Bi. Be. Bu. *Negidius* scribere solent Gaius, Dig. Flor. atque Theoph. y) Pro *item ..... acceptumque tuli* Hal. exhibet fere finem L. 18. citatae, hisce verbis: „*quod Numerius Nigidius Aulo Agerio spopondit, id haberetne a se acceptum Numerius Nigidius Aulum Agerium rogavit. Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit*". Quam nos recepimus lectionem, eam Theophilum esse secutum palam est. z) Cf. Liv. VI. 14. Festus v. *Nexum.* a) Malim *eius* Goesch. b) Cf. supra Comm. I. §. 119. et Comm. II. §. 119. et §i 104. c) Expectaverim: *obligatus sum*; verum hoc non confirmant scripturae in codice vestigia. Kl. d) An *libroque*, vel quod minus placet *librorque*? In codice scribitur *liveroq.* Kl. e) Cf. Liv. I. 24. f) Cf. Cic. de leg. II. 20. 21. g) Cf. Epit. II. 9. §. 11. h) Cf. Ulp. L. 1. D. de novat. et delegat. XLVI. 2. Gordian. L. 2. 3. Cod. eod. tit. VIII. 42. i) *quod tibi Seius debebat* Hal. *quod tibi Seius debeat* Bi. *quod Seius tibi debeat* Bu. k) *sis* Hal. Bi. Be. Bu. Mallem Theophilo Gaioque ducibus sic legatur: „veluti si id, quod *Seius mihi debeat* (vel „*tu mihi debeas*") a Titio dari stipulatus *sim*". Theoph. scil. ita vertit: „*Ἐὰν γὰρ τὸ παρὰ σοῦ ὀφειλόμενον ἐπερωτήσω ἐγὼ Τίτιον κ. τ. λ.*" l) Cf. Ulp. L. 8. §. 5. D. tit. cit. m) Cf. Id. L. 8. D. de acceptilat. XLVI. 4. Papin. L. 48. §. 1. D. de fideiussor. XLVI. 1. n) *quod tu Titio debes* Hal. *quod tu Titio debeas* G. Be. *quod Titio tu debeas* Bu. ἐγγυάσεις μοι Τίτιος· ἐπηρώτησα πουπίλλον Theoph. o) *fuerit* Hal. G. *fueris* Be. Bu. qui sic debitorem tibi dari stipulantem faciunt. p) Cf. supra h. C. §. 100. 107. 108. 119.

amittitur[q] (*rem amitto*); nam et prior debitor liberatur, et posterior obligatio nulla est[r]. non[s] idem iuris est, si a servo quis stipulatus fuerit (*fuero*); nam tunc prior perinde (*proinde adhuc*) obligatus manet (*tenetur*), ac si postea nullus (*a nullo*) stipulatus fuisset[t] (*fuissem*). §. Sed si eadem persona sit, G. §. 177.
a qua postea stipuleris (*stipuler*), ita demum novatio fit, si quid in posteriore stipulatione novi[u] sit, forte si condicio (*vel sponsor*) aut dies aut fideiussor adiiciatur, aut detrahatur[x]. §. *Sed quod de sponsore dixi, non constat.* G. §. 178.
nam diversae scholae auctoribus placuit, nihil ad novationem proficere sponsoris adiectionem aut detractationem. §. Quod autem diximus, si condicio adiiciatur, no- G. §. 179.
vationem fieri[y], sic intellegi [oportet], ut ita dicamus factam[z] novationem, si condicio extiterit; alioquin si defecerit, durat prior obligatio. *sed videamus, num is, qui eo nomine agat, doli mali, aut pacti conventi exceptione possit summoveri. et videtur inter eos id actum, ut ita ea res peteretur, si posterioris* |*sti-* p. 175.
pulationis extiterit condicio. Servius tamen Sulpicius existimavit, statim, et pendente condicione, novationem fieri, et si defecerit condicio, ex neutra causa agi posse: eo modo rem perire. qui consequenter et illud respondit: si quis id, quod sibi Lucius Titius deberet, a servo fuerit stipulatus, novationem fieri et rem perire; quia cum servo agi non potest. sed in utroque casu alio iure utimur. non magis his casibus novatio fit, quam si id, quod tu mihi debeas, a peregrino, cum quo sponsio[nis] communio non est, „spondes" verbo stipulatus sim. sed cum hoc quidem inter veteres constabat, tunc fieri novationem, cum novandi animo in secundam obligationem itum fuerat[a], per hoc autem dubium erat, quando novandi animo videretur hoc fieri, et quasdam de hoc praesumptiones alii in aliis casibus introducebant, ideo nostra processit constitutio[b], quae apertissime definivit, tunc solum novationem fieri[c], quotiens hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit, quod propter novationem prioris obligationis convenerunt; alioquin et manere[d] pristinam obligationem et secundam ei accedere, ut maneat ex utraque causa obligatio secundum nostrae constitutionis definitionem, quam[e] licet ex ipsius lectione apertius cognoscere.

§. Hoc amplius eae obligationes, quae consensu contrahuntur, contraria voluntate I. §. 4.
dissolvuntur[f]. nam si Titius et Seius inter se consenserint, ut fundum Tusculanum emptum Seius haberet centum aureorum[g], deinde re nondum secuta, id est neque[h] pretio soluto, neque fundo tradito, placuerit inter eos, ut discederetur ab ea emptione et vendi-

q) Cf. Paul. L. 20. D. de novat. XLVI. 2. r) Cf. Ulp. L. 1. i. f. D. eod. s) Cf. supra h. C. §. 119. infra §. 179. t) *ὡσανεὶ μηδεμιᾶς μετὰ ταῦτα γενομένης ἐπερωτήσεως* Theoph. Cf. Gai. L. 34. D. eod. et L. 30. §. 1. D. de pact. II. 14. u) *novum* Bi. x) Cf. Ulp. L. 5. 6. 8. 14. Pompon. L. 24. Venul. L. 31. D. de novat. XLVI. 2. y) Cf. Ulp. L. 8. §. 1. L. 14. Venul. L. 31. citt. z) *esse* add. Bu. a) Cf. Ulp. L. 2. L. 8. cit. §. 2. Papin. L. 28. D. eod. b) L. 8. Cod. eod. tit. VIII. 42. c) *prioris obligationis* ins. Hal. non agn. Theoph. d) *manere et* G. Bi. Be. Bu. e) *quod* Bi. f) Cf. Pompon. L. 80. D. de solut. et liber. XLVI. 3. Ulp. L. 35. Gai. L. 100. Paul. L. 153. D. de reg. iur. L. 17. Id. L. 3. D. de rescind. vend. XVIII. 5. Iulian. L. 5. §. 1. D. eod. item Ulp. L. 7. §. 6. Nerat. L. 58. D. de pact. II. 14. Gordian. L. 1. Diocl. et Max. L. 2. Cod. quando lic. ab empt. disc. IV. 45. g) *aureis* Hal. h) *nondum* rep. Bi. Bu. omittentes *neque*, sed invito Theoph.

tione, invicem liberantur. idem est et[i] in conductione et locatione, et[k] omnibus contractibus, qui ex consensu descendunt[l].

G. §. 180. §. *Tollitur adhuc obligatio litis contestatione, si modo legitimo iudicio fuerit actum. nam tunc obligatio quidem principalis dissolvitur, incipit autem teneri reus litis contestatione: sed si condemnatus sit, sublata litis contestatione, incipit ex causa iudicati teneri. et hoc [* est *], quod apud veteres scriptum est: ante litem contestatam dare debitorem oportere; post litem contestatam condemnari oportere; post condemnationem iudicatum facere oportere.*

G. §. 181. §. *Unde*[m] *fit, ut si legitimo iudicio debitum petiero, postea de eo ipso iure agere non possim, quia inutiliter intendo „dari mihi oportere", quia litis contestatione dari oportere desiit. aliter atque si imperio continenti iudicio egerim: tunc enim nihilominus obligatio durat, et ideo ipso iure postea agere possum; sed debeo per exceptionem rei iu-*

p. 176. *dicatae vel in iudicium deductae summoveri. quae autem [* sint *] legitima |iudicia, et quae imperio contineantur, sequenti commentario referemus.*

---

i) *et*, quod est in Cod. Erlang. et Theoph. om. Hal. G. Bi. Be. Bu. k) *in* rep. Hal. G. et Cod. Erlang. l) *sicut iam dictum est*, add. Hal. Bu. non agn. Theoph. m) Cf. infra Comm. IV. §. 104. 106. 109.

[illegible] *[illegible]*. [illegible], [illegible] contrectavi [illegible] *[illegible]* [illegible] aut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible],
[illegible] naturali [illegible].

[illegible] *[illegible]* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
anatoy [illegible] in [illegible] [illegible]. [illegible]

INSTITUTIONUM D. IUSTINIANI LIBER QUARTUS.

GAII INSTITUTIONUM

COMM. TERT. §. 182. *ad finem.*

TIT. I.

DE OBLIGATIONIBUS QUAE EX DELICTO NASCUNTUR [a].

Cum expositum sit superiore libro de obligationibus ex contractu et quasi ex contractu [b], sequitur, ut de obligationibus ex maleficio et quasi ex maleficio [c] dispiciamus. Sed illae quidem, ut suo loco [d] tradidimus, in quatuor genera dividuntur; hae [e] vero unius generis sunt: nam [f] omnes ex re nascuntur, id est ex ipso maleficio, veluti ex furto aut [g] rapina aut [g] damno aut [g] iniuria.

I. pr. G. §. 182. §. *Transeamus* [h] *nunc ad obligationes, quae ex delicto oriuntur; veluti si quis furtum fecerit, bona rapuerit, damnum dederit, iniuriam commiserit: quarum omnium rerum uno genere consi[stit] obligatio; cum ex contractu obligationes in quatuor genera deducantur, sicut supra* [i] *exposuimus.*

§. Furtum [k] est contrectatio rei [l] fraudulosa [m], vel ipsius rei vel etiam usus eius [n], possessionisve [o], quod lege naturali prohibitum est admittere. I. §. 1. §. Furtum [p] autem vel a furvo, id est [q] nigro [r], dictum est, quod clam et obscure fiat, et plerumque nocte; vel a fraude; I. §. 2. vel a ferendo, id est auferendo; vel a Graeco sermone, qui φῶρας appellant fures. immo et Graeci ἀπὸ τοῦ φέρειν [s] „φῶρας" dixerunt [t].

Tit. I. a) *Et Primo De Furtis.* add. Bu. b) *et quasi ex contractu* non agn. Theoph. c) *et quasi ex maleficio* om. G. itemque Theoph. d) § 2. Inst. de obl. III. 12. (13.) e) L. 4. D. de O. et A. XLIV. 7. (Gai. lib. III. rer. cotid. sive Aureor.) „*Ex maleficio nascuntur obligationes, veluti ex furto, ex damno, ex rapina, ex iniuria; quae omnia unius generis sunt; nam hae re tantum consistunt, id est ipso maleficio, cum alioquin ex contractu obligationes non tantum re consistant, sed etiam verbis et consensu*". f) *hae* ins. Bu. g) *aut* om. Hal. h) Cf. Epit. II. 10. §. 1. i) Cf. supra h. C. §. 89. k) Paul. L. 1. §. 3. D. de furtis. XLVII. 2. l) *rei* om. Hal. m) *lucri faciendi gratia* add. Dig.; item Hal. sed non agn. Theoph. n) *eius* om. G. Bi. αὐτοῦ Theoph. o) Cf. infra §. 6. 10. h. t. Paul. L. 20. Ulp. L. 52. Iavolen. L. 74. D. eod. Cf. Ulp. L. 42. D. de verb. sign. L. 16. p) Paul. L. 1. pr. D. de furt. XLVII. 2. „*Furtum a furvo, id est nigro, dictum Labeo ait, quod clam et obscuro fiat, et plerumque nocte; vel a fraude, ut Sabinus ait; vel a ferendo et auferendo; vel a Graeco sermone, qui φῶρας appellant fures; immo et Graeci ἀπὸ τοῦ φέρειν „φῶρας" dixerunt*". q) *a* ins. Bu. r) Cf. Fest. v. *Furvum.* s) pro ἀπὸ τοῦ φέρειν Hal. habet *a ferendo.* t) Cf. Varro ap. Gell. I. 18. Non Marc. IV. §. 203. XV. §. 31. Isid. Or. V. cap. 26. (col. 933. i. f. ed. Gothofr.) item Serv. ad Virg. Georg. III. 407. Aen. IX. 350.

I. §. 3. G. § 183. §. Furtorum[u] autem genera duo sunt: manifestum et nec manifestum; nam conceptum et oblatum species potius actionis sunt furto cohaerentes, quam genera furtorum, sicut inferius[x] apparebit. Manifestus[y] fur est, quem Graeci ἐπ' ἀυτοφώρῳ[z] appellant, nec[a] solum is, qui in ipso[b] furto deprehenditur, sed etiam is, qui in eo[c] loco
G. §. 184. deprehenditur, quo furtum[d] fit; veluti qui in domo furtum fecit, et nondum egressus ianuam deprehensus fuerit, vel[e] qui in oliveto olivarum aut in vineto uvarum furtum fecit, quamdiu in eo oliveto aut vineto fur deprehensus sit[f]. immo ulterius furtum manifestum extendendum est, quamdiu eam rem fur tenens visus vel deprehensus fuerit, sive[g] in publico loco[h] sive in privato, vel[i] a domino, vel ab alio, antequam eo[k] pervenerit[l], quo perferre ac[m] deponere rem[n] destinasset[o]. sed[p] si pertulit[q], quo destinavit, tametsi deprehendatur cum re furtiva, non est manifestus fur.

§. Furtorum autem genera Servius Sulpicius et Masurius Sabinus quatuor esse dixerunt, manifestum et nec manifectum, conceptum et oblatum[r]: Labeo duo, manifestum, nec manifestum; nam conceptum et oblatum species potius actionis esse furto cohaerentes, quam genera furtorum; quod sane verius videtur, sicut inferius[s] apparebit. §. Manifestum furtum quidam id esse dixerunt, quod dum fit deprehenditur. alii [vero] ulterius, quod eo loco deprehenditur, ubi fit: velut si in oliveto olivarum, in vineto uvarum furtum factum est, quamdiu in eo oliveto, aut vineto fur sit; aut si in domo furtum factum sit, quamdiu in ea domo fur sit. alii adhuc ulterius ......[t] manifestum furtum esse dixerunt, donec perferret[u] eo, quo perferre fur destinasset. alii adhuc ulterius, quandoque eam rem fur tenens visus fuerit[x]; quae sententia non optinuit. sed et illorum sententia, qui existimaverunt, donec perferret eo, quo fur destinasset, deprehensum fur[tum] | — litt. 27 — |[y] *aliquam*

p. 177. | — litt. 10 — | *dubitationem* || — litt. 10 — | *etiam plurium dierum spatio id terminandum sit*[z]. *quod eo pertinet, quia saepe in aliis civitatibus surrept[as] res in alias civitates vel in alias provincias destinat fur perferre. ex duabus itaque superioribus opinionibus al-*
I. §. 3. contin. *terutra approbatur: magis tamen plerique posteriorem probant.* §. **Nec[a] manifestum**
G. §. 185. **furtum quid** (*quod*) **sit, ex iis, quae diximus, intellegitur; nam[b] quod manifestum non est, id scilicet nec manifestum est[c].**

I. §. 4. G. §. 186. **§. Conceptum[d] furtum dicitur, cum apud aliquem testibus praesentibus furtiva res quaesita et inventa sit** (*est*); **nam in eum propria actio**

u) Gai. L. 2. D. de furtis XLVII. 2. „*Furtorum duo ... nec manifestum*". x) §. 4. Inst. h. t. y) Ulp. L. 3. pr. D. eod. „*Fur est manifestus, quem ... appellant, hoc est eum, qui deprehenditur cum furto*". Cf. Gell. XI. 18. z) Cf. Hesych. v. Ἐπαυτοφώρῳ, ἐπ' αὐτοφώρῳ. a) Cf. Ulp. cit. L. 3. §. 2. Paul. L. 4. D. eod. b) *ipso* om. G. Bi. Be. sed agn. Theoph. c) *eodem* Bu. d) *furtum* om. G. Bi. Be. sed agn. Theoph. e) *et* Hal. G. Be. Bu. *εἰ δὲ καὶ ἐν ἐλαιῶνί τις* Theoph. f) *vineto deprachensus fuerit* Hal. g) Cf. Ulp. L. 5. pr. D. tit. cit. h) *loco* om. Hal. G. Bi. Be. sed agn. Theoph. i) Ulp. L. 3. §. 1. D. eod. „*Et parvi refert, a quo deprehendatur, utrum ab eo, cuius res fuit, an ab alio*". k) *loco* rep. Cod. Erlang. l) *perveniret* Bi. Be. Bu. *παραγένηται* Theoph. m) *quo deferre vel* Hal. n) *rem* om. Hal. o) Cf. Paul. cit. L. 4. p) Ulp. cit. L. 3. §. 1. q) *pertulerit* Bi. Bu. r) Cf. Epit. II. 10. §. 2. Paul. sent. rec. II. 31. §. 2. s) Cf. infra h. C. §. 186. 187. t) An *progressi*? an *eousque*? Goesch. u) Malim *perferretur* Kl. x) Cf. Epit. l. c. Paul. l. c. Gell. XI. ult. y) An ita legendum: „*donec perferretur eo, quo fur destinasset, deprehensum furtum manifestum esse*"? Kl. z) Cf. Paul. L. 4. D. de furtis XLVII. 2. a) Cf. Epit. l. c. et Gai. L. 8. h. t. b) *quid sit, apparet, nam* Dig. c) Cf. Paul. L. 34. D. h. t. d) Cf. Epit. l. c. Paul. sent. rec. II. 31. §. 3. 5.

constituta est, quamvis fur non sit, quae appellatur concepti. §. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva tibi ab aliquo oblata sit, eaque apud te concepta sit; utique si ea mente data tibi fuerit, ut apud te potius, quam [apud] eum, qui dedit (*dederit*), conciperetur. nam tibi, apud quem concepta sit (*est*), propria adversus eum, qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, [*quae*] appellatur oblati. §. Est et[iam] prohibiti furti[e] actio adversus eum, qui furtum quaerere testibus praesentibus volentem prohibuerit. Praeterea poena constituitur[f] edicto praetoris per actionem furti non exhibiti adversus eum, qui furtivam rem apud se quaesitam et inventam non exhibuit. Sed hae actiones, id est[g] concepti et oblati et furti prohibiti, nec non furti non exhibiti, in desuetudinem abierunt. cum enim requisitio rei furtivae hodie secundum veterem observationem non fit[h], merito ex consequentia etiam praefatae actiones ab usu communi recesserunt; cum manifestissimum est[i], quod omnes, qui scientes rem furtivam susceperint et celaverint, furti nec manifesti obnoxii sunt[k].

G. §. 187. G. §. 188.

§. Poena manifesti furti quadrupli est, tam ex servi quam ex liberi persona; nec manifesti dupli[m]. I. §. 5.

§. *Poena[n] manifesti furti ex lege duodecim tabularum capitalis erat. nam liber verberatus addicebatur ei, cui furtum fecerat. utrum autem servus efficeretur ex addictione, an adiudicati loco constitueretur, veteres quaerebant. in eum autem, qui* | — litt. 20 — | [o] *postea improbata est asperitas poenae, et tam ex servi persona, quam ex liberi quadrupli actio praetoris edicto constituta est.* |§. *Nec[p] manifesti furti poena per legem* [* *duodecim* *] *tabularum dupli irrogatur; quam etiam praetor conservat.* §. *Concepti[q] et oblati poena ex lege duodecim tabularum tripli est; quae similiter a praetore servatur.* §. *Prohibiti[r] actio quadrupli ex edicto praetoris introducta* [* *est* *]; *lex autem eo nomine nullam poenam constituit. hoc solum praecepit, ut qui quaerere velit, nudus quaerat, linteo cinctus, lancem habens; qui si quid invenerit, iubet id lex furtum manifestum esse.* §. *Quid[s] sit autem linteum, quaesitum est. sed verius* [*est*], *consuti genus esse, quo necessariae partes tegerentur. quare lex tota ridicula est. nam qui vestitum quaerere prohibet, is et nudum quaerere prohibiturus est: eo magis, quod ita quaesita res inventa maiori poenae subiiciatur. deinde quod lancem sive ideo haberi iubeat, ut manibus occupantis nihil subiiciatur, sive ideo, ut quod invenerit ibi imponat, neutrum eorum procedit, si id, quod* [*quae*]*ratur, eius magnitudinis aut naturae sit, ut neque subiici, neque ibi imponi possit. certe non dubitatur, cuiuscumque materiae sit ea lanx, satis legi fieri.* §. *Propter hoc tamen, quod lex ex ea causa manifestum furtum esse iubet, sunt, qui scribunt, furtum ma-*

G. §. 189. G. §. 190. p. 178. G. §. 191. G. §. 192. G. §. 193. G. §. 194.

e) *furti* om. Bi. f) *ex* ins. Bo. g) *scilicet* Hal. h) *fiat* Hal. i) *cum manifestum sit* Hal. k) *sint* Bi. l) *servi persona, quam ex liberi* Bu. m) Cf. Ulp. L. 60. D. tit. cit. Serv. ad Virg. Aen. VIII. 206. Isid. or. V. c. 26. n) Cf. Gell. XI. ult. Theoph. IV. 12. pr. et infra Comm. IV. §. 111. et 173. o) Quid si in cod. scriptum ponamus „*servus erat*"? sequitur fortasse „*animadvertebatur sed*". Goesch. p) Cf. Gell. l. c. Cato de re rust. prooem. et infra IV. §. 173. cit. q) Cf. Gell. l. c. §. 173. cit. et Paul. sent. rec. II. 31. §. 14. r) Cf. Lex Rom. Burg. tit. XII. Gell. l. c. et XVI. 10. et Festus v. *Lance et licio.* s) Festus l. c.

nifestum aut lege, aut natura [intellegi *]: lege id ipsum, de quo loquimur, natura illud, de quo superius exposuimus. sed verius est, natura tantum manifestum furtum intellegi. neque enim lex facere potest, ut qui manifestus fur non sit, manifestus sit; non magis, quam [* ut *] qui omnino fur non sit, fur sit, et qui adulter aut homicida non sit, adul-*
p. 179. *ter vel |homicida sit. at illud sane lex facere potest, ut perinde aliquis poena teneatur atque si furtum, vel adulterium, vel homicidium admisisset, quamvis nihil eorum admiserit.*

I. §. 6. G. §. 195. §. Furtum[t] autem fit non solum cum quis intercipiendi causa rem alienam amovet, sed et generaliter cum quis rem alienam invito domino contrectat[u].

G. §. 196. Itaque sive creditor pignore, sive is, apud quem res deposita est, ea re utatur, sive is, qui rem utendam accepit, in alium usum eam transferat, quam cuius gratia ei data est, furtum committit[x];

§. *Itaque*[y] *si quis re, quae apud eum deposita sit, utatur, furtum committit. et si quis utendam rem acceperit, eamque in alium usum transtulerit, furti obligatur:*

veluti si quis argentum utendum acceperit, [**quod**] quasi amicos ad cenam invitaturus *rogaverit*, et id peregre secum tulerit; aut si quis equum gestandi causa (*gratia*) commodatum sibi longius ([*se*]*cum*) aliquo duxerit[z], quod veteres scripserunt de eo, qui in aciem[a] equum perduxis-
I. §. 7. G. §. 197. set. §. Placuit[b] tamen[c] eos, qui [re]bus commodatis aliter uterentur, quam utendas acceperint (*accepissent*), ita furtum committere, si intellegant id se invito domino facere[d], eumque, si intellexisset, non permissurum; at (*et*) si permissurum credant (*crederent*), extra *furti* crimen videri: optima sane distinctione, quia furtum sine affectu furandi (*dolo malo*) non
I. §. 8. G. §. 198. committitur[e]. §. Sed [et][f] si credat aliquis invito domino se rem commodatam[g] [con]trectare, domino autem volente id fiat, dicitur furtum non fieri[h]. unde illud quaesitum est, cum Titius servum Maevii (*meum*) [sollicitaverit], ut quasdam res domino (*mihi*) surriperet et ad eum perferret[i], [*et servus*] |id ad Maevium (*me*) pertul[er]it; Maevius[k], dum vult (*ego*[l] *cum volo*) Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit[m] (*permiserim*) [ser]vo quasdam res ad eum perferre; utrum furti, an servi corrupti iudicio te-

t) Cf. Epit. II. 10. §. 3. „*Verba sunt Sabini ex libro iuris civilis secundo: „Qui alienam rem attrectavit, cum id se invito domino facere iudicare deberet, furti tenetur*". Gell. XI. 18. u) *contractat* G. Bi. x) Cf. Gai. L. 54. pr. §. 1. D. de furtis XLVII. 2. Paul. L. 66. pr. D. eod. Alexand. L. 7. Cod. eod. tit. VI. 2. y) Cf. Epit. II. 10. §. 4. et 5. z) Cf. Paul. L. 40. D. eod. a) Ex casu a Valerio Maximo (VIII. 2. §. 4.) et Symmacho (VII. epist. 60.) narrato „*in Ariciam*" legi iusserat Cuiacius; verum etiamsi Gaius veterem lectionem non firmaret, ei standum esset; quod ex Theophili „*εἰς παράταξιν*" atque ex Ulp. L. 5. §. 7. D. commodati XIII. 6. iam pridem docuit Ev. Otto. b) Cf. Ulp. L. 76. pr. L. 46. §. 7. 8. D. tit. cit. item Gai. L. 54. §. 1. D. eod. c) *autem* Bu. d) *si se intelligant id inv. d. facere* Hal. G. Bi. Be. *si se int. dom. inv. id facere* Bu. e) *committatur* Hal. G. Cf. supra §. 1. h. t. f) *et* om. Bi. Cf. Ulp. cit. L. 46. §. 8. g) *sibi* ins. Hal. h) Ulp. l. c. „*et ait Pomponius furtum me facere . verum tamen est, ut, cum ego velim eum uti, licet ignoret, ne furti sit obligatus*". Theoph. *οὐδὲ οὕτω χώρα γενήσεται τῷ τῆς κλοπῆς λόγῳ*". i) *surripiat . . perferat* Bi. Bu. k) *autem* ins. Hal. l) Particulam *autem*, quam neque ex auctoritate codicis Ver. neque ex Iustiniani institutionum lectione hoc loco Goeschenius addidit, omisi. Kl. m) *permisit* Bi. Be. Bu.

heatur Titius (*mihi*), **an neutro**[n]. *responsum, neutro eum teneri: furti ideo, quod non invito me res contrectaret; servi corrupti ideo, quod deterior servus factus non est.* et cum nobis super hac dubitatione suggestum est, et antiquorum prudentium super hoc altercationes perspeximus, quibusdam neque furti, neque servi corrupti actionem praestantibus, quibusdam furti tantummodo, nos huiusmodi calliditati obviam euntes per nostram decisionem[o] sanximus[p] non solum furti actionem, sed et[q] servi corrupti contra eum dari: licet enim is servus deterior a sollicitatore minime factus est, et ideo non concurrant regulae[r], quae servi corrupti actionem introducerent[s], tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum est, ut sit ei poenalis actio imposita, tamquam si[t] re ipsa fuisset servus corruptus, ne ex huiusmodi impunitate et in alium servum, qui
facile posset[u] corrumpi, tale facinus a quibusdam perpetretur[x]. §. **Interdum** *autem* I. §. 9.
etiam liberorum hominum furtum fit; velut si quis liberorum nostro- G. §. 199.
rum, qui in potestate[y] **nostra sunt**[z], *sive etiam uxor, quae in manu nostra sit,*
sive etiam iudicatus, vel auctoratus meus[a] **surreptus fuerit**[b]. §. **Aliquando etiam**[c] I. §. 10.
suae rei quisque furtum[d] **committit; veluti si debitor rem, quam credi-** G. §. 200.
tori pignoris causa (*pignori*) **dedit, subtraxerit**[e], *vel si bonae fidei possessori rem meam possidenti surripuerim. unde placuit eum, qui servum suum, quem alius bona fide possidebat, ad se reversum celaverit, furtum committere.*

§. *Rursus*[f] *ex diverso interdum* [**rem**] *alienam occupare et usucapere conces-* G. §. 201.
sum est, nec creditur furtum fieri: velut res hereditarias, quarum .....[g] *nactus possessionem, nisi*[h] *necessarius heres esset; nam necessario herede extante placuit, ut pro herede usucapi possit. d[ebi]tor [quoque], q[ui] fid[uciam, quam cr]edit[or]i mancipaverit, aut in iure cesserit, d[etinet, ut] superiore commentario*[i] *rettulimus, sine furto possidere et usucapere potest.*

§. **Interdum**[k] **furti tenetur, [qui] ipse furtum non fecit** (*fecerit*); **qua-** I. §. 11.
lis [est[l]**, cuius ope et**[m] **consilio furtum factum est**[n]. **in quo numero est,** G. §. 202. p. 181.

---

n) Cf. Ulp. L. 48. cit. §. 2. o) L. 20. Cod. de furtis et servo corr. VI. 2. p) *sancimus* Hal. *γέγονε .. διάταξις* Theoph. q) *etiam* Bn. r) Ex praetoris edicto ap. Ulp. L. 1. pr. D. de servo corr. XI. 3. s) *introducunt* Hal. t) *si* om. Bi. u) *possit* Hal. Bn. x) *pertentetur* Al. ad exemplum L. 20. Cod. cit. y) Inde Pomp. L. 38. pr. D. de furt. XLVII. 2. „*Mater filii surrepti furti actionem non habet*". z) *sit* G. Bi. Be. Bn. a) Cf. Acron in Hor. serm. II. 7. v. 58. 59. Paul. in collat. IV. §. 3. Ulp. in coll. IX. §. 2. ibique interpretes. b) Ulp. L. 10. §. 13. D. eod. „*Si filiusfamilias surreptus sit, patrem habere furti actionem palam est*". Pomp. cit. L. 38. §. 1. D. eod. item Ulp. L. [illegible] §. 2. D. de rei vind. VI. 1. c) *autem etiam* Hal. *et* G. Bi. Be. d) *furtum quis* Hal. *furtum quisque* G. Bi. Be. *quis furtum* Bn. e) Cf. Ulp. L. 12. §. 2. L. 19. §. 5. sq. Papin. L. 79. D. de furt. XLVII. 2. f) Cf. supra Comm. II. §. 52. 57. 58. g) Vestigia scripturae, quae in cod. Ver. extant, me inducunt, ut ita restituam: *heres nondum est*; Sav. et Heis. legendum censebant *nondum*. Cf. supra Comm. II. §. 52. Kl. h) Vocem *nisi*, cuius siglam Blumius legerat, Goesch. non recepit in contextum, et non infitior etiam restituta hac vocula locum non esse sanum; verum enimvero sive adiciamus sive non, plura librario hoc loco excidisse nemo videre non potest; quodsi eam adiiciamus, vestigium adest eorum, quae exciderint. Sic enim fere restituendum arbitror: „possessionem . *sed SC. ex auctoritate Hadriani factum est, ut revocarentur tales usucapiones*, nisi etc." Cf. supra Comm. II. §. 57. 58. Kl. i) Cf. Comm. II. §. 59. 60. k) *quoque* ins. Hal. agn. Theoph. Cf. Epit. II. 10. §. 6. l) *is* ins. Hal. m) *et* om. G. Coniunctionem expunxit Cuiacius ad exemplum veteris scribendi rationis in digestis passim obviae; Tribunianum vero *ope* et *consilio* scribere solitum fuisse docent tam institutionum codices mss., quam Theophilus, qui cum *ope* et *consilio* Latine, tum *σπουδῇ καὶ βουλῇ*, aut *συμβουλῇ καὶ σπουδῇ* Graece scribit. Editio Goetting. ex Cuiacio ubique τὸ *et* reiecit. n) Cf. Ulp. L.

qui nummos tibi excussit, ut eos[o] alius raperet (*surriperet*), aut (*vel*) obstitit tibi[p], ut alius rem tuam exciperet[q] (*surriperet*), aut oves tuas vel (*aut*) boves fugaverit (*fugavit*), ut alius eas[r] exciperet[s]; et hoc veteres[t] scripserunt de eo, qui panno rubro fugavit armentum. sed si quid eorum per lasciviam et non data opera, ut furtum admitteretur (*committeretur*), factum est (*sit*),

in factum actio dari debet; at ubi ope Maevii Titius furtum fecerit, ambo furti tenentur[u]. ope et consilio eius quoque furtum admitti videtur, qui[v] scalas forte fenestris

*videbimus, an utilis [Aquiliae actio][c] dari debeat; cum per legem Aquiliam[d], quae de damno lata [*est*], etiam culpa puniatur.*

supposuit[w], aut ipsas fenestras vel ostium effregit[x], ut alius furtum faceret, quive ferramenta ad effringendum, aut scalas, ut fenestris supponerentur, commodaverit sciens cuius rei[y] gratia commodaverit[z]. certe qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum consilium dedit atque hortatus est ad furtum faciendum, non tenetur[a] furti[b].

I. §. 12. §. Hi, qui in parentum vel dominorum potestate sunt, si rem eis surripiunt[e], furtum quidem illis[f] faciunt[g], et res in furtivam causam cadit, nec ob id ab ullo usucapi potest[h], antequam in domini potestatem revertatur[i]; sed furti actio non nascitur[k], quia nec ex alia ulla causa potest inter eos actio nasci[l]. si[m] vero ope et consilio alterius furtum factum fuerit, quia utique furtum committitur, convenienter ille furti tenetur[n], quia verum est ope et consilio eius furtum factum esse.

I. §. 13. G. §. 203. §. Furti autem a[ctio] ei competit, cuius interest rem salvam esse, licet dominus non sit[o]. itaque nec domino aliter competit, quam si eius in[ter]sit rem non perire[p].

I. §. 14. G. §. 204. §. Unde constat creditorem de pignore surrepto furti agere posse, etiamsi idoneum debitorem habeat[q], quia expedit ei, pignori potius incumbere, quam in personam agere[r]; adeo quidem, ut, quamvis *ipse dominus, id est* ipse debitor eam rem surripuerit, nihilominus creditori compe-

---

50. §. 1. 2. 3. L. 52. pr. §. 19. D. de furt. XLVII. 2. Paul. L. 53. §. 2. D. de verb. sign. L. 16. o) Cf. Ulp. cit. L. 52. §. 13. item L. 27. §. 21. D. ad leg. Aquil. IX. 2. Gell. XI. 18. p) *tibi obstiterit* Hal. G. Bi. Be. q) Cf. Ulp. L. 36. D. de furt. XLVII. 2. r) *eos* Bi. Bu. s) *acciperet* Hal. t) Cf. Ulp. L. 50. §. 4. D. eod. Gai. L. 52. eod. et infra h. C. §. 219. u) Cf. Ulp. cit. L. 50. §. 1. et L. 36. §. 2. D. eod. v) Ad Gai. L. 54. §. 4. D. eod. composita sunt quae in hoc §. sequuntur. Cf. Ulp. L. 39. Paul. L. 53. pr. D. eod. w) *supponit* Hal. G. Bi. Be. ὑπέθηκεν Theoph. x) *effringit* iidem. ἔκλασε Theoph. y) *rei* om. G. Bi. Be. z) Incipit in G. et Ottonis, nec non Io. van de Water institt. editionibus §. 12.; unde qui nobis est §. 12., ibi est §. 13.; et cum ante verba nostri §i 12. *si vero ope* iterum §. in illis editionibus ordiatur, fit, ut inde a nostro §o 13. duo adiicienda sint, si inter se convenire diversorum editionum numeros §orum quis velit. Nos distinctionem ex Bi. Be. Bu., eamdemque Theoph. ex ed. Reitz. servamus. a) *actione* ins. Bu. non agn. Theoph. b) Cf. Ulp. L. 36. pr. L. 50. §. 3. D. eod. c) Cf. L. 51. cit. d) Cf. infra h. C. §. 211. e) *surripiant* Bi. Bu. f) *illis* om. Hal. g) Cf. Ulp. L. 17. pr. L. 52. §. 1. sqq. D. eod. Sed cf. etiam Paul. L. 1. 23. D. rer. amot. XXV. 2. h) Cf. supra §. 2. Inst. de usucap. II. 6. i) Cf. Paul. L. 83. D. de furt. XLVII. 2. k) Cf. Paul. L. 16. Ulp. L. 36. §. 1. D. eod. Diocl. et Max. L. 17. Cod. eod. tit. VI. 2. l) Cf. Paul. cit. L. 16. et Gai. L. 4. D. de iudiciis V. 1. m) Cf. supra nota z. n) Cf. Ulp. cit. L. 36. §. 1. item Diocl. et Max. L. 10. i. f. Cod. quod cum eo qui in al. pot. IV. 26. o) Cf. Ulp. L. 10. Paul. L. 11. Ulp. L. 12. §. 2. Pompon. L. 76. §. 1. Papin. L. 80. pr. §. 1. Paul. L. 85. D. de furtis XLVII. 2. item Ulp. L. 12. §. 1. L. 14. §. 3. 4. 8. sqq. Gai. L. 49. D. eod. p) Cf. Ulp. cit. L. 12. pr. §. 2. D. eod. et L. 1. D. de cond. furt. XIII. 1. q) Cf. Ulp. cit. L. 12. §. 1. L. 14. §. 5. 6. L. 19. §. 5. 6. Gai. cit. L. 49. pr. D. eod. r) Cf. Pompon. L. 25. D. de reg. iur. L. 17.

tat[s] actio furti[t]. §. Item si fullo polienda curandave, aut sarcinator I. §. 15.
sarcienda vestimenta mercede certa[u] acceperit[v], eaque furto amiserit, G. §. 205.
ipse furti habet actionem, non dominus; quia domini nihil i[nterest] eam rem (*ea*) non perire (*perisse*), cum iudicio locati a fullone aut sarcinatore rem suam (*suum*) [per]sequi possit[x]. sed et bonae fidei emptori surrepta re, quam emerit, quamvis dominus non sit, omni modo[y] competit furti actio[z], quemadmodum et creditori.

fulloni vero et sarcinatori non aliter furti[a] competere placuit, quam si solvendo sint[b], hoc est si domino rei aestimationem solvere possint;

si modo is fullo aut sarci[na]tor [ad *] rem praestandam sufficiat.*

nam si solvendo non sint (*est*), tunc, quia ab eis (*eo*) dom[inus] s[uu]m consequi non possit (*potest*), ipsi domino furti actio competit, quia hoc casu ipsius interest rem salvam esse[c]. idem est et si in partem[d] solvendo sint[e] fullo aut sarcinator. §. Quae de fullone et |(*aut*) sarci[na]tore diximus, eadem I. §. 16.
(*transferemus*) et ad eum, cui commodata res est (*rem commodavimus*), transferenda ve- G. §. 206.
teres existimabant[f]: nam ut ille fullo (*illi*) mercedem accipiendo (*capiendo*) custo- p. 182.
diam praestat (*praestant*), ita is (*hic*) quoque qui commodatum utendum percipit[g] (*utendo commodum percipiendo*) similiter necesse habet custodiam praestare[h]. sed nostra providentia etiam hoc in nostris decisionibus[i] emendavit, ut in domini voluntate sit, sive commodati actionem adversus eum, qui rem commodatam accepit, movere desiderat, sive furti adversus eum, qui rem surripuit; et alterutra earum electa dominum non posse ex paenitentia ad alteram venire actionem; sed[k] siquidem furem elegerit, illum, qui rem utendam accepit, penitus liberari; sin autem commodator veniat adversus eum, qui rem utendam accepit, ipsi quidem[l] nullo modo competere posse adversus furem furti actionem; eum[m] autem, qui pro re commodata convenitur, posse adversus furem furti habere actionem; ita tamen, si dominus, sciens rem esse surreptam, adversus eum, cui res commodata fuerit[n], pervenit; sin autem nescius et dubitans, rem non[o] esse surreptam apud eum, commodati actionem instituit[p], postea autem re comperta voluit[q] remittere quidem commodati actionem, ad furti autem[r] pervenire, tunc[s] licentia ei conce-

---

s) *competit* G. Bi. t) Cf. supra §. 10. Inst. h. t. u) *constituta* ins. Hal. v) *accepit* Bi. Cf. supra §. 1. Inst. de locat. et cond. III. 24. (25.) item Ulp. L. 12. pr. L. 14. §. 12. D. de furt. XLVII. 2. x) *potest* G. Bi. Be. Bu. Cf. §. 5. Inst. tit. cit. Ulp. L. 48. §. 4. D. tit. cit. y) *omnino* Hal. z) Cf. Ulp. cit. L. 12. §. 1. cit. L. 14. pr. Paul. L. 20. §. 1. Ulp. L. 52. §. 10. Iavolen. L. 74. D. eod. a) *actionem* ins. Hal. Bu. b) *fuerint* Hal. c) Cf. Ulp. cit. L. 12. pr. d) *in parte* Hal. e) *fuerit* Hal. *sit* Bi. Bu. f) Cf. Ulp. L. 14. §. 14—16. Marcell. L. 68. D. eod. g) *commodatum utendi causa accepit* Hal. *commodum utendi percipit* Bi. h) Cf. ad §. 2. Inst. quib. mod. re contr. obl. III. 14. (15.) et §. 5. Inst. de locat. et cond. III. 24. (25.) i) L. 22. Cod. de furt. VI. 2., ad quam constitutionem, quae in hoc §o. sequuntur, composita sunt. k) *et* ins. Cod. Erlang. l) *domino* add. Cod. Erlang. m) *illum* Bu. n) *fuit* Bi. Bu. o) *non* om. Hal. sed agn. Cod. l. c. p) *instituerit* Hal., qui per totum §um, ubi ex Cod. l. c. nos indicativum modum servavimus, coniunctivo utitur. q) *voluerit* Hal. r) *actionem* ins. Hal. quod neque Cod., neque Theoph. agnoscit. s) *quidem* ins. Bi. non agn. Cod.

datur [t] et adversus [u] furem venire, nullo obstaculo ei opponendo, quoniam incertus constitutus movit adversus eum, qui rem utendam accepit, commodati actionem, nisi domino ab eo satisfactum est [x]; tunc etenim omni modo [y] furem a domino quidem furti actione liberari, suppositum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit, cum manifestissimum sit [z], etiamsi ab initio dominus actionem instituit [a] commodati ignorans [b] rem esse surreptam, postea autem hoc ei cognito adversus furem transivit [c], omni modo [y] liberari eum, qui rem commodatam accepit [d], quemcumque causae exitum dominus adversus furem habuerit; eadem definitione obtinente, sive in partem [e], sive in solidum solvendo sit is, qui rem commodatam accepit [f].

I. §. 17. G. §. 207. §. Sed [g] is, apud quem res deposita est, custodiam non praestat, sed tantum (*tantumque*) in eo obnoxius est, si quid ipse dolo malo fecerit [h]. qua de [causa] [*si*] res ei surrepta fuerit, quia restituendae (*quae restituenda est*) eius rei nomine depositi non tenetur, nec ob id eius interest rem salvam esse [i], furti *itaque* agere non potest; sed furti (*ea*) actio domino competit.

I. §. 18. G. §. 208. §. In summa sciendum est quaesitum esse, an impubes rem alienam [am]ovendo furtum faciat [k]. et (*plerisque*) placet [l], quia furtum ex affectu [m] consistit, ita demum obligari eo [n] crimine impuberem, si proximus pubertati sit et ob id intellegat se delinquere [o].

I. §. 19. §. Furti actio, sive dupli sive quadrupli, tantum ad poenae persecutionem pertinet [p]; nam ipsius rei persecutionem extrinsecus habet dominus, quam aut vindicando aut condicendo potest auferre [q]. sed [r] vindicatio quidem adversus possessorem est [s], sive fur ipse possidet, sive alius quilibet; condictio autem adversus ipsum furem [t] heredemve eius, licet non possideat, competit [u].

TIT. II.

DE VI BONORUM RAPTORUM [a].

I. pr. G. §. 209. §. Qui res alienas rapit, tenetur quidem et[iam] furti [b]. quis enim magis alienam rem invito domino [con]trectat [c], quam qui vi rapit? ideoque

---

t) *conceditur* Hal. *concedatur* Cod. u) *adversum* Hal. x) *fuerit* Hal. y) *omnino* Hal. *omni modo* Cod. z) *est* G. Bi. Be. Bu. *sit* Cod. a) *instituerit* Hal. b) *ignarus* Hal. G. Be. Bu. *ignorans* Cod. et omn. Charondae libri. c) *transierit* Hal. d) *acceperit* Hal. *susceperit* Cod. e) *in parte* Hal. Bu. *in partem* Cod. f) *acceperit* Hal. g) Cf. Ulp. L. 14. §. 3. D. de furtis XLVII. 2. h) Cf. suprà ad §. 3. Inst. quib. mod. re contr. obl. III. 14. (15.) i) Cf. §. 13. Inst. h. t. k) Cf. Ulp. L. 23. D. de furtis XLVII. 2. Gell. XI. 18. l) *placuit* Hal. m) *furandi* ins. Hal. Cf. Ulp. L. 39. D. eod. n) *eo* om. Bi. o) Cf. Gai. L. 3. pr. D. de reg. iur. L. 17. Ulp. L. 13. §. 1. D. de dolo malo IV. 3. L. 5. §. 2. D. ad leg. Aquil. IX. 2. p) Cf. infra §. 18. Inst. de act. IV. 6. Gai. L. 54. §. 3. Ulp. L. 11. §. 2. D. de servo corr. XI. 3. L. 7. §. 1. D. de condict. furt. XIII. 1. q) Cf. §. 14. Inst. de act. IV. 6. Ulp. L. 1. D. tit. cit. XIII. 1. r) *rei* ins. Hal. s) Cf. §. 1. Inst. tit. cit. IV. 6. Ulp. L. 25. pr. D. de O. et A. XLIV. 7. t) *furem ipsum* Hal. G. Bi. Be. u) Cf. Paul. L. 5. Ulp. L. 7. §. 2. D. de cond. furt. XIII. 1. Pompon. L. 38. D. de reg. iur. L. 17.

Tit. II. a) *De Bonis Vi Raptis.* G. b) Cf. Paul. L. 1. D. h. t. XLVII. 8. Ulp. L. 52. §. 30. Papin. L. 80. §. 3. D. de furtis XLVII. 2. Plaut. Epid. I. 1. 10. c) *contractat* G. Bi.

(*itaque*) rect[e dict]um est[d] eum improbum furem esse; sed tamen propriam
actionem eius [de]licti nomine praetor introduxit, quae appellatur vi
bonorum raptorum[e], et est intra annum quadrupli *actio*, post annum
simpli. quae actio utilis est[f], etiamsi (*etsi*) quis unam rem[g], licet mini-
mam, rapuerit. quadruplum autem non totum poena est et extra poenam rei perse-
cutio[h], sicut in actione furti manifesti diximus[i], sed in quadruplo inest et rei persecutio,
ut poena tripli sit[k], sive comprehendatur raptor in ipso delicto, sive non. ridiculum est
enim[l] levioris condicionis esse eum, qui vi rapit, quam qui clam amovet. §. Quia tamen I. §. 1.
ita[m] competit haec actio, si dolo malo quis[n] rapuerit[o], qui[p] aliquo errore inductus suam
rem esse existimans[q] et imprudens iuris eo animo rapuit[r], quasi domino liceat etiam per
vim rem suam[s] auferre[t] possessoribus[u], absolvi debet. cui scilicet conveniens est nec
furti teneri eum, qui eodem hoc animo[x] rapuit[y]. sed ne, dum talia excogitentur[z], inve-
niatur via, per quam raptores impune suam exerceant avaritiam, melius divalibus consti-
tutionibus[a] pro hac parte prospectum est, ut nemini liceat vi rapere[b] rem mobilem vel
se moventem, licet suam eamdem rem existimet, sed si quis contra statuta[c] fecerit, rei
quidem suae dominio cadere; sin autem aliena[d] sit, post restitutionem eius etiam aesti-
mationem eiusdem rei praestare[e]. quod non solum in mobilibus rebus, quae rapi pos-
sunt, constitutiones obtinere censuerunt, sed etiam in invasionibus, quae circa res soli
fiunt, ut ex hac causa[f] omni rapina homines se[g] abstineant. §. Sane in hac actione[i] I. §. 2.
non utique expectatur rem in bonis actoris esse; nam sive in bonis sit, sive non sit[k], si
tamen ex bonis sit, locum haec actio habebit. quare sive commodata, sive locata[l], sive
etiam pignorata, sive deposita sit[m] apud Titium, sic ut intersit eius eam rem[n] non au-
ferri, veluti si deposita re[o] culpam quoque promisit, sive bona fide possideat, sive usum-
fructum in ea quis habeat vel quod[p] aliud ius[q], ut intersit eius non rapi: dicendum est
competere ei hanc actionem, non ut[r] dominium accipiat, sed illud solum, quod ex bonis

---

d) a Iuliano ap. Ulp. L. 2. §. 10. D. h. t. L. 14. §. 12. D. quod metus c. IV. 2. *e*) Cf. Cic. pro Tullio frgm. et ed. Cram. et Heinr. p. 65. sqq. ed. Beier. p. 10. sqq. Ulp. L. 2. 4. §. 7. sqq. D. h. t. *f*) Cf. Ulp. cit. L. 2. §. 13. *g*) Id. eod. §. 11. *h*) *et extra .... persecutio* om. Hal. sed agn. Theoph. *i*) §. ult. antec. tituli. *k*) Cf. infra §. 19. Inst. de act. IV. 6. *l*) *Ridiculum enim esset* Hal. *m*) *Ita tamen* Hal. omittens *Quia*. *n*) *quisque* G. Be. *o*) Cf. Ulp. L. 2. pr. §. 2. 8. D. h. t. *p*) *Nam qui* Hal. *q*) *putans* Bi. *existimet* Bu. *r*) *rapuerit* Hal. *s*) *suam rem etiam per vim* Bu. *t*) *a* ins. Hal. *u*) *possessionibus* Cuiac. *x*) *vi* ins. Cod. Erlang. *y*) Cf. Ulp. cit. L. 2. §. 18. *z*) *excogitantur* Hal. *a*) Valent. Theod. et Arcad. L. 7. Cod. unde vi. VIII. 4. Vid. decretum divi Marci ap. Callistr. L. 13. D. quod metus c. IV. 2. et L. 7. D. ad leg. Iul. de vi priv. XLVIII. 7. item cf. Zeno L. 11. Cod. tit. cit. *b*) *vel* ins. Hal. Bu. non agn. Theoph. *c*) *principum* add. Hal. *d*) *res* ins. Hal. *e*) *debet* add. Bu. *f*) *ab* ins. Hal. *g*) *se* om. Hal. G. Be. *h*) Cf. supra not. e ad pr. h. t. *i*) *In actione* G. omittens *Sane* et *hac*. Ἐπὶ τῆς *vi bonorum raptorum* οὐ πάντως κ. τ. λ. Theoph. Ulp. L. 2. §. 22. h. t., unde §. noster usque ad verba *esse proponitur* desumptus est, ita disserit: „*In hac actione non utique spectamus rem in bonis actoris esse; sive .... pignorata proponatur, sive deposita apud me, sic ut intersit mea eam non auferri, sive bona fide a me possideatur, sive usumfructum in ea habeam, vel quod aliud ius, ut intersit mea non rapi, dicendum est competere mihi hanc actionem, ut non dominium accipiamus, sed illud solum ex bonis meis, hoc est ex substantia mea res ablata esse proponatur*". *k*) *sit* om. Hal. *l*) *sive locata, sive commodata* Hal. G. Bi. Be. Nostrum sequuntur ordinem Dig. et Theoph. *m*) *sit res* Hal. *est* Bi. *n*) *per vim* ins. Hal. *invitis* Dig. et Theoph. *o*) *in deposita re* Hal. *re deposita* Bu. *p*) *quid* Hal. Bi. *q*) *iuris* Hal. *r*) *ut non* G. Bi. cum Dig.

eius, qui rapinam passus est, id est quod ex substantia eius ablatum esse proponatur [t]. et [t] generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re clam facta [u], ex iisdem [x] causis omnes habere [y] hanc actionem.

TIT. III.

DE LEGE AQUILIA.

I. pr. G. §. 210. p. 183. §. Damni iniuriae [a] actio constituitur per legem Aquiliam, cuius primo capite cautum est [b], [[a]ut[a]], si quis hominem alienum [c], |alienamve (*eamve*) quadrupedem, quae pecudum [d] numero sit, iniuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fu[er]it, tantum domino dare damnetur.

I. §. 1. §. Quod autem non praecise de quadrupede, sed de ea tantum, quae pecudum numero est, cavetur, eo pertinet, ut neque de feris bestiis, neque de canibus cautum esse intellegamus, sed de iis tantum, quae proprie [e] pasci dicuntur, quales sunt equi, muli, asini, boves, oves [f], caprae. de suibus quoque idem placuit; nam et sues pecudum appellatione continentur, quia et hi gregatim pascuntur. sic denique et [g] Homerus in Odyssea [h] ait, sicut Aelius Marcianus [i] in suis institutionibus [k] refert:

Δήεις τόν γε σύεσσι παρήμενον· αἱ [l] δὲ νέμονται
Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ [m].

I. §. 2. §. Iniuria autem occidere intellegitur, qui nullo iure occidit [n]. itaque qui latronem [o] occidit, non tenetur; utique si aliter periculum effugere non potest [p].

I. §. 3. G. §. 211. §. Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui casu occidit, si modo culpa [q] eius nulla inveniatur [r]; nam alioquin non minus ex dolo, quam ex [s] culpa quisque hac lege tenetur.

§. *Is iniuria autem occidere intellegitur, cuius dolo aut culpa id acciderit. nec ulla alia lege damnum, quod sine iniuria datur, reprehendi[tur]. itaque impunitus est, qui sine culpa et dolo malo casu quodam damnum committit.*

---

s) Cf. Paul. L. 13. D. ratam rem haberi XLVI. 8. t) Ulp. cit. L. 2. §. 23. u) *in rem clam factam* Bi. „*nec manifesti κλοπῆς γενομένης*" Theoph. *in re clam rapta* Al. x) *eisdem* Hal. *hisdem* Dig. y) *causis habere* me Dig.

Tit. III. a) *iniuria* Bi. De secundi sextive casus in hac formula usu cf. Ph. Ed. Huschke in anal. litt. Lips. 1826, p. 115, sqq. b) Gai. L. 2. pr. D. h. t. IX. 2. „*Lege Aquilia capite primo cavetur, ut* „„*Qui servum servamve alienum alienamve, quadrupedem vel pecudem iniuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum aes dare domino damnas esto*"". c) *alienum hominem* Hal. G. Bi. Be. d) *pecorum in* Bi. e) *gregatim* ins. Hal. Cf. Gai. cit. L. 2. §. 2. *ἅτινα κυρίως νέμεσθαι καὶ ἀγεληδὸν εἴωθε βόσκεσθαι* Theoph. f) *oves, boves* Hal. G. Bi. Be. *βόες, πρόβατα* Theoph. g) *et* om. Bi. Be. Ba. sed agn. Theoph. h) Locus est Odyss. XIII. 407. 8. i) *Martianus* Hal. *Μαρκιανὸς* Theoph. k) L. 65. §. 4. D. de legat. 3. XXXII. (Marcian. lib. VII. instit.) l) *οἱ* Bi. m) Hal. sic vertit:

Sectantem videas, qui errant per pascua, porcos
Ad Coracis saxum, iuxta fontemque Arethusam.

Haec vero vulgata est versio:

Invenies hunc assidentem suibus, quae pascuntur
Iuxta Coracis saxum, iuxtaque fontem Arethusam.

Latine locum non exhibent Bi. Be. Ba., itemque, ut ubique, Graeca omittit Cod. Erlang. n) Cf. Ulp. L. 5. §. 1. L. 40. D. h. t. o) *insidiatorem* ins. Hal. p) Cf. Gai. L. 4. pr. Ulp. L. 5. pr. Paul. L. 45. §. 4. nec non L. 30. pr. D. h. t. q) Cf. Ulp. L. 44. pr. D. h. t. r) Cf. Alfen. L. 52. §. 2. 4. D. h. t. s) *non minus quam ex dolo, ex* G. quod

§. Itaque si quis[t], dum iaculis ludit vel exercitatur, transeuntem servum tuum trans- I. §. 4.
iecerit[u], distinguitur: nam si id a milite quidem[x] in campo, eove[y], ubi solitum est exer-
citari, admissum est, nulla culpa eius intellegitur; sed[z] si alius tale quid admisit[a], culpae
reus est. idem iuris est[b] de milite, si in alio loco, quam qui exercitandis[c] militibus de-
stinatus est, id admisit[a]. §. Item si putator[d] ex arbore deiecto ramo servum tuum trans- I. §. 5.
euntem occiderit, si prope viam publicam aut vicinalem id factum est, neque praeclama-
vit[e], ut casus evitari possit[f], culpae reus est; sed[g] si praeclamavit[e], nec[h] ille curavit
cavere[i], extra culpam est putator. aeque extra culpam[k] esse intellegitur, si seorsum a
via forte, vel in medio fundo caedebat, licet non praeclamavit[e], quia in eo loco nulli ex-
traneo ius fuerat versandi. §. Praeterea[l] si medicus, qui servum tuum secuit, dereliqué- I. §. 6.
rit[m] curationem, atque[n] ob id mortuus fuerit servus, culpae reus est[o]. §. Imperitia quo- I. §. 7.
que culpae annumeratur, veluti si medicus ideo servum tuum occiderit, quod[p] eum male
secuerit, aut perperam ei medicamentum[q] dederit[r]. §. Impetu[s] quoque mularum, quas I. §. 8.
mulio propter imperitiam retinere non potuerit[t], si servus tuus oppressus fuerit, culpae
reus est mulio. sed etsi propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cum alius firmior
retinere eas[u] potuisset, aeque culpae[x] tenetur. eadem placuerunt de eo quoque, qui, cum
equo veheretur, impetum eius aut propter infirmitatem aut propter imperitiam suam re-
tinere non potuerit. §. His autem verbis legis „quanti in eo anno[y] plurimi fuerit", illa I. §. 9.
sententia exprimitur, ut, si quis hominem tuum, qui hodie claudus aut mancus aut luscus
erit, occiderit, qui in eo anno integer et pretiosus fuerat[z], non tanti[a] teneatur, quanti[b]
hodie erit, sed quanti in eo anno plurimi fuerit[c]. qua ratione creditum est poenalem
esse huius legis actionem, quia non solum tanti[d] quisque obligatur, quantum damni de-
derit, sed[e] aliquando longe pluris. ideoque constat in heredem eam actionem non trans-
ire[f], quae transitura fuisset, si ultra damnum numquam lis aestimaretur[g].

§. Illud non ex verbis legis[h], sed ex interpretatione[i] placuit, non solum perempti corporis aestimationem habendam esse se- I. §. 10.

§. *Nec solum corpus in actione huius legis aestimatur, sed sane si servo occiso plus dominus capiat damni, quam pretium servi,* G. §. 212.

Cuiacius ex Theophili „οὐχ' ἧττον γὰρ τοῦ δόλου τὸν κατὰ ῥαθυμίαν ἀνελόντα ὁ νόμος τιμωρεῖται" commentus est. t) Cf. Ulp. L. 9. §. 4. Paul. L. 10. Ulp. L. 11. pr. D. h. t. u) *traiecerit* Hal. x) *quidem* om. Hal. G. Be. y) *in eo campo* Hal. *in campo, eoque* Bi. Be. Bu. ἐν τῷ κάμπῳ, ἢ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ Theoph. z) *sed* om. Hal. G. Bi. Be. agn. Theoph. a) *admiserit* Hal. Bu. b) *et* Bi. c) *qui ad exercitandum* Hal. d) Haec ad Paul. L. 31. D. h. t. conscripta sunt. Cf. Id. L. 7. D. ad leg. Cornel. de sicar. XLVIII. 8. e) *proclamavit* Hal. G. Be. sic est etiam in cit. L. 31. sed L. 7. cit. habet *praeclam.* f) *posset* Hal. g) *sed* om. G. Bi. Be. agn. Theoph. h) *neque* Bu. i) *praecavere* Hal. k) Verba *est putator . aeque extra culpam* om. Bi. nulla reddita ratione . Theophilum ea agnoscere manifestum est. l) Cf. ad h. et sq. §um Gai. L. 8. pr. D. h. t. m) *derelinquerit* G. n) *curationem eius, et* Hal. o) *erit* Hal. p) *quia* Hal. q) *medicamenta* Bi. Bu. r) Cf. Ulp. L. 7. §. 8. Gai. cit. L. 8. D. h. t. Id. L. 132. D. de reg. iur. L. 17. s) Ad Gai. L. 8. §. 1. D. h. t. elaboratus est hic §. t) *potuit* Hal. u) *eas* om. G. Bi. Be. Bu. sed agn. Theoph. x) *culpa* Hal. y) *quanti eo id in anno* Hal. „*quanti id in eo anno*" Theoph. sic et cit. L. 2. pr. h. t. Ulp. L. 21. pr. D. eod. „Ait lex „quanti is homo in eo anno" etc. z) *integer, aut preciosus fuerit* Hal. a) *is* ins. G. b) *is* ins. Bu. c) Cf. Ulp. L. 23. §. 3. Iulian. L. 51. D. h. t. d) *tantum* G. e) *sed et* Bi. f) Cf. Ulp. cit. L. 23. §. 8. D. h. t. Gai. L. 3. §. 1. D. de reg. iur. L. 17. infra §. 1. Inst. de perpet. et temp. act. IV. 12. g) Cf. Pompon. L. 38. D. de reg. iur. L. 17. h) Cf. Ulp. L. 6. §. 1. D. de verb. sign. L. 16. i) Cf. Ulp. L. 21. i. f. D. h. t.

cundum ea, quae diximus, sed eo amplius quidquid praeterea perempto eo[k] corpore damni nobis[l] allatum[m] fuerit; veluti si servum tuum heredem ab aliquo institutum antea[n] quis occiderit, quam is[o] iussu tuo adiret[p]; nam hereditatis quoque amissae rationem esse habendam constat[q]. item si ex pari mularum unam, vel ex quadriga[r] equorum unum[s] occiderit, vel ex comoedis unus servus occisus fuerit, non solum occisi fit aestimatio, sed eo amplius id quoque computatur, quanti depretiati sunt, qui supersunt[t].

*id quoque aestimatur: velut si servus meus ab aliquo heres institutus, antequam iussu meo hereditatem cerneret, occisus fuerit; non enim tantum ipsius pretium aestimatur, sed et hereditatis amissae quantitas. item si ex gemellis, vel ex comoedis, vel ex symphoniacis unus occisus fuerit; non solum occisi fit aestimatio, sed eo amplius computatur, quod ceteri, qui supersunt, depretiati sunt. idem iuris est etiam, si [*quis*] ex pari mularum unam, vel etiam ex quadriga equorum unum occiderit.*

I. §. 11. G. §. 213. §. Liberum autem est ei, cuius servus occisus fuerit, et[u] iudicio privato[x] legis Aquiliae damnum persequi, et capitalis criminis eum[y] reum facere[z].

§. *Cuius autem servus occisus est, is liberum arbitrium habet, vel capitali crimine reum facere eum, qui occiderit, vel hac lege damnum persequi.*

G. §. 214. §. *Quod adiectum est in hac lege: „quanti in eo anno plurimi ea res fuerit[a]; illud efficit, [*ut*] si [*quis*] claudum puta, aut luscum servum occiderit, qui in eo anno integer fu[er]it, aestimatio fiat [*non quanti mortis tempore, sed quanti in eo anno plurimi*

p. 184. *fuerit*]. quo fit, ut quis plus in[ter]dum [con]sequatur, quam ei damnum [datum est.*

I. §. 12. G. §. 215. §. Caput secundum legis Aquiliae in usu non est[b].

§. *Capite[c] secundo [*in*] adstipulatorem, qui pecuniam in fraudem stipulatoris acceptam fecerit, quanti ea res esset, tanti*

G. §. 216. *actio constituitur.* §. *Q[ua] et ipsa parte legis damni nomine actionem introduci manifestum est. sed id caveri non fuit necessarium, cum actio mandati ad eam rem sufficeret; nisi quod ea lege adversus infitiantem in duplum agitur[d].*

I. §. 13. G. §. 217. §. Capite tertio[e] de omni cetero damno cavetur. itaque si quis servum vel eam[f] quadrupedem, quae pecudum numero [*est, vulneraverit, sive eam quadrupedem, quae pecudum numero*] [non est], veluti canem aut feram bestiam *vel[ut] ursum, leonem* vulneraverit aut (*vel*) occiderit, *ex* hoc capite[g] actio constituitur. in ceteris quoque omnibus animalibus,

---

k) *eo* om. Cod. Erlang. l) *vobis* Hal. Bi. Bu. *ἡμῖν* Theoph. Cf. not. b ad rubricam tit. Inst. per quas pers. nob. obl. acq. III. 28. (29.) pag. 199, item not. a ad tit. Inst. per quas per. nob. acq. II. 9. pag. 74. m) *illatum* Hal. n) *ante* Hal. o) *is* om. G. Bi. Be. p) *haereditatem adierit* Hal. q) Cf. Ulp. L. 23. pr. §. 1. D. h. t. r) *quadrigis* Hal. Bi. Bu. s) *quis* ins. Hal. Bu. t) Cf. Paul. L. 22. §. 1. D. h. t. u) *ex* ins. Hal. x) *privato iudicio* Bu. y) *eum* om. Bi. z) Cf. Ulp. L. 23. §. 9. D. h. t. Gordian. L. 3. Cod. h. t. III. 35. Tit. D. ad leg. Cornel. de sicar. XLVIII. 8. a) Cf. §. 9. Inst. h. t. Gai. L. 2. pr. Ulp. L. 21. pr. h. t. b) Cf. Ulp. L. 27. §. 4. D. h. t. c) Cf. Ulp. L. 27. §. 4. h. t. item supra h. C. §. 111. d) Cf. infra Comm. IV. §. 9. et 171. e) Ulp. L. 27. cit. §. 5. „*Tertio autem capite ait lex Aquilia: „„Ceterarum rerum praeter hominem et pecudem occisos si quis alteri damnum faxit, quod usserit, fregerit, ruperit iniuria, quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum aes domino dare damnas esto*"". Cf. eiusdem L. §§. sqq. f) *eam* om. Cod. Erlang. g) *tertio* additum fuerat in Cod. Erlang.

item in omnibus rebus, quae anima carent, damnum iniuria datum[h] hac parte vindicatur: si quid enim ustum aut ruptum aut fractum [*fuerit*], actio ex hoc capite constituitur; quamquam poterat[i] *(potuerit)* sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere; ruptum [*enim intellegitur quod quoquo modo corruptum*] est[k]. unde non so[lum usta *aut*] *rupta* aut fracta[l], sed et[iam] scissa et[m] collisa et effusa et quoquo modo (...... *aut*[n]) perempta atque deteriora facta hoc verbo continentur. denique responsum est[o], si quis in alienum vinum aut oleum id miscuerit[p], quo naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur, ex hac parte legis[q] eum teneri.

§. Illud palam est, sicut ex primo capite ita demum quisque tenetur, si dolo aut culpa eius homo aut quadrupes occisus occisave fuerit, ita ex hoc capite de[r] dolo aut culpa et[s] de cetero damno quemque teneri[t]. §. Hoc[u] tamen capite non quanti in eo anno, sed quanti in diebus triginta proximis[x] *ea* res fuerit, obligatur (*damnatur*) is, qui damnum dederit[y]. §. Ac ne[z] „plurimi" quidem verbum adiicitur. *et ideo quidam .. putaverunt, liberum esse* | — *litt.* 20 — | *diebus* | — *litt.* 18 — | *adiiceret,* [*qu*]*o plurimi* [*res fuit, vel* [*eum*], *quo minoris fuit*[a]. sed Sabino recte placuit[b] perinde habendam aestimationem (*habendum*), ac si et[iam] hac parte „plurimi" verbum adiectum fuisset (*esset*);

I. §. 14. G. §. 218. I. §. 15. p. 185.

nam plebem Romanam[c], quae Aquilio tribuno rogante[d] hanc legem tulit, contentam fuisse, quod prima parte eo verbo usa esset[e].

nam legis latorem contentum fuisse, [*quod prima parte eo verbo usus esset*].

§. Ceterum placuit ita demum directam ex hac lege[f] actionem esse, si quis praecipue corpore suo[g] damnum dederit[h]. ideoque in eum, qui alio modo damnum dederit, utiles actiones dari solent: veluti si quis[i] hominem alienum aut pecus ita incluserit, ut fame necaretur; aut iumentum tam vehementer egerit, ut rumperetur; aut pecus in tantum exagitaverit, ut praecipitaretur; aut

§. *Et*[k] *placuit, ita demum ex ista*[l] *lege actionem esse, si quis corpore suo damnum dederit.* [*at*]*qui, alio modo damno dato, utiles actiones dantur: velut si quis alienum hominem, a*[*ut*] *pecudem incluserit et fame necaverit, aut iumentum tam vehementer egerit, ut rumperetur;* [*aut*] *si quis alieno servo persuaserit, ut in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, et* [*is*][m] *ascen-*

I. §. 16. G. §. 219.

h) *damnum per iniuriam datum* Hal. *damnum iniuriae* Bi. i) *poterit* Bi. Bn. Cf. Ulp. cit. L. 27. §. 16. k) *intelligitur quoque modo corruptum* Bi. Cf. Ulp. cit. L. 27. §. 13. l) *fracta, aut usta* Hal. G. Be. Nostrum Theoph. sequitur ordinem. m) *aut* Bi. non suffragante Theoph. n) „*deiecta* aut" restituit Brinkm. o) Cf. Ulp. L. 27. cit. §. 15. p) *immiserit* G. *ἐνέβαλε* Theoph. q) *Aquiliae* add. Hal. r) *ex* Bi. Bn. s) *et* om. G. Bi. Be. Bn. sed agn. Theoph. t) Cf. Paul. L. 30. §. 3. D. h. t. u) *Ex hoc* Hal. x) *retro* add. Al. y) Cf. supra not. e ad §. 13. h. t. z) *Ac nec* Hal. a) Loci sententia haec videtur: „quidam putaverunt, liberum esse *iudici arbitrium ex diebus* xxx *proxumis vel eum eligere, quo* p. r. etc.". Goesch. Quidni legamus: „liberum esse *iudici arbitrium ut vel ex* xxx diebus *proximis eum condemnationi* adiiceret, quo etc." Kl. b) Cf. Ulp. L. 29. §. 8. D. h. t. c) *κατὰ τὸν καιρὸν τῆς διαστάσεως τοῦ χυδαίου δήμου καὶ τῆς συγκλήτου* add. Theoph. d) *interrogante* Hal. e) *est* G. Bi. Be. Bn. f) *ex hac lege directam* Bn. g) *suo* om. Bn. h) Cf. Ulp. L. 7. §. 1. L. 15. §. 1. D. h. t. i) Cf. Ulp. L. 7. 9. §. 2. L. 29. §. 7. Pomp. L. 39. §. 1. Nerat. L. 53. D. h. t. Gai. L. 51. D. de furtis XLVII. 2. Diocl. et Max. L. 5. Cod. h. t. k) Malim *Sed*. Goesch. l) Malim *ipsa*. Goesch. m) Cod. *ei*.

si quis alieno servo persuaserit, ut in[n] arborem ascenderet vel in puteum descenderet, et is ascendendo vel descendendo aut mortuus aut aliqua corporis parte[o] laesus fuerit, utilis actio[p] in eum datur. sed si quis alienum servum[q] de ponte aut de ripa in flumen deiecerit[r] et is suffocatus fuerit, eo, quod proiecit, corpore suo damnum dedisse

dendo aut descendendo ceciderit, aut mortuus fuerit, aut aliqua parte corporis laesus sit. item si quis alienum servum de ponte a[ut] ripa in flumen proiecerit, et is suffocatus fuerit, [hunc] corpore suo damnum dedisse eo quod proiecerit, non difficiliter intellegi potest.

non difficulter intellegi potest[s], ideoque ipsa lege Aquilia tenetur. sed si non corpore damnum[t] datum, neque corpus laesum fuerit, sed alio modo[u] damnum alicui contigerit[x], cum non sufficiat[y] neque directa, neque utilis Aquilia[z], placuit eum, qui obnoxius fuerit, in factum actione teneri[a]; veluti si quis misericordia ductus alienum servum compeditum solverit, ut fugeret[b].

TIT. IV.

DE INIURIIS.

I. pr. Generaliter[a] iniuria dicitur omne, quod non iure fit; specialiter alias[b] contumelia, quae a contemnendo dicta est[c], quam Graeci ὕβριν appellant; alias culpa, quam Graeci ἀδίκημα[d] dicunt, sicut in lege Aquilia damnum iniuriae[e] accipitur; alias iniquitas et iniustitia, quam Graeci ἀδικίαν[f] vocant. cum enim praetor vel iudex non iure contra quem pronunciat, iniuriam accepisse dicitur.

I. §. 1. G. §. 220. §. Iniuria[g] autem committitur non solum cum quis pugno pulsa[tus[h] aut] fustibus caesus (*fuste percussus*) vel etiam verberatus erit, sed et si cui convicium factum fuerit;

sive cuius bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intellegebat nihil eum sibi debere; vel si quis ad infamiam alicuius libellum[k] aut carmen[l] scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret; sive quis[m]

sive quis bona alicuius quasi debitoris, sciens eum nihil debere sibi, proscripserit[n]; sive quis ad infamiam alicuius libellum aut carmen scripserit; sive quis matremfamilias aut praetextatum assectatus fuerit; et denique aliis pluribus modis.

---

n) *in* om. Bi. Bu. o) *aliquam c. partem* Bi. p) *actio* post *eum* pon. Bu. q) *aut* ins. Hal. G. Be. non agn. Theoph. r) Cf. Ulp. L. 7. §. 7. D. h. t. s) *poterit* G. Bi. Be. Bu. t) *fuerit* ins. nec mox om. Hal. u) Cf. Ulp. L. 49. D. h. t. x) *contigit* Bi. y) *sufficit* Bi. z) *utilis legis Aquiliae actio* Hal. a) Cf. Paul. L. 33. §. 1. Nerat. L. 53. D. h. t. b) Cf. Ulp. L. 7. §. 7. D. de dolo malo IV, 3.

Tit. IV. a) Paul. in Collat. II. 5. Cf. Ulp. L. 1. pr. D. h. t. (de iniuriis et famosis libellis) XLVII. 10. b) *alia est* Coll. c) *quae ... dicta est* om. Collatio, ita pergens: „*quam Graeci ἀδικίαν vocant: nam cum praetor noster adversum nos pronunciaret, iniuriam nos accepisse dicimus; unde apparet, non verum esse, quod Labeo putabat, apud praetorem iniuriam ὕβριν dumtaxat significare*" rel. d) *ἔγκλημα* Hal. Nobiscum facit Theoph. e) *damnum iniuria datum* Hal. Sic etiam Theoph. ed. princ. et Reitz; sed in Fabr. deest *datum*. f) *ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν* Hal. g) Cf. Ulp. cit. L. 1. D. §. 1. 2. h) *puta* pro *pulsatus* habent G. Bi. Be. ὁπότε τις πὺξ ἢ ῥάβδοις ἢ ἱμάντι τυπτηθῇ Theoph. i) Cf. Ulp. L. 5. §. 9. D. h. t. k) *famosum* add. Bu. l) *aut historiam* add. Hal. m) Cf. Ulp. L. 9. §. 4. L. 15. §. 22. 23. D. h. t. n) Cf. Cic. pro Quinctio c. 15.

matremfamilias aut praetextatum praetextatamve assectatus fuerit; sive cuius pudicitia attentata esse dicetur; et denique aliis pluribus modis admitti iniuriam manifestum est.

§. Patitur[p] autem quis iniuriam non solum per semet ipsum, sed etiam per liberos suos, quos in potestate habet; item per uxorem suam[q]; id enim magis praevaluit. itaque[r] si filiae alicuius, quae Titio nupta est, iniuriam feceris, non solum filiae nomine tecum iniuriarum agi potest, sed etiam patris quoque[s] et mariti nomine. contra[t] autem si viro iniuria facta sit, uxor iniuriarum agere non potest; defendi enim uxores a viris, non viros ab uxoribus aequum est. sed et socer nurus nomine, cuius vir in potestate est, iniuriarum agere potest[u]. I. §. 2. G. §. 221. p. 186.

§. Pati a[utem] iniuriam videmur non solum per nosmet ipsos, sed et[iam] per liberos nostros, quos in potestate habemus; [item per uxores nostras, quae in manu nostra sunt. itaque si .... filiae meae, quae Titio nupta est, iniuriam feceris, non solum filiae nomine tecum agi iniuriarum potest, verum etiam meo quoque et Titii nomine.

§. Servis[x] (*Servo*) autem ipsis (*ipsi*) [quidem] nulla iniuria intellegitur fieri, sed domino per eos (*eum*) fieri videtur; non tamen iisdem modis, quibus etiam per liberos *nostros* et (*vel*) uxores *iniuriam pati videmur*, sed ita, cum quid atrocius commissum fuerit[y] et quod aperte ad (*in*) [con]tumeliam domini respicit (*fieri videtur*), veluti si quis alienum servum[z] verberaverit; et in hunc casum actio (*formula*)[a] proponitur[b]. at si quis servo convicium fecerit, vel pugno eum percusserit, nulla in eum actio domino competit[c] (*non proponitur ulla formula; nec temere petenti datur*). I. §. 3. G. §. 222.

§. Si communi[d] servo iniuria facta sit, aequum est, non pro ea parte, qua dominus quisque est, aestimationem iniuriae fieri, sed ex dominorum persona, quia ipsis fit iniuria. I. §. 4. §. Quodsi[e] ususfructus in servo Titii est, proprietas Maevii[f], magis Maevio iniuria fieri intellegitur. I. §. 5. §. Sed[g] si libero[h], qui tibi bona fide servit, iniuria facta sit, nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is[i] experiri poterit, nisi in contumeliam tuam pulsatus sit; tunc enim competit et tibi iniuriarum actio[k]. idem ergo est et in servo alieno tibi bona fide serviente, ut totiens admittatur iniuriarum actio, quotiens in tuam contumeliam iniuria ei facta sit[l]. I. §. 6.

§. Poena autem iniuriarum ex lege duodecim tabula[rum] propter membrum quidem ruptum talio erat, propter os vero fractum I. §. 7. G. §. 223.

nummariae poenae erant constitutae, quasi in[n] magna veterum paupertate. sed postea

aut collisum trecentorum assium poena erat, velut si libero os fractum erat; at si servo

---

o) *plurimis* Hal. *p*) Cf. Ulp. L. 1. §. 3. D. h. t. *q*) Cf. cit. L. 1. §. 3. sqq. item Ulp. L. 17. §. 10. sqq. Paul. L. 18. Nerat. L. 41. D. h. t. Alexand. L. 2. Cod. h. t. IX. 35. Adde Ulp. L. 15. §. 24. D. h. t. *r*) Cf. Ulp. L. 1. §. 9. D. h. t. *s*) *quoque* om. Bu. *t*) Cf. Gai. L. 2. D. h. t. *u*) Cf. Paul. L. 18. §. 2. D. h. t. *x*) Cf. Ulp. L. 15. §. 34. sqq. 44. D. h. t. item Alexand. L. 1. Cod. h. t. Paul. L. 34. pr. D. de O. et A. XLIV. 7. *y*) *sit* Bi. *z*) *atrociter* ins. Hal. *a*) *domino* ins. Bu. *b*) Cf. Ulp. L. 7. §. 1. D. h. t. *c*) Cf. Ulp. L. 15. §. 34. sqq. *d*) Cf. Ulp. L. 15. §. 40. Paul. L. 16. D. h. t. *e*) Cf. Ulp. L. 15. §. 47. D. h. t. *f*) *est* rep. Cod. Erlang. *g*) Cf. Ulp. L. 15. §. 48. D. h. t. *h*) *homini* add. Hal. *i*) *id* Bi. *k*) *actio iniuriarum* Bi. *l*) *est* Bu. *m*) Cf. Gell. XX. 1. XVI. 10. Festus v. *Talionis*. *n*) *ex* Bi.

praetores permittebant ipsis, qui iniuriam passi sunt, eam aestimare, ut iudex vel tanti [o] condemnet, quanti iniuriam passus aestimaverit, vel minoris, prout ei visum
G. §. 224. fuerit. sed poena quidem iniuriae [p], quae ex lege duodecim tabularum introducta est, in desuetudinem abiit [q]; quam autem [r] praetores introduxerunt, quae etiam honoraria [s] appellatur, in iudiciis frequentatur; nam se-
p. 187. cundum gradum dignitatis, vitaeque honestatem crescit aut minuitur aestimatio iniuriae [t]. qui gradus condemnationis et in servili persona non immerito servatur, ut aliud in servo actore, aliud in medii actus homine, aliud in vilissimo vel compedito [u] constituatur.
I. §. 8. §. Sed et lex Cornelia de iniuriis loquitur [a] et iniuriarum actionem introduxit, quae competit ob eam rem, quod se pulsatum quis [b] verberatumve, domumve [c] suam vi introitam [d] esse dicat. domum [e] autem accipimus sive in propria domo quis habitat [f], sive in [g] conducta, vel [h] gratis, sive [i] hospitio receptus sit.

centum quinquaginta: propter celeras vero iniurias viginliquinque assium poena erat const.[it]uta. et videbantur illis temporibus, in magna paupertate, satis idoneae istae pecuni[ari]ae poenae [x]. §. *Sed* [y] *nunc alio iure utimur. permittitur enim nobis a praetore [ipsi]s iniuriam aestimare, et iudex vel tanti condemnat, quanti nos aestimaverimus, vel minoris pro[ut] il[l]i vi[sum fuerit. sed cum atrocem* [z] *iniuriam praetor [aestimare soleat, si simul constituerit, quantae pecuniae nomine fieri debeat vadimonium, hac ipsa quantitate taxamus formulam, et iudex, q[uamvis] possit vel minoris damnare, plerumque tamen propter ipsius praetoris auctoritatem non audet minuere condemnationem.*

I. §. 9. §. Atrox [k] *autem* iniuria aestimatur vel ex facto, velut si quis ab
G. §. 225. aliquo vulneratus *aut verberatus* [l] vel fustibus (*fustibusve*) caesus fuerit; vel ex loco, velut si cui in theatro vel (*aut*) in foro vel in conspectu praetoris iniuria facta sit; vel ex persona, velut si magistratus iniuriam passus fuerit,
p. 188. vel si senatori (*senatoribus*) ab humili persona [m] facta sit iniuria [n]|, aut parenti patronove fiat a liberis vel libertis: aliter enim senatoris et parentis patronique, aliter extranei et humilis personae iniuria aestimatur. nonnumquam [o] et locus vulneris atrocem iniuriam facit, veluti si in oculo quis percussus fuerit [p]. parvi [q] autem refert, utrum patrifamilias an filiofamilias talis iniuria facta sit; nam et haec atrox [r] aestimabitur.

I. §. 10. §. In summa sciendum est de omni iniuria eum, qui passus est, posse vel criminaliter agere, vel civiliter [s]. et siquidem civiliter agatur [t], aestimatione facta, secundum quod

---

o) *reum* ins. Hal. G. Be. sed neque Gaius agnoscit hanc vocem, neque Theoph. p) *iniuriarum* G. Be. q) Cf. Hermogenian. L. 45. D. h. t. r) *poenam* ins. Bu. s) Cf. §. 7. Inst. de iure nat. I. 2. ibique allegata. t) Cf. Ulp. L. 15. §. 44. D. h. t. u) *ius aestimationis* ins. Hal. non agn. Theoph. x) Cf. Paul. in Coll. II. 5. y) Cf. Paul. in Coll. II. 6. z) Cf. Ulp. in Coll. II. 2. item Lex Rom. Burgund. tit. 5. a) Cf. Ulp. L. 5. pr. Marcian. L. 37. §. 1. D. h. t. Paul. L. 42. §. 1. D. de procuratorib. III. 3. b) *quis* om. Cod. Erlang. c) *aut domum* Hal. d) *introitum* Bi. e) Cf. Ulp. L. 5. §. 2. D. h. t. f) *habitet* Hal. g) *in* om. Bi. h) *sive* Hal. i) *in* ins. Bu. k) Cf. Ulp. L. 7. §. 7. 8. L. 9. D. h. t. Valer. et Gallien. L. 4. Cod. h. t. l) *ab alio vulneratus sit* Hal. m) *persona* om. G. Bi. Be. Bu. n) In Cod. Ver. explicit Comm. III. et sequitur pagina vacua. o) Cf. Paul. L. 8. D. h. t. p) *percusserit* G. q) Ulp. L. 9. §. 2. D. h. t. r) *iniuria* ins. Hal. Bu. et agn. Theoph., sed om. Dig. s) Cf. Ulp. L. 7. §. 6. Marcian. L. 37. §. 1. Hermogenian. L. 45. D. h. t. item Diocl. et Max. L. 7. Cod. h. t. t) *agitur* Hal.

dictum est [u], poena [x] imponitur; sin autem criminaliter, officio iudicis extraordinaria poena reo irrogatur; hoc videlicet observando, quod Zenoniana constitutio [y] introduxit, ut viri illustres, quique super eos sunt, et per procuratores possint [z] actionem iniuriarum criminaliter vel persequi vel suscipere, secundum eius tenorem, qui ex ipsa manifestius apparet. §. Non [a] solum autem [b] is [c] iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, id est qui percussit, verum ille quoque tenetur [d], qui dolo fecit [e] vel qui curavit [f], ut cui [g] mala pugno percuteretur. I. §. 11. §. Haec [h] actio dissimulatione aboletur; et ideo si quis iniuriam dereliquerit [i], hoc est statim [k] passus ad animum suum non revocaverit, postea ex paenitentia remissam iniuriam non poterit recolere. I. §. 12.

TIT. V.

DE OBLIGATIONIBUS QUAE QUASI EX DELICTO NASCUNTUR [a].

Si [b] iudex litem suam fecerit [c], non proprie ex maleficio obligatus videtur; sed quia neque ex maleficio, neque ex contractu obligatus est, et utique peccasse aliquid intellegitur, licet per imprudentiam, ideo videtur quasi ex maleficio teneri; et in quantum de ea re aequum religioni iudicantis videbitur, poenam sustinebit. I. pr. §. Item is [d], ex cuius cenaculo, vel proprio ipsius vel conducto vel in quo gratis habitabat [e], deiectum effusumve aliquid est ita, ut alicui noceret [f], quasi ex maleficio obligatus intellegitur [g]. I. §. 1. ideo autem non proprie ex maleficio obligatus intellegitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur, aut servi aut liberi. cui similis est is, qui ea parte, qua vulgo iter fieri solet [h], id positum aut suspensum habet, quod potest, si ceciderit [i], alicui nocere [k]; quo casu poena decem aureorum constituta est [l]. de eo vero, quod deiectum effusumve est, dupli quantum damnum datum [m] sit, constituta est actio; ob hominem vero liberum occisum quinquaginta aureorum poena constituitur. si vero vivet [n] nocitumque ei esse dicetur [o],

---

u) *Cf. supra* §. 7. h. t. x) reo ins. Hal. Bu. y) L. 11. Cod. h. t. z) *possunt* Bu. a) Ulp. L. 11. pr. D. h. t. b) *autem* om. Dig. c) *is* om. Bi. d) *continebitur* G. Bi. Be. *tenebitur* Bu. *continetur* Dig. e) *iniuriam* add. Hal. non agn. neque Theoph., neque Dig. f) *vel qui procuravit* Hal. *vel curavit* G. Be. g) *cuius* Bi. Bu. h) Ulp. cit. L. 11. §. 1. „*Iniuriarum actio ex bono et aequo est, et dissimulatione aboletur. si quis enim iniuriam dereliquerit, hoc est .... recolere* i) *derelinquerit* G. k) *ut* ins. G. Bi. Be. Bu.

Tit. V. a) *De Obligationibus Quasi Ex Delicto.* Bu. b) L. 5. §. 4. D. de O. et A. XLIV. 7. (Gai. lib. III. rer. cotid. sive Aureor.) Idem locus, sed plenior legitur in L. 6. D. de extraord. cogn. L. 13., ubi post *ex maleficio teneri* haec sequuntur: „*in factum actione et in quantum de ea re aequum religioni iudicantis visum fuerit, poenam sustinebit*". Cf. Ulp. L. 15. §. 1. D. de iudiciis V. 1. Constant. L. 2. Cod. de poena indic. qui male iudic. VII. 49. Id. L. 2. Valentinian. et Valens L. 16. Theod. Cod. quor. appell. XI. 36. c) In Cod. Erlang. huic loco annotatum legitur: „*nam si iudex per dolum malum sententiam fert contra aliquem, tenetur ex maleficio et non habet locum quod hic dicitur*". d) Gai. cit. L. 6. D. §. 5. „*Is quoque etc.*" Cf. Ulp. L. 1. 5. D. de his qui effud. vel deiecerint. IX. 3. e) *habitat* Hal. Bu. f) *noceretur* Bi. Be. Bu. g) *maleficio teneri videtur* Dig. h) Cf. Ulp. cit. L. 1. pr. L. 6. §. 9. sqq. i) *acciderit* G. k) Sequuntur ap. Gai. L. 5. §. 5. cit. verba sequentis nostri §i „*Ideo si filiusfamilias*" etc. l) Cf. Ulp. cit. L. 5. §. 6. m) *damni datum* Hal. G. *damnum* Bi. Bu. *damni* Be. „*damnum datum*" est in vett. libris et in ipso praetorio edicto apud Ulp. cit. L. 1. pr., ubi ita est: *Praetor ait de his, qui deiecerint vel effuderint* „*Unde in eum locum, quo volgo iter fiet vel in quo consistetur, deiectum vel effusum quid erit, quantum ex ea re damnum datum factumve erit, in eum, qui ibi habitaverit, in duplum iudicium dabo. si eo ictu homo liber perisse dicetur, quinquaginta aureorum iudicium dabo. si vivet nocitumque ei esse dicetur, quantum ob eam rem aequum iudici videbitur eum, cum quo agetur, condemnari, tanti iudicium dabo. si servus insciente domino fecisse dicetur, in iudicio adiiciam* „„*aut noxam dedere*"". n) *vivat* Hal. G. Be. o) *dicatur* Hal. G. Be.

quantum ob eam rem aequum iudici videtur, actio datur. iudex[p] enim computare debet mercedes medicis praestitas, ceteraque impendia, quae in curatione facta sunt, praeterea
I. §. 2. operarum[q], quibus caruit aut cariturus est ob id, quod inutilis factus est. §. Si[r] filiusfamilias seorsum a patre habitaverit, et quid ex cenaculo eius deiectum effusumve sit[s], sive quid positum suspensumve habuerit, cuius casus periculosus est, Iuliano placuit in patrem nullam esse actionem[t], sed cum ipso filio agendum[u]. quod[x] et in filiofamilias
I. §. 3. iudice observandum est, qui litem suam fecerit. §. Item[y] exercitor navis aut cauponae aut stabuli de dolo[z] aut furto, quod in navi aut[a] caupona aut[a] stabulo factum erit[b], quasi ex maleficio teneri videtur; si modo ipsius nullum est maleficium, sed alicuius eorum, quorum opera navem aut cauponam aut stabulum exerceret[c]. cum enim neque ex maleficio[d] neque ex contractu sit adversus eum constituta haec[e] actio, et aliquatenus culpae reus est, quod[f] opera malorum hominum uteretur, ideo quasi ex maleficio teneri videtur[g]. In his autem casibus in factum actio competit, quae heredi quidem[h] datur, adversus heredem autem non competit[i].

---

p) Gai. L. 7. D. de his qui eff. IX. 3. „*Cum liberi hominis corpus ex eo, quod deiectum effusumve quid erit, laesum fuerit, iudex computat mercedes medicis praestitas ... factus est. Cicatricium autem aut deformitatis nulla fit aestimatio, quia liberum corpus nullam recipit aestimationem*". q) *operas* Hal. r) Cf. not. k praeced. item Ulp. cit. L. 1. §. 7. s) *fuerit* Hal. t) *in patrem neque de peculio, neque noxalem dandam esse actionem* Dig. u) *esse* add. Hal. x) Cf. Ulp. L. 15. pr. D. de iudiciis V. 1. y) Gai. cit. L. 5. D. de O. et A. §. 6. Cf. Ulp. L. 1. 3. 7. D. nautae, caupones, stabularii ut recepta restituant. IV. 9. z) *damno* cum Dig. G. Be. sed Theoph. „Ἐὰν ... κατὰ δόλον τινὸς, ἤγουν κλέψαντος". a) *in* rep. Cod. Erlang. b) *fit* Dig. c) *exercet* Hal. d) *neque ex maleficio* om. cum Dig. G. Bi. Be. non invito, ut videtur, Theoph. sed agnoscuntur illa verba etiam a Char. aliisque optimae notae mss. e) *hic* Hal. Char. f) *qui* Bi. g) Hactenus Gai. l. c. h) *quidem* om. Cod. Erlang. i) Cf. Ulp. cit L. 7. §. 1. 6. D. nautae, caupones. IV. 9. Id. L. 16. D. de indiciis. V. 1. Id. L. 5. §. 13. D. de his qui eff. IX. 3.

INSTITUTIONUM

D. IUSTINIANI

LIB. QUART. Tit. VI. ad finem.

GAII

INSTITUTIONUM

COMMENTARIUS QUARTUS.

TIT. VI.

DE ACTIONIBUS.

Superest, ut de actionibus loquamur. Actio [a] autem nihil aliud est, quam ius persequendi [b] iudicio quod sibi debetur [c]. §. Omnium autem [e] actionum, quibus inter aliquos apud iudices arbitrosve [f] de quacumque re quaeritur, summa divisio in duo genera deducitur [g]: aut enim in rem sunt, aut in personam [h]. namque [i] agit unusquisque aut cum eo, qui ei obligatus est vel ex contractu vel ex maleficio, quo casu proditae sunt actiones in personam, per quas intendit adversarium [k] ei dare aut facere oportere, et [l] aliis quibusdam modis; aut cum eo agit, qui nullo iure ei obligatus est, movet tamen alicui de aliqua re controversiam; quo casu proditae actiones in rem sunt, veluti si rem

§. || — *vers.* 1 — | [d] *quot genera actionum sint, verius videtur, duo esse: in rem, et in personam . nam qui quatuor esse dixerunt ex sponsionum generibus, non animadverterunt, quasdam species actionum inter genera se rettulisse.* I. pr. G. §. 1. p. 189. I. §. 1. §. *In personam actio est, quotiens cum aliquo agimus, qui nobis vel ex contractu, vel ex delicto obligatus est, id est, cum intendimus, dare, facere, praestare oportere.* G. §. 2. §. *In r[em] actio est, cum aut corporalem rem intendimus nostram ess[e, aut i]us aliquod nobis competere, velut utendi, [aut] utendi fruendi, [eu]ndi, agendi, aquamve ducendi, vel altius tollendi, [vel pr]ospiciendi. item actio ex diverso adversario est neg[ati]va.* G. §. 3.

Tit. VI. a) Cels. L. 51. D. de O. et A. XLIV. 7. „*Nihil aliud est actio, quam ius quod sibi debeatur iudicio persequendi*". Cf. Ulp. L. 49. D. de verb. sign. L. 16. b) *in ius* Hal. Al. c) Cf. Ulp. L. 178. §. 3. D. eod. tit. d) Goeschenius in primo huius paginae versu praeter inscriptionem tale quid deperditum fuisse coniecerat: „*Superest ut de actionibus loquamur. Quodsi quaeritur* quot etc." Initium huius restitutionis Hefflerus in contextum recepit; deinde vero verba „*quodsi quaeritur*" mutavit in: „*si quaeramus*". Equidem neutrum in contextum recepi, cum mihi tam particula *quodsi* quam Heffteri ἀσύνδετον displiceat. Fortasse scribendum: „Superest u. d. a. l. *Et quidem* si quaeramus". Cf. supra Comm. I. §. 9. Kl. e) *autem* om. G. Bi. Be. f) Cf. Ulp. L. 15. pr. D. de re indic. XLII. 1. g) *diducitur* Hal. *dividitur* Ba. h) Cf. Ulp. L. 25. pr. D. de O. et A. i) Cf. Ulp. l. c. §. 1. k) *suum actor* add. Cod. l) Cf. interprr. ad Theoph. h. l.

corporalem possideat quis, quam Titius suam esse affirmet, possessor autem [m] dominum [n]
I. §. 2. se esse dicat; nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est. §. Aeque si agat [o] ius sibi esse fundo forte vel aedibus utendi fruendi, vel per fundum vicini eundi agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi, in rem actio est [p]. eiusdem generis est actio de iure praediorum urbanorum, veluti si [q] agat ius sibi esse altius aedes suas tollendi, prospiciendive, vel proiiciendi aliquid, vel immittendi tignum [r] in vicini aedes. contra quoque de usufructu et de servitutibus praediorum rusticorum [s], item praediorum urbanorum invicem quoque proditae sunt actiones; ut si quis intendat ius non esse adversario utendi fruendi, eundi agendi, aquamve ducendi, item altius tollendi, prospiciendi, proiiciendi, immittendi [t]; istae quoque actiones in rem sunt, sed negativae [u]. quod genus actionis in controversiis rerum corporalium proditum non est; nam in his is agit, qui non possidet; ei vero, qui possidet, non est actio prodita, per quam neget rem actoris esse. sane uno [x] casu qui possidet nihilominus actoris partes obtinet, sicut in latioribus digestorum libris opportunius apparebit.

I. §. 3. §. Sed istae quidem actiones, quarum mentionem habuimus, et si quae sunt similes, ex legitimis et civilibus causis descendunt [y]. aliae autem sunt, quas praetor ex sua iurisdictione comparatas habet, tam in rem, quam in personam; quas et ipsas necessarium est exemplis ostendere [z]. ecce plerumque ita permittitur [a] in rem agere, ut vel actor diceret [b] se quasi usucepisse quod non usu ceperit [c]; vel ex diverso possessor [d] diceret [b]
I. §. 4. adversarium suum non usu cepisse quod usuceperit. §. Namque [f] si cui ex iusta causa res aliqua tradita fuerit, veluti ex causa emptionis aut donationis aut dotis aut legatorum [g], necdum eius rei dominus effectus [h] est, si eius rei possessionem casu amiserit, nullam habet directam in rem actionem ad eam persequendam: quippe ita proditae sunt iure civili actiones [i], ut quis dominium suum vindicet [k]. sed quia sane durum erat eo casu deficere actionem, inventa est a praetore actio [l], in qua dicit is, qui possessionem amisit, eam rem se usucepisse [m], et ita vindicat suam esse; quae actio Publiciana appellatur, quo-

---

m) *et possessor* G. Bi. Be. Bu. omisso *autem*. n) *eius* ins. Hal. o) *quis* add. Hal. p) Cf. Ulp. L. 2. D. si serv. vindicetur. VIII. 5. et passim eod. tit. q) *quis* add. Hal. r) *tignum* om. Bi. agn. Theoph. s) *rusticorum praediorum* Bu. t) *prospicendive, vel proiiciendi immittendive* Hal. *proiiciendi* om. Cod. Erlang. u) Cf. Ulp. cit. L. 2. D. si serv. vindic. x) Ad hunc locum, quem alii contra veterum librorum auctoritatem inserta negatione „sane *non* uno" legi inssserant, conferantur interpretes tum ipsarum institutionum, tum paraphraseos. Theophili scholiastes hunc casum refert ad Ulp. L. 8. §. 13. D. de inoff. test. V. 2. Cuiacius vero eum esse contendit, quo de servitutibus controversia est; Donatius allegat Ulp. L. 27. D. de solut. et liber. XLVI. 3. et Scaevol. L. 131. §. 1. D. de V. O. XLV. 1. Cuiacii sententiam, quam ego quoque veriorem habeo, etiam Fabrotus amplexus videtur, qui ex Brachylogo (IV. tit. 23. §. 2. haec transscripsit „ ... *ius in re consequitur quis actione in rem proposita de usufructu et usu et habitatione ... item de servitutibus urbanorum praediorum et rusticorum, quae dantur tam ex parte petentis, quam possidentis, cum nullo alio iuris articulo possidenti actio sit prodita*". Huc pertinent Ulp. L. 6. §. 1. D. si serv. vind. VIII. 5. et L. 5. §. 6. D. si ususfr. petatur. VII. 6. y) Cf. Ulp. L. 25. §. 2. D. de O. et A. XLIV. 7. z) *ut* ins. Hal. a) *permittit praetor* Hal. *permittit* Bi. ἐπιτέτραπται ἡμῖν Theoph. b) *dicat* Hal. c) *usu non ceperat* Bi. *non usu cepit* Bu. Cf. infra §. 31. h. t. d) *possessorem* G. Be. *si possessor* Al. e) *non usu ... usuceperat* Bi. *usu non ... usucepit* Bu. f) *Nam* Bu. Cf. Ulp. et Paul. L. 1. sqq. D. de Publiciana VI. 2. g) *et* ins. Hal. h) *factus* Bi. Bu. i) *αἱ γὰρ in rem ἐπενοήθησαν* Theoph. k) Cf. Paul. L. 23. pr. D. de rei vind. VI. 1. Callistr. L. 50. pr. D. eod. l) Cf. Nerat. L. 17. D. de Public. VI. 2. et passim eod. tit. Paul. L. 35. pr. D. de O. et A. XLIV. 7. m) *quam usu non cepit* add. Hal.

niam primum a Publicio praetore in edicto [n] proposita est. §. Rursus ex diverso, si I. §. 5.
quis, cum rei publicae causa abesset, vel in hostium potestate esset [o], rem eius, qui in ci-
vitate esset [p], usuceperit, permittitur domino, si possessor rei publicae causa abesse desie-
rit, tunc intra annum rescissa usucapione eam petere, id est ita petere, ut dicat possesso-
rem usu non cepisse et ob id suam rem esse [q]. quod genus actionis quibusdam et [r] aliis
simili aequitate motus praetor accommodat, sicut ex latiore digestorum seu pandectarum
volumine intellegere licet [s]. §. Item si quis in fraudem creditorum [t] rem suam alicui tra- I. §. 6.
diderit, bonis eius a creditoribus ex sententia praesidis possessis, permittitur ipsis credito-
ribus rescissa traditione eam rem petere, id est dicere eam rem traditam non esse et ob
id in bonis debitoris mansisse. §. Item [u] Serviana [x] et quasi Serviana, quae etiam hypo- I. §. 7.
thecaria vocatur, ex ipsius praetoris iurisdictione substantiam capiunt: Serviana autem ex-
peritur quis de rebus coloni, quae pignoris iure pro mercedibus fundi ei tenentur [y]; quasi
Serviana autem [z], qua creditores pignora hypothecasve persequuntur [a]. Inter pignus au-
tem et hypothecam, quantum ad actionem hypothecariam [b], nihil interest [c]; nam de qua
re inter creditorem et debitorem convenerit, ut sit pro debito obligata, utraque hac appel-
latione continetur. sed in aliis differentia est; nam pignoris appellatione eam proprie rem
contineri dicimus, quae simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis sit; at eam, quae
sine traditione nuda conventione tenetur, proprie hypothecae appellatione contineri dici-
mus [e]. §. In personam quoque actiones ex sua iurisdictione propositas habet praetor, vel- I. §. 8.
uti de pecunia constituta [f], cui similis videbatur recepticia. sed ex nostra constitutione [g]
cum, et [h] si quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniae constitutae transfusum est [i],
ea quasi supervacua iussa est cum sua auctoritate a nostris legibus recedere. Item praetor
proposuit actionem [k] de peculio servorum filiorumque familias [l], et [m] ex qua quaeritur, an
actor iuraverit, et alias complures [n]. §. De constituta autem pecunia cum omnibus agitur, I. §. 9.

---

n) Ulp. L. 1. pr. D. de Public. VI. 2.: *Ait praetor: „Si quis id, quod traditur ex iusta causa non a domino, et nondum usucaptum petet, iudicium dabo"*. Cf. infra §. 31. h. t. o) Cf. Ulp. L. 1. 23. 36. Paul. L. 31. D. ex quibus caus. mai. xxv ann. i. i. rest. IV. 6. Paul. L. 15. pr. Papin. L. 44. §. 7. D. de usurp. et usuc. XLI. 3. Tryphonin. L. 12. §. 12. Labeo L. 29. D. de captiv. XLIX. 15. p) *est* Bi. q) Cf. Paul. cit. L. 35. pr. D. de O. et A. Ulp. cit. L. 1. §. 1. L. 28. §. 3. sq. D. ex quib. caus. mai. IV. 6. Sed cf. Iustinian. L. 7. Cod. de temp. i. i. rest. II. 53. r) *et* om. Bi. Bu. sed agn. Theoph. s) Cf. Ulp. et Paul. L. 26. sqq. D. ex quib. caus. mai. IV. 6. Paul. L. 35. pr. D. de O. et A. t) Cf. Ulp. L. 10. pr. D. quae in fraudem creditorum facta sunt, ut restituantur XLII. 8. et passim eod. tit. item Cod. de revocandis his, q. in fr. cred. alienata sunt VII. 75. u) Cf. supra §. 4. Inst. quib. mod. re contr. obl. III. 14. (15.) Paul. L. 17. §. 2. D. de pact. II. 14. x) *actio* add. Cod. Erlang. y) Cf. infra §. 3. Inst. de interdictis IV. 15. Nerat. L. 4. D. in quib. caus. pign. XX. 2. Papin. L. 23. D. de pignorib. XX. 1. Ulp. L. 3. §. 3. D. ad exhib. X. 4. Diocl. et Max. L. 6. Cod. si aliena res pign. VIII. 16. Iid. L. 14. Cod. de O. et A. IV. 10. Gordian. L. 1. Cod. de precario VIII. 9.
z) *est* add. Hal. a) Cf. Papin. L. 3. pr. Gai. L. 15. §. 1. Marcian. L. 16. Paul. L. 17. D. de pign. XX. 1. b) *attinet* add. Hal. G. Be. c) Marcian. L. 5. §. 1. D. eod. *„Inter pignus autem et hypothecam tantum nominis sonus differt"*. d) *debitorem et creditorem* Bu. e) Ulp. L. 9. §. 2. D. de pigner. act. XIII. 7. *„Proprie pignus dicimus quod ad creditorem transit, hypothecam cum non transit, nec possessio ad creditorem"*. Cf. Gai. L. 238. §. 2. D. de verb. sign. L. 16. et L. 4. D. de pign. XX. 1. L. 4. D. de fide instrum. XXII. 4. Ulp. L. 1. D. de pign. act. XIII. 7. f) Cf. Ulp. L. 1. D. de pecunia constituta XIII. 5. et passim eod. tit. Paul. sent. rec. II. 2. g) Cf. Ulp. L. 6. D. de edendo II. 13. et mox laudatam Iustiniani constit. Cod. de constit. pecunia IV. 18. h) *et* om. Cod. Erlang. i) *et* ins. Hal. k) *actionem* om. G. Bi. Be. l) *familiarum* Hal. Cf. Ulp. L. 1. D. de peculio XV. 1. et passim eod. tit. item Iustinian. L. 6. sqq. Cod. de bon. quae lib. VI. 61. m) *eam* ins. Hal. n) Cf. tit. sequentem.

quicumque vel[o] pro se vel pro alio soluturos se constituerint[p], nulla scilicet stipulatione
I. §. 10. interposita[q]; nam alioquin si stipulanti promiserint, iure civili tenentur[r]. §. Actiones autem de peculio ideo adversus patrem dominumve comparavit praetor, quia, licet ex contractu filiorum servorumve ipso iure non teneantur[s], aequum tamen est peculio tenus[t],
I. §. 11. quod veluti patrimonium est filiorum filiarumque, item servorum, condemnari eos. §. Item si quis postulante adversario iuraverit deberi sibi pecuniam, quam peteret, neque ei solvatur, iustissime accommodat ei talem actionem, per quam non illud quaeritur, an ei pe-
I. §. 12. cunia debeatur, sed an iuraverit[u]. §. Poenales quoque actiones praetor bene[x] multas ex sua iurisdictione introduxit; veluti adversus eum, qui quid ex albo eius corrupisset[y]; et in eum, qui[z] patronum vel parentem in ius vocasset, cum id non impetrasset[a]; item adversus eum, qui vi exemerit eum, qui in ius vocaretur, cuiusve dolo alius exemerit[b], et
I. §. 13. alias innumerabiles[c]. §. Praeiudiciales actiones[d] in rem esse videntur, quales sunt, per quas quaeritur, an aliquis liber an[e] libertus sit[f], vel de partu agnoscendo[g]. ex quibus fere[h] una illa legitimam[i] causam habet, per quam quaeritur, an aliquis liber sit; ceterae ex ipsius praetoris iurisdictione substantiam capiunt.

I. §. 14. G. §. 4. §. Sic itaque discretis actionibus certum est [non pos]se actorem (*nos*) rem suam ita ab aliquo (*nostram ab alio ita*) petere: „si paret[k] eum dare oportere".

nec enim quod actoris est, id ei dari oportet; quia scilicet dari cuiquam id intellegitur, quod ita datur, ut eius fiat[l]; nec res, quae iam actoris est, magis eius fieri potest[m].	*nec enim, quod nostrum est, nobis dari potest*[n]*: cum solum id dari nobis intellegatur, quod* [** ita datur, ut **][o] *nostrum fiat; nec res, quae nostra* [** est **], *amplius fieri potest*[p].

plane odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, ut, extra poenam[q] dupli aut quadrupli, rei recipiendae nomine fu-

---

o) *vel* om. Hal. G. Bi. Be. sed agn. Theoph. p) *soluturum se constituerit* Bi. q) Cf. Ulp. L. 14. §. 3. Paul. L. 15. Marcell. L. 24. Scaev. L. 26. D. de const. pec. XIII. 5. r) *promiserit .. tenetur* Bi. Cf. Ulp. cit. L. 14. pr. D. de const. pec. XIII. 5. Papin. L. 59. D. de condict. indeb. XII. 6. s) Cf. Ulp. L. 3. D. de peculio XV. 1. L. 57. D. de iudiciis V. 1. Gordian. L. 1. Cod. ne fil. pro patre. IV. 13. Diocl. et Max. L. 12. D. quod cum eo, qui in al. pot. IV. 26. t) Cf. Ulp. L. 9. §. 2. L. 32. D. de peculio XV. 1. Paul. L. 13. pr. D. de cond. indeb. XII. 6. u) Cf. infra §. 4. Inst. de except. IV. 13. Ulp. L. 5. §. 2. L. 9. §. 1. D. de iureiur. XII. 2. et passim eod. tit. x) *bene* om. Hal. y) Cf. edictum ap. Ulp. L. 7. pr. D. de iurisdict. II. 1. z) *vel* ins. Bu. Cf. Paul. sent. rec. I. 13. a §. 13. a) Cf. edictum ap. Ulp. L. 4. §. 1. D. de in ius vocando II. 4. Paul. L. 5. sqq. Ulp. L. 12. 24. Modest. L. 25. D. eod. b) Cf. tit. D. „ne quis eum, qui in ius vocabitur, vi eximat" II. 7. c) Cf. e. gr. tit. praecedens et infra §. 25. h. t. d) Cf. Ulp. L. 37. pr. D. de O. et A. XLIV. 7. L. 1. §. 2. D. de rei vind. VI. 1. e) *liber, vel* Bi. Bu. *an servus vel* Al. f) Cf. titt. de liberali causa D. XL. 12. Cod. VII. 16. g) Cf. Ulp. L. 1. 3. D. de agnosc. et al. liberis XXV. 3. h) *fere* om. Theoph. i) Cf. Pompon. L. 2. §. 24. D. de or. iur. I. 2. k) *apparet* Hal. et Cod. Erl. l) Cf. Paul. L. 167. pr. D. de reg. iur. L. 17. Ulp. L. 75 §. 10. de V. O. XLV. 1. m) Cf. Paul. L. 159. D. de reg. iur. L. 17. item supra §. 6. 10. Inst. de legat. II. 20. ibique citt. n) Cf. supra Comm. III. §. 99. o) Quae hoc loco Goeschenius inseruit, ea Heffterus omisit; neque quisquam dubitabit, quin Ciceroni abesse potuerint; verum ut Gaium ita scripsisse arbitror, ita vix crediderim Iustiniani socios operae pretium habuisse, haec verba ut adderent, ideoque retinui. Kl. p) Goeschenius scripserat: „nec r. q. nostra (*est*) amplius (*nostra*) fieri p."; Heffterus correxit: „n. r. q. nostra, (*nostra*) amplius f. p."; neutrum secutus sum: alterum enim *nostra* et plane mihi superfluum, neque ex Iustiniani institutionibus repeti posse videtur, cum earum auctores pronomen more suo mutaverint; verbum autem finitum (*est*), quod a Goeschenio appositum Heffterus omisit, ideo retinui, quod mihi quidem unus tantum innotuit Gaii locus, neque is quidem sanus, in quo absit. Cf. supra Comm. I. §. 136. Kl. q) Cf. §. 18. h. t. Gai. L. 54. §. 3. D. de furtis XLVII. 2.

res etiam ex hac actione (*etiam*) teneantur: „si paret[r] eos dare oportere", quamvis sit (*etiam*) adversus eos etiam[s] haec in rem actio, per quam rem suam quis esse petit[t] (*qua rem nostram esse petimus*). §. Appellamus (*Appellantur*) autem[u] in rem quidem actiones vindicationes[x], in personam vero actiones[y], quibus dare[z], facere (*fierive*) oportere intenditur (*intendimus*), condictiones[a]; condicere enim est denuntiare priaca lingua[b]. nunc vero abusive dicimus condictionem actionem in personam esse, qua actor intendit dari sibi oportere; nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit[c]. I. §. 15. G. §. 5. (cf. G. §. 18.)

§. Sequens illa divisio est, quod quaedam actiones rei persequendae gratia comparatae sunt, quaedam poenae persequendae[d], quaedam mixtae[e] sunt.

§. *Agimus autem interdum, ut rem tantum con|sequamur; interdum ut poenam tantum; alias ut rem et poenam.* I. §. 16. G. §. 6. p. 190.

§. Rei persequendae causa comparatae sunt omnes in rem actiones. earum vero actionum, quae in personam sunt, eae quidem, quae ex contractu nascuntur, fere omnes rei persequendae causa comparatae videntur[f]; veluti quibus mutuam pecuniam vel in stipulatum deductam petit actor; itemque[g] commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto vendito, locato conducto. plane si depositi agatur[h] eo nomine, quod tumultus, incendii, ruinae, naufragii causa depositum sit, in duplum actionem praetor reddit[i], si modo cum ipso, apud quem depositum sit, aut cum herede eius ex dolo ipsius agetur[k]; quo casu mixta est actio[l].

§. *Rem tantum persequimur, velut actionibus ex contractu agimus.* I. §. 17. G. §. 7.

§. Ex maleficiis vero proditae[m] actiones aliae tantum poenae persequendae causa comparatae sunt[n]; aliae tam poenae quam rei persequendae, et ob id mixtae sunt. poenam tantum persequitur quis actione furti; sive enim manifesti agatur quadrupli, sive nec[o] manifesti dupli, de sola poena agitur[p]. nam ipsam rem propria actione persequitur quis[q], id est suam esse petens, sive fur ipse eam rem possideat, sive alius quilibet. eo amplius adversus furem etiam condictio est rei.

§. *Poenam tantum consequimur velut actione furti, et iniuriarum, et secundum quorumdam opinionem a[ctio]ne vi bonorum raptorum: nam ipsius rei et vindicatio et condictio nobis competit.* I. §. 18. G. §. 8.

---

r) *appareat* Hal. s) *etiam* om. Cod. Erlang. t) Cf. Ulp. L. 1. D. de cond. furt. XIII. 1. et pass. eod. u) *autem* om. Bi. x) Cf. §. 1. 2. h. t. Ulp. L. 25. D. de O. et A. XLIV. 7. „*Actionum genera sunt duo: in rem, quae dicitur vindicatio; et in personam, quae condictio appellatur*" rel. y) Cf. infra h. C. §. 18. z) Goesch. scripserat *dari*; verum ipso auctore (Add. p. 524.) Hefflerus Codicis Ver. scripturam restituit. a) Cf. pr. Inst. quib. mod. re contr. obl. III. 14. (15.) b) Fest.: „Condicere" *est dicendo denuntiare*. c) Cf. Arcad. Honor. et Theod. L. 6. Theod. Cod. de denuntiatione vel ed. rescr. II. 4. unde est L. 4. Iust. Cod. de interdictis VIII. 1. d) *causa* add. Bu. e) *mistae* Hal. ut ubique. f) Cf. Paul. L. 35. pr. D. de O. et A. XLIV. 7. g) *item* Hal. h) *agitur* Al. i) Cf. infra §. 26. h. t. Cf. Ulp. L. 1. §. 1. 3. sqq. D. depositi XVI. 3. L. 1. D. de incend. ruin. naufr. XLVII. 9. et passim hi titt. k) *eius de dolo .. agitur* Hal. l) Cf. Nerat. L. 18. D. depos. XVI. 3. m) *sunt* ins. Cod. Erlang.; post *actiones* alii quoque vett. libri habent *sunt*. n) *aliae rei* ins. Bu. o) *non* Hal. p) Cf. Gai. L. 54. §. 3. D. de furtis XLVII. 2. Ulp. L. 7. D. de cond. furt. XIII. 1. q) Cf. supra §. 14. h. t. et §. 19. Inst. de obl. q. ex delicto IV. 1.

I. §. 19. G. §. 9. §. Vi autem bonorum raptorum actio mixta est, quia in quadruplo [r] rei persecutio continetur, poena autem tripli est [s]. sed et legis Aquiliae actio de damno iniuriae [t] mixta est [u], non solum si adversus infitiantem in duplum agatur, sed interdum et si in simplum quisque agit [x]; veluti si quis hominem claudum aut luscum occiderit, qui in eo anno integer et magni pretii fuerit; tanti enim damnatur, quanti is homo eo in anno plurimi [y] fuerit [z], secundum iam traditam [a] divisionem. item mixta est actio contra eos, qui relicta sacrosanctis ecclesiis vel aliis venerabilibus locis legati vel fideicommissi nomine dare distulerint [b] usque adeo, ut etiam in iudicium vocarentur; tunc enim et ipsam rem vel pecuniam, quae relicta est, dare compelluntur, et aliud tantum pro poena, et ideo in duplum eius fit condemnatio.

§. Rem vero et poenam persequimur velut ex his causis [c], ex quibus adversus infitiantem in duplum agimus: quod accidit per actionem iudicati [d], depensi [e], damni in[iu-ri]ae [f] [legis Aquiliae, aut] [g] legatorum [h] nomine, quae per damnationem certa relicta sunt.

I. §. 20. (cf. G. §. 42.) §. Quaedam actiones mixtam causam obtinere videntur, tam in rem, quam in personam; qualis est familiae erciscundae actio [i], quae competit coheredibus de dividenda hereditate; item communi dividundo [k], quae inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, ut id [l] dividatur; item finium regundorum [m], qua [n] inter eos agitur, qui confines agros habent. in quibus tribus iudiciis permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus ex bono et aequo adiudicare et, si unius pars praegravari videbitur, eum invicem certa pecunia alteri
I. §. 21. condemnare [o]. §. Omnes autem actiones vel in simplum conceptae sunt, vel in duplum,
I. §. 22. vel in triplum, vel in quadruplum; ulterius autem nulla actio extenditur. §. In simplum agitur veluti ex stipulatione, ex [p] mutui datione, ex empto vendito, locato conducto,
I. §. 23. mandato, et denique ex [q] aliis compluribus [r] causis [s]. §. In duplum agimus veluti furti nec manifesti [t], damni iniuriae ex lege Aquilia [u], depositi ex quibusdam causis [x]; item servi corrupti [y], quae competit in eum, cuius hortatu consiliove servus alienus fugerit, aut contumax adversus dominum factus est, aut luxuriose vivere coeperit, aut denique quolibet

---

r) *in quadruplum* G. Bi. s) Cf. pr. Inst. de vi bon. rapt. IV. 2. t) *iniuria dato* Hal. et Cod. Erlang. u) Cf. supra Inst. de lege Aquil. IV. 3. §. 7. Inst. de obl. q. quasi ex contr. III. 27. (28.) §. 23. 26. h. t. x) *agat* Hal. y) *et magni pretii* add. Bi. Be. Ba. z) *tanti enim .... fuerit* om. G. et reliquae editiones Cuiacianae. a) Supra scil. §. 9. Inst. de lege Aq. IV. 3. b) Cf. §. ult. i. f. Inst. de obl. q. quasi ex contr. III. 27. (28.) §. 26. h. t. Iustinian. L. 46. Cod. de episc. et cleric. I. 3. c) Cf. infra h. C. §. 171. item Paul. sent. rec. I. 19. §. 1. ubi pro *depensi* male *depositi* legendam esse putaverunt Cuiacius et qui eum secuti sunt. Goesch. d) Cf. Cic. pro Flacco c. 21. e) Cf. supra Comm. III. §. 127. f) Cf. supra Comm. III. §. 216. item §. ult. Inst. de obl. quae quasi ex contr. et §. 23. 26. Inst. h. t. g) Hanc loci restitutionem, quam dudum mihi ex Paull loco citato adscripseram, etiam Hefflterus in contexto proposuit, et magis adhuc placet quam Unterholzneri (Coniect. de suppl. Comm. IV. Gaiani lacunis. Vratisl. 1823. p. 7.) „*damni vel Aquilianam*" et Goeschenii (Add. p. 519.) „— *rerum legatarum* nomine, q. p. d. *certae relictae* sunt". Kl. h) Cf. supra Comm. II. §. 282. et Epit. II. 7. §. 8. i) Cf. Ulp. L. 2. pr. D. famil. ercisc. X. 2. et pass. eod. tit. Cod. III. 36. k) Cf. tit. D. comm. divid. X. 3. Cod. III. 37. l) *id* om. Cod. Erlang. m) *actio* add. Hal. Cf. tit. D. fin. regund. X. 1. Cod. III. 39. n) *quae* G. Bi. o) Cf. §. 4—6. Inst. de off. iud. IV. 17. et passim citt. titt. Dig. et Cod. p) *et* Hal. et Cod. Erlang. q) *ex* om. Cod. Erlang. r) *quamplurimis* Hal. s) Cf. libri III. titt. 14. sqq. t) Cf. §. 5. Inst. de obl. q. ex del. IV. 1. u) Cf. §. 19. 26. h. t. x) *casibus* G. Cf. citt. §. 19. 26. add. §. 17. eod. y) Cf. §. 8. Inst. de obl. q. ex del. IV. 1. Paul. L. 14. §. 5. D. de servo corr. XI. 3. et pass. eod. tit.

modo deterior factus sit. in qua actione etiam earum rerum, quas fugiendo servus abstulit[x], aestimatio deducitur[a]; item ex legato, quod venerabilibus locis relictum est, secundum ea, quae supra[b] diximus. §. Tripli vero, cum quidam maiorem verae aestimationis[c] quantitatem in libello conventionis inseruit[d], ut[e] ex hac causa viatores, id est executores litium, ampliorem summam sportularum nomine exegerint[f]; tunc enim id, quod propter eorum causam damnum passus fuerit reus, in[g] triplum ab actore consequetur, ut in hoc triplo et[h] simplum, in quo damnum passus est, connumeretur. quod nostra constitutio induxit[i], quae in nostro codice fulget[k]; ex qua dubio procul est ex lege condicticiam[l] emanare. §. Quadrupli[m], veluti furti manifesti[n]; item de eo, quod metus causa factum sit[o]; deque ea pecunia, quae in hoc data sit, ut is, cui datur, calumniae causa negotium alicui faceret vel non faceret[p]; item ex lege condicticia, quae a nostra constitutione[q] oritur, in quadruplum condemnationem imponens iis executoribus litium, qui contra[r] constitutionis normam a reis quidquam exegerint. §. Sed furti quidem nec manifesti actio et servi corrupti a ceteris, de quibus simul locuti sumus, eo differunt, quod hae actiones omni modo dupli sunt; at illae, id est damni iniuriae ex lege Aquilia[s], et interdum depositi, infitiatione duplicantur, in confitentem autem in simplum dantur[t]. sed illa, quae de iis competit, quae relicta venerabilibus locis sunt, non solum infitiatione duplicatur, sed etiam[u] si distulerit relicti solutionem usque quo iussu magistratuum nostrorum conveniatur; in confitentem vero et[x] antequam iussu magistratuum conveniatur solventem simpli[y] redditur[z]. §. Item actio de eo, quod metus causa factum sit[a], a ceteris, de quibus simul locuti sumus, eo differt, quod eius natura tacite continetur, ut, qui iudicis iussu ipsam rem actori restituat, absolvatur. quod in ceteris casibus non ita est, sed omni modo quisque in quadruplum condemnatur; quod est et in furti manifesti actione. §. Actionum autem quaedam bonae fidei sunt, quaedam stricti iuris[b]. bonae fidei sunt hae: ex empto[c] vendito[d], locato conducto[e], negotiorum gestorum[f], mandati[g], depo-

(Margin: I. §. 24. — I. §. 25. — I. §. 26. — I. §. 27. — I. §. 28. (cf. G. §. 62.))

---

x) *abstulerit* Hal. a) Cf. Paul. L. 10. D. tit. cit. b) §. 10. h. t. cf. ibi alleg. c) *maiorem vera aestimatione* Hal. d) *inserunt* Hal. e) *et* G. f) *exigerent* Hal. Cf. L. 2. Cod. de sportulis III. 2. Nov. 53. c. 6. Nov. 82. c. 7. Nov. 112. c. 2. g) *id* Bi. prius *id* om. h) *etiam* Hal. i) *introduxit* Hal. k) Interiit id sidus, et qui unicus superest radius, eum in subscriptione habemus, quam scimus fuisse „Kal. Iu. CP. DN. Iustiniano perp. A. III. Cos." Memoratur haec constitutio in fine illius de sportulis Iustinianeae sanctionis, quam Cuiacius (obs. XII. 22.) ex Basilicis restituit, quaeque in recentioribus Codicis edd. quarta tituli de sportulis III. 2. legitur. Facit vero ad rem nostram alia quoque Iustiniani constitutio, de qua ad §. 33. infra h. t. dicendum erit, quae scilicet in recentioribus Codicis editionibus est L. 2. de plus petit. III. 10. l) *quam proculdubio certum est ex lege condictitia* Hal. *condicticia* G. τεχθήσεται ... ἐκ τῆς ... διατάξεως ὁ *ex lege* κονδικτίτιος Theoph. m) *autem agitur* add. Hal. n) Cf. §. 5. Inst. de obl. q. ex del. IV. 1. o) Cf. Ulp. L. 14. D. quod met. c. gestum erit. IV. 2. p) Cf. Ulp. L. 1. 3. 5. D. de calumniatorib. III. 6. q) *condicticia nostra constitutio* Hal. *condict. ex nostra constitutione* G. Ἔςι καὶ ὁ *ex lege* κονδικτίτιος ἐκ διατάξεως Theoph. Cf. §. antec. ibique cit. L. 2. Cod. de sport. cum §. 27. Inst. h. t. r) *nostrae* add. Hal. s) *et de dolo* ins. Cod. Erlang. t) Cf. §. 23. Inst. supra h. t. et ibi citt. u) *et* Bi. Bu. x) *et* om. Hal. G. y) *simplum* G. z) Cf. §. 23. supra, ibique alleg. L. 46. Cod. de episcopis. a) Cf. not. o ad §. 25. h. t. b) Cf. Cic. pro Rosc. Com. c. 4. de off. III. 15. 17. Topic. c. 17. et Boeth. ad h. l. Seneca de benef. III. 7. ad div. ep. VII. 12. Augustin. in psalm. 102. Infra §. 30. 31. Inst. h. t. Ulp. L. 7. §. 5. D. de pact. II. 14. Gai. L. 2. §. 3. D. de O. et A. XLIV. 7. c) Cf. Ulp. L. 11. §. 1. L. 1. pr. D. de act. empt. XIX. 1. d) Cf. Id. L. 13. §. 19. sqq. D. eod. e) Cf. Ulp. L. 15. Iavol. L. 21. D. locati XIX. 2. Diocl. et Max. L. 17. Cod. de locato IV. 65. f) Cf. Iulian. L. 6. i. f. Paul. L. 7. D. de neg. gest. III. 5. Antonin. L. 8. Alex. L. 11. Diocl. et Max. L. 16. Cod. eod. tit. II. 19. g) Cf. Paul. L. 59. §. 1. D. mandati XVII. 1.

siti [h], pro socio [i], tutelae [k], commodati [l], pigneraticia [m], familiae erciscundae [n], communi dividundo [o], praescriptis verbis quae de aestimato proponitur [p] et ea, quae ex permutatione competit [q], et hereditatis petitio [r]. quamvis enim usque adhuc incertum erat, sive [s] inter bonae fidei iudicia connumeranda sit hereditatis petitio, sive [t] non, nostra tamen constitutio [r] aperte eam esse bonae fidei disposuit.

I. §. 29. §. Fuerat antea et [u] rei uxoriae actio [x] una ex bonae fidei iudiciis; sed cum pleniorem esse ex stipulatu actionem [y] invenientes omne ius, quod res uxoria ante [z] habebat, cum multis divisionibus in actionem ex stipulatu, quae de dotibus exigendis proponitur, transtulimus [a], merito rei uxoriae actione sublata ex stipulatu [b], quae pro ea introducta est, naturam bonae fidei iudicii tantum in exactione dotis meruit, ut bonae fidei sit. sed et tacitam ei dedimus hypothecam [c]; praeferri autem aliis creditoribus [d] in hypothecis tunc censuimus [e], cum ipsa mulier de dote sua [f] experiatur, cuius solius providentia hoc induximus.

I. §. 30. (cf. G §. 61.) §. In bonae fidei autem [g] iudiciis libera potestas permitti videtur iudici ex bono et aequo aestimandi quantum actori restitui debeat [h]. in quo et illud continetur, ut, si quid invicem praestare actorem oporteat, eo compensato in reliquum is, cum quo actum est, debeat condemnari [i]. sed et in stricti iuris [k] iudiciis ex rescripto divi Marci opposita doli mali exceptione compensatio inducebatur. sed nostra constitutio [l] eas [m] compensationes, quae iure aperto nituntur, latius introduxit, ut actiones ipso iure minuant [n], sive in rem, sive in personam, sive alias quascumque, excepta sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi satis impium [o] esse credidimus [p], ne sub praetextu compensationis depositarum rerum quis exactione defraudetur [q].

G. §. 10. §. *Quaedam [r] praeterea sunt actiones, quae ad legis actionem exprimuntur; quaedam sua vi ac potestate constant. quod ut manifestum fiat, opus est, ut prius de legis actionibus loquamur.*

G. §. 11. §. *Actiones, quas in usu veteres habuerunt, legis actiones appellabantur, vel ideo quod legibus proditae erant [s], quippe tunc edicta praetoris, quibus complures actiones introductae sunt, nondum in usu habebantur; vel ideo quia ipsarum legum verbis accommodatae erant, et ideo immutabiles proinde atque leges observa[ba]ntur. unde eum, qui de*

---

h) Cf. Ulp. L. 1. §. 4. Tryphonin. L. 31. D. depositi XVI. 3. i) Cf. Paul. L. 3. §. 3. Ulp. L. 52. §. 1. D. pro socio XVII. 2. k) Cf. Ulp. L. 1. pr. Pompon. L. 3. D. de tutelae et rat. distr. XXVII. 3. l) Cf. Ulp. L. 3. §. 2. L. 5. D. commodat XIII. 5. m) *pignoraticia* Hal. *pigneratitia* G. Bi. *pignoratitia* Be. Bu. Cf. Paul. L. 7. D. de pigner. act. XIII. 7. n) Cf. Paul. L. 44. D. fam. ercisc. X. 2. o) Cf. Ulp. L. 3. 4. D. comm. div. X. 3. p) Cf. Ulp. L. 1. D. de aestimatoria XIX. 3. q) Cf. Paul. L. 1. D. de rer. perm. XIX. 4. Diocl. et Max. L. 2. Cod. eod. tit. IV. 64. r) Cf. Iustinian. L. 12. Cod. de petit. heredit. III. 31. s) *sive* om. Hal. t) *petitio esset, an* Hal. u) *et* om. Cod. Erlang. x) Ulp. L. 21. D. sol. matr. XXIV. 3. Procul. L. 82. D. de solut. et liber. XLVI. 3. y) *ex stip. esse actionem* Hal. z) *antea* Hal. Bu. a) *transtulerimus* Hal. Sermo est de Iustiniani L. un. Cod. de rei ux. actione in ex stip. act. transfusa V. 13. b) *ex stipulatu actio* Hal. *actio ex stipulatu* Bu. c) Cf. etiam Iustinian. L. 30. Cod. de iure dot. V. 12. d) Sed cf. Antonin. L. 2. Cod. de privileg. fisci. VII. 73. e) Cf. Iustinian. L. 12. Cod. qui pot. in pign. VIII. 18. f) *mulier dotem suam* Bi. g) *autem* om. Hal. h) Cf. citt. ad §. 28. h. t. item Papin. L. 24. D. depos. XVI. 3. Iavolen. L. 18. D. comm. div. X. 3. Diocl. et Max. L. 16. 17. Cod. fam. ercisc. III. 36. i) Cf. Alexand. L. 4. Diocl. et Max. L. 11. Cod. de compensat. IV. 31. k) *strictis* G. Bi. l) L. 14. Cod. tit. cit. m) *easdem* Hal. n) Cf. infra §. 39. Inst. h. t. o) *sane iniquum* Hal. ἀτοπώτατον Theoph. p) *credimus* Hal. q) *defrudetur* G. r) Cf. infra h. C. §. 32. 33. s) Cf. Pompon. L. 2. §. 6. D. de orig. iur. I. 2.

vitibus succisis ita egisset, ut in actione vites nominaret, responsum est, rem perdidisse [t],
quia debuisset arbores nominare eo, quod lex duodecim tabularum [u], *ex qua de vitibus*
succisis actio competeret, generaliter de arboribus succisis loqueretur. §. *Lege autem age-* G. §. 12.
batur modis |quinque: sacramento [x]; *per iudicis postulationem; per condictionem* [y]; *per* p. 191.
manus iniectionem [z]; *per pignoris captionem* [a].

§. *Sacramenti actio generalis erat: [de] quibus enim rebus ut aliter ageretur lege* G. §. 13.
cautum non erat, de h[is] sacramento agebatur. eaque actio perinde periculosa erat
| — litt. 13 — | [b] *atque hoc tempore periculosa est actio certae creditae pecuniae propter spon-*
sionem, qua periclitatur reus si temere neget, [et] restipulationem, qua periclitatur actor
si non debitum petat [c]: *nam qui victus erat summam sacramenti praestabat poenae no-*
mine; [eaque in publicum cedebat, praedes]que eo nomine praetori dab[antur] [d], *non ut*
nunc sponsionis et restipulationis poena lucro cedit adve[rs]ario, qui vicerit. §. *Poena* G. §. 14.
autem sacramenti aut quingenaria erat, aut quinquagenaria. [nam] de rebus mille aeris
plurisve quingentis assibus, de minoris [e] *[vero] quinquaginta assibus sacramento contende-*
b[atur] [f]: *nam [ita] lege duodecim tabularum cautum erat. [at* [g] *si de libertate] hominis*
[contro]versia erat, etsi pretiosissimus homo esset, tamen ut quinquaginta assibus sacra-
mento contendere[tur], ea[dem] lege cautum est favoris [causa, ne sat]is[datio]ne [h] *o[ne]-*
rarentur assertores || — vers. 11 — | *istae omnes actiones* | — litt. 22 — | | — vers. 5 — | | — litt. 27 — | p. 192.
captus ...... | — vers. 5 — | — litt. 21 — |. §. *ad iudicem accipiundum |venirent* [i]. *postea* G. §. 15.
v[ero] reversis dabatur .... xxx [k]. *iudex: [idque] per legem Pinariam factum est;* p. 193.
ante eam autem legem .... [l] *dabatur iudex. illud ex superioribus* [m] *intellegimus, si de*
re minoris quam [mille *] aeris agebatur, quinquagenario sacramento, non quingenario*

---

t) Ita Goeschenius correxit codicis lectionem: „responsum *eum* rem perdidisse *est*", quam Hefft. retinendam censet, quae praecedunt ita corrigenda censuit. „*cum quis* — egisset". u) Cf. Plin. hist. nat. XVII. 1. XIV. 1. Paul. L. 28. §. 6. D. de iureiur. XII. 2. et L. 1. 11. D. arbor. furtim caesar. XLVII. 7. Ulpian. L. 3. pr. eod. Gaius L. 2. 4. eod. x) Vid. §. 13—17. y) Vid. §. 18—20. z) Vid. §. 21—25. a) Vid. §. 26—29. b) An *falsiloquis*? Savinius. *falsis sacramentis* Hefft. c) *petatur* cum cod. Ver. Hefft. Cf. infra h. C. §. 171. 180. d) Cf. infra h. C. §. 16. item Festus, s. v. *Sacramentum*. Varro, de ling. lat. (ap. Gothofr. lib. IV. pag. 29. ap. Spengel. lib. V. p. 179.) De sacramento vide etiam Isidor. Orig. lib. V. cap. 24. e) Ita cum cod. Ver. legit Hefft.; *minoribus* correxerat Goesch. f) Cf. §. seq. 15. 16. item Festus et Varro loc. cit. nec non Valer. Prob. in litter. Q. N. T. S. Q. P. (ap. Gothofr. pag. 1476.) g) *at* ex vestigiis Cod. Ver. restituit Hefft. *sed* Goesch. h) Num fortasse *pluris datione* vel *praedis datione*? Cf. Fr. Vat. §. 334. Hefft. i) Heffterus tam docte quam ingeniose dimidiam paginam sic restituere conatus est: „*Nunc admonendi sumus istas omnes actiones certis quibusdam et sollemnibus verbis peragi debuisse. Si. v. gr. in personam agebatur contra eum, qui nexu se obligaverat, actor cum apud praetorem ita interrogabat: „quando in iure te conspicio, postulo an fias auctor, qua de re nexum mecum fecisti? et altero negante, ille dicebat: „quando negas, sacramento quingenario te provoco, si propter te fidemve tuam captus fraudatusve siem". Deinde adversarius quoque dicebat: „quando ais neque negas me nexum fecisse tecum, qua de re agitur, similiter ego te sacramento quingenario provoco, si propter me fidemve meam captus fraudatusve non sies". Quibus ab utraque parte peractis litigatores poscebant iudicem et praetor ipsis diem praestituebat, quo* ad iudicem accipiundum venirent". De obligatione, quae nexu fiebat in iudicio cf. Cic. pro Mur. c. 2. De formulis, quibus vir doctus in huius loci restitutione usus est, cf. Cic. pro Caec. c. 19. pro Mur. c. 12. Val. Prob. in litt. Q. I. L. T. C. P. A. F. A. et in litt. Q. N. T. S. Q. P. et in litt. Q. A. N. Q. N. et Cic. de off. III. 17. et Asc. in Verr. lib. I. c. 9. (ed. a. 1675 p. 76.) k) Sententiae convenire crederes: „*post diem* trigesimum". Goesch. Heffterus restituit: „... x viris xxx" (xxx pro *trigesimo* scilicet *die*); loco duarum priorum litterarum proposuit: „unus ex" vel „quidam ex", vel „a". Cum vero ante numerum in codice ne de una quidem constaret littera, nihil in contextum recepi, cum praesertim vir doctissimus in observationibus libro adiectis (cap. 3.) de coniecturis suis dubitare coeperit. Kl.
l) Buttmanno legendum videtur *confestim*, Hollwegio *statim*, Heffiero *nondum*. m) Vid. §. 14. h. C.

eos contendere solitos fuisse. postea tamen quam iudex datus esset, comperendinum diem, ut ad iudicem venirent, denuntiabant. deinde cum ad iudicem venerant, antequam apud eum [causam] perorarent, solebant breviter ei et quasi per indicem rem exponere: quae
G. §. 16. *dicebatur causae collectio*[n], *quasi causae suae in breve coactio*[o]. §. *Si*[p] *in rem agebatur, mobilia quidem et moventia, quae modo in ius afferri adducive possent, in iure vindicabantur ad hunc modum. qui vindicabat, festucam tenebat. deinde ipsam rem apprehendebat, velut hominem, et ita dicebat: „hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio secundum suam causam, sicut dixi. ecce tibi vindictam imposui"*[q]. *et simul homini festucam imponebat . adversarius eadem similiter dicebat et faciebat . cum uterque vindicasset, praetor dicebat: „mit[ti]te ambo hominem". illi mittebant. qui prior vindica[*verat, ita alterum interroga*]bat*[r]: *„postulo, anne dicas, qua ex causa vindicaveris"*[s]. *ille respondebat: „ius peregi sicut vindictam*[t] *imposui". deinde qui prior vindicaverat, dice-*
p. 194. *bat: „quando tu iniuria vindicavisti, |*D *aeris sacramento te provoco". adversarius quoque dicebat: „similiter ego te". ..... asses sacramenti nominabant*[u]. *deinde eadem sequebantur*[x] *quaecumque in personam ageretur*[y]. *postea*[z] *praetor secundum alterum eorum vindicias dicebat, id est, interim aliquem possessorem constituebat, eumque iubebat praedes adversario dare litis et vindiciarum, id est, rei et fructuum: alios*[a] *autem praedes ipse praetor ab utroque accipiebat sacramenti, quod id in publicum cedebat . festuca*[b] *autem utebantur quasi hastae loco, signo quodam iusti dominii; [ma]xime [*enim*]*[c] *sua esse credebant, quae ex hostibus cepissent: unde*[d] *in centumviralibus iudiciis hasta praeponi-*
G. §. 17. *tur.* §. *Si qua res talis erat, ut [*non*] sine incommodo posset in ius afferri vel adduci, velut si columna, aut grex alicuius pecoris esset, pars aliqua inde sumebatur: deinde in eam partem, quasi in totam rem praesentem, fiebat vindicatio . itaque ex grege vel una ovis aut capra in ius adducebatur, vel et[iam] pilus inde sumebatur et in ius afferebatur. ex nave vero et columna aliqua pars defringebatur . similiter*[e] *si de fundo, vel de aedibus, sive de hereditate controversia erat, pars aliqua inde sumebatur et in ius afferebatur, et in eam partem perinde atque in totam rem praesentem fiebat vindicatio:*

---

n) An *coniectio?* Conf. Ascon. l. c. et Gell. XX. 10. item L. 1. de reg. iur. L. 17. Goesch. o) Duplex in instituenda sacramenti actione forma obtinuisse videtur, altera si in personam, altera si in rem ageretur: ad hanc quae in sequentibus traduntur, ad illam vero quae hoc articulo continentur, refero. Goesch. p) Cf. Gell. l. c. q) Cf. Valer. Prob. in litt. S. S. C. S. D. E. T. V. (ap. Gothofred. pag. 1476.) r) Quae Goesch. inseruit quasi librario excidissent, Heffl. omittit. s) Cf. Cic. pro Mur. c. 12. t) Cf. Boeth. in Top. Cicer. lib. I. (ad cap. 2.) u) Equidem excidisse aliquid, locumque ita restituendum esse puto: „sed D. asses sacramenti nomina(*bant in reb. M. aeris plurisve in minorib. L. nomina*)bant". Savinius, nihil abesse existimans, sic legit: „*aeris L.* asses sacramenti nominabant". Goesch. Savinii coniecturam in contextum recepit Heffl. x) Haec tamquam codicis lectionem dare non dubitabam; scribitur enim in eo: „*deinde adsequebantur*". Goeschenius correxit *sequebantur;* Heffterus autem *adsequebantur* patiendi significatione accepit. Kl. y) Goesch. codicis scripturam sic correxit: „quaecumque (*si*) in p. ageretur"; Heffl. suadente Heinrichio: „quaecumque in p. *agerentur*". Malim aut cum Baumb.: „quae *cum* in p. ageretur" aut: „quae *cum quis* in p. *ageret*". Kl. z) Cf. infra h. C. §. 91. 94. item Festus, s. v. *Vindiciae*, *Superstites*. Cic. in Verr. lib. I. c. 45. ibiq. Ascon. (ed. a. 1675. pag. 100.) Valer. Prob. in. litt. P. P. L. V. (ap. Gothofred. pag. 1476.) a) Cf. supra h. C. §. 13. b) Cf. Plaut. Mil. Act. IV. sc. 1. v. 15. Pers. Sat. V. v. 175. c) *Omnium enim maxime* Heffl. d) Cf. Suet. Octav. c. 36. Martial. lib. VII. epigr. 63. (62.) v. 7. Stat. Silv. lib. IV. ecl. 4. v. 43. e) Cf. Gell. XX. 10. Festus, s. v. *Vindiciae*. Cic. pro Mur. c. 12.

velut ex fundo gleba sumebatur, et ex aedibus tegula, et si de hereditate controversia erat, aeque[f] |[g] | – litt. 15 – | *qualem* | – litt. 10 – | – vers. 2 – |[h]. §. *Et haec quidem actio* p. 195.
proprie [*con*]*dictio vocabatur: nam actor adversario denuntiabat, ut ad iudicem capien-* G. §. 18. (cf. I. §. 15.)
dum die tricesimo adesset. nunc vero non proprie condictionem dicimus actionem in personam, [* *qua* *] *intendimus, dare*[i] *no*[*bis*] *oportere: nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit.* §. *Haec autem legis actio constituta est per legem Siliam et Calpurniam:* G. §. 19.
lege quidem Silia certae pecuniae, lege vero Calpurnia de omni certa re. §. *Quare autem* G. §. 20.
haec actio desiderata sit, cum de eo, quod nobis dari oportet, potuerimus sacramento, aut per iudicis postulationem agere, valde quaeritur.

§. *P*[*er*] *manus iniectionem*[k] *aeque* [* *de* *] *his rebus agebatur, de quibus ut ita* G. §. 21.
ageretur, lege a[*liqua*][l] *cautum est; velut*[m] *iudicati lege duodecim tabularum. quae actio talis erat: qui agebat, sic dicebat: „quod tu mihi iudicatus sive damnatus es sestertium decem milia, quae dolo* [*malo*] *non solvisti, ob eam rem ego tibi sestertium decem milium iudicati*[n] *manus iniicio"; et simul aliquam partem corporis eius prendebat. nec licebat iudicato manum sibi depellere, et pro se lege agere*[o]; *sed vindicem dabat*[p], *qui pro se causam agere solebat: qui vindicem non dabat, domum ducebatur ab actore et vinciebatur*[q]. §. *Postea quaedam leges ex aliis quibusdam causis* |*pro iudicato manus iniectio-* G. §. 22.
nem in quosdam dederunt: sicut lex Publilia[r] *in eum, pro quo sponsor dependisset,* [*si*] p. 196.
in sex mensibus proximis, quam pro eo depensum esset, non solvisset sponsori pecuniam: item lex Furia[s] *de sponsu adversus eum, qui a sponsore plus quam virilem partem exegisset: et denique complures aliae leges in multis causis talem actionem dederunt.* §. *Sed* G. §. 23.
aliae leges[t] *constituerunt quasdam actiones per manus iniectionem, sed*[u] *puram, id est, non pro iudicato: velut lex* [* *Furia* *][x] *testamentaria advers*[*us e*]*um, qui legatorum nomine mortisve causa plus* [*mille*][y] *assibus cepisset, cum ea lege non esset exceptus, ut ei*

---

f) Supple: „*res aliqua mobilis inde sumebatur et in ius adferebatur vel servus ex familia defuncti adducebatur*". Heff. *g*) Folium, quod hanc olim excipiebat paginam, deperditum esse constat. Cuius folii argumentum triplex fuisse mihi persuadeo: tractatus de sacramenti actione continuatio et finis; deinde actionis, quae per iudicis postulationem fieri dicebatur, descriptio; denique illius articuli, in quo condictionis indolem Gaius noster exposuit, pars prior: posteriorem exhibet pag. 195. Goesch. *h*) Tres priores huius paginae versus non sine auctoritate codicis Heff. ita restituit: „*Enimvero modum aequalem paene capiendi iudicis observabant, qui etiam ad iudicem postulandum adhibitus est, denique condictio autem adpellari coepta a lege Varia*". *i*) Correximus cum Heffero; Goeschenius scripserat *dari*. *k*) Cf. Serv. ad Aeneid. lib. X. v. 419. Ulpian. L. 10. §. 1. D. de in ius voc. II. 4. Paul. L. 7. D. qui sine manumiss. et L. 9. de servis export. XVIII. 7. Iustinian. L. un. §. 4. C. de Lat. libert. toll. VII. 6. *l*) Codex: *Aquilia*. Mihi vero, quominus recta esse possit haec scriptura, adversari videtur totius loci constitutio. Quid quod, ista lectione admissa, Lege Aquilia anteriores dicendae erunt Lex Furia de sponsu, quaeque hanc praecessit, Apuleia, item Publilia? De quo valde dubito. Itaque librarium, in exaranda hac et sequente pagina toties turpi errore lapsum, in eo quoque peccasse opinor, quod *aquilia* scripsit, cum scribere deberet *aliqua*. Quod tamen ne nimis fidenter contendam, Hugonis et Savinii facit auctoritas, qui Codicis lectioni standum esse existimant. Cf. Hugonis historia iur. Rom. Ed. 9. (10.) pag. 303. (332) not. 6. (5.) Goesch. *Aquilia* Heff. *m*) Cf. Gell. XX. 1. *n*) Cf. §. 24. h. C. *o*) Cf. infra h. C. §. 24. 25. *p*) Cf. Festus, s. v. *Vindex*. *q*) *Vindiciebatur* Cod. An. *vindiciabatur* a vindiciis? an *vindicebatur*? Heff. Cf. Heinrich. in Cic. p. Tull. §. 8. *r*) Cf. supra Comm. III. §. 127. Ad haec loca confer Marcian. L. 3. D. de aleat. XI. 5. ubi fortasse pro *Publicia* legendum erit *Publilia*. Kl. *s*) Cf. supra Comm. III. §. 121. 122. *t*) In cod. hoc loco inseritur „*in multis si*", quorum loco Goeschen. Savinio auctore substituit „*ex quibusdam causis*"; Heffero autem suadente expunxi. Kl. *u*) Malim *iniectionem puram*, omissa vocula *sed*. Goesch. *x*) Cf. §. seq. *y*) Cod. perperam C. Vid. supra Comm. II. §. 225. Goesch.

plus capere liceret [z]: item lex Marcia [a] adversus faeneratores, ut si usuras exegissent, de
G. §. 24. *his reddendis per manus iniectionem cum eis ageretur. §. Ex [b] quibus legibus, et si quae aliae similes essent, cum agebatur, manum sibi depellere et pro se lege agere [* licebat *]. nam et actor in ipsa legis actione non adiiciebat hoc verbum „pro iudicato", sed nominata causa, ex qua agebat, ita adiiciebat: „ob eam rem ego tibi manum iniicio": cum hi, quibus pro iudicato actio data erat, nominata causa, ex qua agebant, ita inferebant: „ob eam rem ego tibi pro iudicato manum iniicio". nec me praeterit, in forma [c] legis Furiae testamentariae „pro iudicato" verbum inseri, cum in ipsa lege non sit: quod vide-*
G. §. 25. *tur |nulla ratione factum. §. Sed [d] postea lege ......[e], excepto iudicato et eo, pro quo*
p. 197. *depensum est, ceteris omnibus, cum quibus per manus iniectionem agebatur, permissum est, sibi manum depellere et pro se agere . itaque iudicatus et is, pro quo depensum est, etiam post hanc legem vindicem dare debebant: et nisi darent, domum ducebantur . itaque [f] quamdiu legis actiones in usu erant, semper ita observabatur [g]: unde nostris temporibus [h] is, cum quo iudicati depensive agitur, iudicat[um] solvi satisdare cogitur.*
G. §. 26. *§. Per pignoris capionem lege agebatur de quibusdam rebus moribus, [* de quibus-*
G. §. 27. *dam *] [i] lege. §. Introducta est moribus rei militaris. nam propter stipendium licebat militi, ab eo, qui [aes tribuebat] [k], nisi daret, pignus capere: dicebatur autem ea pecunia, quae stipendii nomine dabatur, aes militare [l]. item propter eam pecuniam licebat pignus capere, ex qua e[quu]s emendus erat: quae pecunia dicebatur aes equestre [m]. item propter eam pecuniam, ex qua hordeum equis erat comparandum: quae pecunia dicebatur aes hor-*
G. §. 28. *diarium [n]. §. Lege autem introducta est pignoris capio, velut lege duodecim tabularum adversus eum, qui hostiam emisset, nec pretium redderet: item adversus eum, qui mercedem non redderet pro eo iumento, quod quis ideo locasset, ut inde pecuniam acceptam in*
p. 198. *dapem, id est, in sacrificium impenderet. |item lege [quoque] Thoria [o] data est pignoris captio publicanis [p] vectigal[ium pub]licorum populi Romani adversus eos, qui aliqua lege [ve]cti-*
G. §. 29. *galia deberent. §. Ex omnibus autem istis causis certis verbis pignus capiebatur; et ob id plerisque placebat, hanc quoque actionem legis actionem esse. quibusdam autem [* non *] placebat: primum quod pignoris captio extra ius peragebatur, id est, non apud praetorem, plerumque etiam absente adversario, cum alioquin [* aliquis *] [q] ceteris actionibus non*

---

z) Cf. §. seq. item supra Comm. II. §. 225. a) Lex *Marcia* anno urbis 402. assignanda videtur, ob locum Liv. VII. 21. Haub. b) Cf. supra h. C. §. 21. et infra §. 25. c) Sic; pro *formula*. Cf. C. van Bynkershoek ad L. 2. §. 7. de orig. iur. in Praetermissis ad eam Legem. (Opuscul. Tom. II. ed. Hal. pag. 21. 22.) d) Cf. supra h. C. §. 21. 22. e) An *villia?* An *velleia?* An, quod Huschkio placet, *valgia?* Savinius Gaium de lege *aquilia* loqui suspicatur. Goesch. Cf. praec. nota *l. Faria* Heffl. f) *eaque?* Heffl. g) *observabantur* cum Cod. Ver. Heffl. h) Cf. infra h. C. §. 102. i) *sive* Heffl. k) Sic restituit Nieb. Hist. Rom. ed. altera I. p. 488. In cod. Ver. est *distruebat*, ex quo Goesch. fecerat *distribuebat*. Cf. Gell. VII. 10. Varro de L. L. V. p. 180. ed. Spengel. l) Cf. Gell. VII. 10. m) Cf. Fest. v. *equestre aes* et Liv. I. 43. V. 7. 12. n) Cf. Fest. v. *Hordiarium aes*. o) Codex: „.... toria". An *Plaetoria?* Goesch. *censoria* Dirks. Cf. Fragm. de iure fisci §. 18. et Festus v. *produit*. Equidem restituere non dubitavi: „lege quoque Thoria" in qua pleraque de vectigalibus constituta fuisse iam satis superque constat. Kl. p) Cf. Cic. in Verr. lib. III. c. 11. q) Cod. „*cum alioquin ceteris actionibus non aliter uti possit*". (Malim *posset*). Brinkm. et Husch. nihil excidisse putant. Ille pro *non* legendum existimat *nemo*; hic tertiam verbi *posse* personam cum secunda mutat. Goesch. Nihil mutandum censuit Heffl. propter Gaii Comm. II. §. 37. et infra h. C. §. 179.

aliter uti possit, quam apud praetorem, praesente adversario: praeterea nefasto [r] quoque die, id est, quo non licebat lege agere, pignus capi poterat.

§. Sed istae omnes legis actiones paulatim in odium venerunt. namque ex nimia subtilitate veterum, qui tunc iura condiderunt, eo res perducta est, ut vel qui minimum erG. §. 30.
rasset, [litem] [s] perderet [t]. itaque per legem Aebutiam [u] et duas Iulias sublatae sunt istae legis actiones, effectumque est, ut per concepta verba, id est, per formulas litigaremus.
§. Tantum ex duabus causis permissum est [x] lege agere: damni infecti, et si centumvirale G. §. 31.
iudicium fit | — litt. 11 — | [y] cum ad centumviros itur, ante lege agitur sacramento apud praetorem urbanum vel peregrinum [z]. propter damn[um] vero infect[um] [a] nemo vult lege agere; sed potius s[tip]ula[tion]e, quae in edicto proposita est, obligat adversarium ...... [b] quod [et] commodius ius [et] plenius est. per pignoris [c] || — pag. 1. — |. |§. apparet .. [d] G. §. 32.
in ea forma, quae publicano proponitur, talis fictio est, ut quanta pecunia olim, si pignus p. 199. p. 200.
captum esset, id pignus is, a quo captum erat, luere deberet, tantam pecuniam condemnetur. §. Nulla autem formula ad condictionis fictionem exprimitur. sive enim pecuniam, G. §. 33.
sive rem aliquam certam debitam nobis petamus [e], eam ipsam dari [f] nobis oportere intendimus, nec ullam adiungimus condictionis fictionem. itaque simul intellegimus, eas formulas, quibus pecuniam aut rem aliquam nobis dare [g] oportere intendimus, sua vi ac potestate valere. eiusdem naturae sunt actiones commodati, fiduciae, negotiorum gestorum et aliae innumerabiles.

§. Habemus [h] adhuc alterius [i] generis fictiones in quibusdam formulis: velut cum is, G. §. 34.
qui ex [edicto] bonorum possessionem p[etiit], ficto se herede agit. cum enim praetorio iure et non legitimo succedat in locum defuncti, non habet dire[ct]as actiones, et neque id, quod defuncti fuit, potest intendere suum e[sse, neque id, quod defuncto de]bebatur, potest intendere [dare [g] sibi oportere: itaque [fict]o se herede intendit, veluti [hoc] m[odo]: „iudex esto. si Aulus Agerius", id est, ipse actor „| — litt. 18 — |, de quo agitur, ex iure Quiritium fuisse" | — litt. 18 — | [k] proposita simili [formu]la ita subiicitur: „tum si paret

---

r) Cf. Varro de l. l. VI. p. 210. 220. ed. Spengel. et Ovid. Fast. I. v. 47. 48. s) *rem* Heffl. t) Cf. supra h. C. §. 11. u) Cf. Gell. XVI. 10. x) Inter *permissum est* et *lege* in Cod. perperam inserta sunt haec: „*id legis actionem facere*". Goesch. y) „Tantum ex duabus causis permissum est *edicto legis actionem facere*: lege agere damni infecti et si centumvirale indicium *fuerit provocatum ideo* cum etc." Heffl. z) Cf. infra h. C. §. 95. item Gell. l. c. Cic. pro Caecina, c. 33. Orat. pro domo, c. 29. a) „peregrinum *pro parte, damni vero infecti*". Heffl. b) „*per magistratum*" Heffl. c) In seq. pag. nihil legi potuit. Idem tamen, de quo hic agitur, in ea continuari argumentum docent §. 32. 33. Goesch. Hefflerus haecce tentavit: „§. 32. Per pignoris] quoque capionem his quidem temporibus proprie lege non amplius agitur, sed tantum fictio in quibusdam actionibus adhibetur, quasi pignus lege captum esset, idque lege Iulia iudiciaria effectum est. Sunt autem plures eiusmodi fictiones, quae legitimis et civilibus actionibus accedunt. Quaedam enim actiones ad legis actionem aliquam ita exprimuntur, ut in condemnationem id deducamus, quod adversarius nostrum nobis dare facere praestare oporteret, si legis actio in eam rem comparata iure legitimo peracta esset. Itaque non pure et proprio obligationis iure agimus; sed per circuitum quendam, iure legis actionis. Sciendum tamen est, non ex omnibus causis, ex quibus olim lege agere licebat, nunc quoque per talem fictionem agere permitti, sed tantum ad legis actionem per pignoris capionem et .... idque ex ipsis formulis, quas praetor in edicto propositas habet, satis [apparet". d) *velut*, quod Goesch. coniecerat, in contextum recepit Heffl. e) Cf. supra h. C. §. 19. f) Sic in cod. Ver. scribitur, non *dare*, ut vulgo. g) *dari* Goesch. h) Cf. supra Comm. III. §. 32. et loc. ibi alleg. item Theoph. III. 9. §. 2. i) In cod. Ver. inseritur „*a*", cuius loco „*cuiusdam*" desiderat Heffl. k) Blumius librarium post verba „*ipse actor*" sic scripsisse coniicit: „*L. Titii heres esset, tum si eum fundum* de quo agitur ex iure Quiritium *eius esse oporteret*, *vel si in personam aga-*

G. §. 35. *Numerium Negidium Aulo* [* *Agerio* *] *sestertium decem milia dare oportere*". §. *Simili-*
p. 201. *ter*[l] *et bonorum emptor ficto se herede agit. sed interdum et alio modo agere solet.* |*nam*
ex persona eius, cuius bona emerit, sumpta intentione, convertit condemnationem in suam
personam, id est, ut quod illius esset, vel illi dare[m] *oporteret, eo nomine adversarius huic*
condemnetur: quae species actionis appellatur Rutiliana, quia a praetore Publio Rutilio[l],
qui et bonorum venditionem introduxisse dicitur, comparata est. superior autem species
G. §. 36. *actionis, qua ficto se herede bonorum emptor agit, Serviana vocatur.* §. [* *Eiusdem ge-*
(cf. I. §. 34.) *neris est Publiciana actio* *]. *datur autem haec actio ei, qui ex iusta causa traditam sibi*
rem nondum usucepit, eamque amissa possessione petit. nam quia non potest eam ex iure
Quiritium suam esse intendere, fingitur rem usucepisse, et ita quasi ex iure Quiritium do-
minus factus esset, [*intendit*] *hoc modo: „iudex esto. si quem hominem Aulus Agerius*
emit ..[n] *ei traditus est, anno possedisset, tum si eum hominem, de quo agitur, eius ex*
G. §. 37. *iure Quiritium esse oporteret*", *et reliqua.* §. *Item*[o] *civitas Romana peregrino fingitur, si*
eo nomine agat, aut cum eo agatur, quo nomine nostris legibus actio constituta est, si
modo iustum sit, eam actionem etiam ad peregrinum extendi: velut si furti agat peregri-
nus, aut cum eo agat[*ur*], *formula ita concipitur: „iudex esto. si paret* [* *ope* *] *consi-*
liove[p] *Dionis .. filii*[q] *furtum factum esse paterae aureae, quam ob rem eum, si civis Ro-*
manus esset, pro fure damnum decidere oporteret", *et reliqua. item si peregrinus furti*
p. 202. *agat, civitas ei Romana fingitur. similiter si ex lege Aquilia peregrinus damni* |*iniuriae*
G. §. 38. *agat, aut cum eo agatur, ficta civitate Romana iudicium datur.* §. *Praeterea*[r] *aliquando*
fingimus, ad[*vers*]*arium nostrum* [*capite*] *diminutum non esse. nam si ex contractu nobis*
obligatus obligatave sit, et capite diminutus diminutave fuerit, velut mulier per coemptio-
nem, masculus per arrogationem, desinit iure civili debere nobis, nec directo intendere
... [s], *dare eum eamve oportere: sed ne in potestate eius sit, ius nostrum corrumpere, in-*
troducta est contra eum eamve actio [*ut*]*ilis, rescissa capitis diminutione, id est, in qua*
fingitur capite diminutus diminutave non esse.
G. §. 39. §. *Partes autem formularum hae sunt: demonstratio, intentio, adiudicatio, condem-*
G. §. 40. *natio.* §. *Demonstratio*[t] *est ea pars formulae, quae praecipue id*[*eo*][u] *inseritur, ut de-*
monstretur res, de qua agitur. velut haec pars formulae: „quod Aulus Agerius Numerio
Negidio hominem vendidit". *item haec: „quod Aulus Agerius* [* *apud* *] *Numerium Negi-*
G. §. 41. *dium* [*ho*]*minem deposuit*". §. *Intentio*[v] *est ea pars formulae, qua actor desiderium suum*

---

tur praeposita simili fictione formula etc." Goesch. „Si Aulus Agerius, id est ipse actor, *L. Seii heres esset, tum si is fundus*, de quo agitur, ex iure Quiritium *eius esset: vel si quid debebatur L. Seio* praeposita simili *fictione intentio* ita subiicitur" Heff. *l*) Cf. supra Comm. III. §. 80. 81. item Theoph. III. 12. pr. De Publio Rutilio praetore cf. Ulp. L. 1. §. 1. D. de bon. libertor. XXXVIII. 2. *m*) *dari* Goesch. *n*) „*tum si*" vel „*inde si*" coniicit Heff. *o*) Cf. Cic. in Verr. lib. II. c. 12. *p*) Cf. Paul. L. 53. §. 1. D. de verb. sign. L. 16. *q*) Cod. *filio*. Legendum videtur *Dionis et filii*. Intermediis ductibus patris nomen contineri existimo. Nieb. An: Dionis *Servii* filii? Bl. Ego, ne Blumio assentiar, eo impedior, quod peregrino nomine opus est. Goesch. Iam nunc teste Heffero legendum Niebuhrio videtur: „*Dionis Servio filio*". *r*) Cf. supra Comm. III. §. 84. et Comm. I. §. 162. *s*) Sententiae conveniret „*licet*". Goesch. „*iure licet*" Heff. *t*) Cf. Paul. in Collat. Tit. II. §. 6. *u*) *illic* Heff. *v*) Cf. Scholia Graeca ad Theoph. Fabrot. §. 13. h. t. „*Ἰντεντίων ἐστιν ἡ ἐπίτασις ἤτοι τὸ διήγημα καὶ ἀφήγησις τοῦ πράγματος*".

concludit. velut haec pars formulae[x]: „si paret, Numerium Negidium Aulo Agerio sestertium decem milia dare oportere". item haec: „quidquid paret Numerium Negidium Aulo Agerio dare facere [* oportere *]". item haec: „si paret, hominem ex iure Quiritium Auli Agerii esse". §. Adiudicatio est ea pars formulae, qua permittitur iudici rem alicui ex G. §. 42.
litigatoribus adiudicare: velut si inter coheredes familiae erciscundae agatur, aut inter so- (cf. I. §. 20.)
cios communi dividundo, aut inter vicinos finium regundorum. nam illi[c ita est]:[y] „quantum adiudicari oportet, iudex Titio adiudicato". §. Condemnatio est ea pars formulae, G. §. 43.
qua iud[ici] condemnandi |absolvendive potestas p[er]mittitur. velut haec pars formulae: p. 203.
„iudex Numerium Negidium Aulo Agerio sestertium decem milia condemna: si non paret, absolve". item haec: „iudex Numerium Negidium Aulo Agerio dumtaxat [* decem milia *] condemna[z]: si non paret, absolvito". item haec: „iudex Numerium Negidium Aulo Agerio[a] condemnato" et reliqua, ut non adiiciatur: „[dumtaxat decem milia]"[b]. §. [*Neque tamen semper*][c] istae omnes partes simul inveniuntur, sed quaedam G. §. 44.
inveniuntur, quaedam non inveniuntur. certe intentio aliquando sola invenitur, sicut in praeiudicialibus formulis: qualis est, qua [qua]eritur, aliquis[d] libertus sit, vel quanta dos sit, et aliae complures[e]. demonstratio autem et adiudicatio et condemnatio numquam solae inveniuntur: nihil [*enim*][f] omnino sine intentione[g] vel condemnatione valet [* demonstratio *]; item condemnatio sine demonstratione vel intentione vel adiudicatione[h] nullas vires habet: ob id numquam solae inveniuntur.

§. Sed eas quidem formulas, in quibus de iure quaeritur, [in ius] conceptas voca- G. §. 45.
mus. quales sunt, quibus intendimus nostrum esse aliquid ex iure Quiritium, aut nobis dare[i] oportere, aut pro fure damnum [* decidi oportere: in *][k] quibus iuris civilis intentio est. §. Ceteras vero in factum conceptas vocamus, id est, in quibus nulla talis inten- G. §. 46.
tionis concep[tio] est; sed initio formulae nominato eo, quod factum [est], adi[iciun]tur ea verba, per quae iudici damnandi absolvendive potestas datur. qualis[l] est formula, qua utitur patronus contra libertum, qui eum contra edictum praetoris in ius vocat: |nam in p. 204.
ea ita est: „recuperatores sunto. si paret, illum patronum ab illo liberto contra edictum illius praetor[is] in ius vocatum esse, recuperatores illum libertum illi patrono sestertium decem milia condemnanto: si non paret, absolvunto". ceterae quoque formulae, quae sub titulo de in ius vocando propositae sunt, in factum conceptae sunt: velut adversus eum,

---

x) *est* e cod. Ver. add. Hefft. y) Cf. infra h. C. §. 51. z) Pro *condemna* malim *condemnato*. Goesch. a) Inserit cod. Ver. „x *milia*", quae suadente Puchta e contexto relegavi. Kl. b) „*Si non paret absolvito*" Goesch. Magis ad vestigia codicis restitui „*dumtaxat decem milia*" suadente Puchta. Kl. c) Unterholznero legendum videtur: „*nec tamen* (vel: *sed vix*) *unquam istae*" etc. Goesch. d) *an quis?* Kl. e) Cf. Theophil. IV. 6. §. 13. f) *enim* auctoritate codicis om. Hefft. g) Hic desiderari „*vel adiudicatione*", quod infra abundat, iam olim vidi, et nuper Blumius apud Heffterum ad h. l. coniecit haec verba ex illo loco huc translocanda esse. Verum quo minus huic accedam obstat id, quod dudum viri docti observaverunt (vid not. seq.), vocabulum *adiudicatio* iterum in sequentibus desiderari. Kl. h) Verba *vel adiudicatione* iam olim offenderant Niebuhrium et Brinkmannum. Nuper in disceptationem vocata sunt ab Unterholznero, qui sic legendum existimat: „item condemnatio *vel adiudicatio* sine demonstratione vel *intentione nullas vires habent*". Equidem malim: „item *adiudicatio* vel condemnatio sine demonstrat. vel intent. null. vir. habet". Goesch. i) *dari* Goesch.
k) Cf. supra h. C. §. 37. l) Cf. infra h. C. §. 183. item §. ult. Inst. de poen. temere litigant. IV. 17. Ulpian. L. 25. § 1. D. de oblig. et act. XLIV. 7. et L. 24. de in ius voc. II. 4. Modestin. L. 23. eod.

qui in ius vocatus neque venerit, neque vindicem dederit; item contra eum, qui exemerit eum, qui in ius vocatur. et denique innumerabiles eiusmodi aliae formulae in albo propo-
G. §. 47. *nuntur.* §. *Sed* [m] *ex quibusdam causis praetor et in ius, et in factum conceptas formulas proponit, vel[ut]* [n] *depositi et commodati. illa enim formula, quae ita concepta est: „iudex esto. quod Aulus Agerius apud Numerium Negidium mensam argenteam deposuit, qua de re agitur* [o], *quidquid ob eam rem Numerium Negidium Aulo Agerio dare facere oportet ex fide bona eius, id iudex Numerium Negidium Aulo Agerio condemnato ..: si non paret, absolvito", in ius concepta est. at illa formula, quae ita concepta est: „iudex esto. si paret, Aulum Agerium apud Numerium Negidium mensam argenteam deposuisse, eamque dolo malo Numerii Negidii Aulo Agerio redditam non esse, quanti ea res erit, tantam pecuniam iudex Numerium Negidium Aulo Agerio condemnato: si non paret, absolvito", in factum concepta est. similes etiam commodati formulae sunt* [p].

I. §. 31. §. [q] Praeterea quasdam actiones arbitrarias [r], id est ex arbitrio iudicis pendentes, appellamus; in quibus, nisi arbitrio iudicis is, cum quo agitur, actori satis faciat, veluti rem restituat vel exhibeat vel solvat, vel ex noxali causa servum dedat, condemnari debeat. sed istae actiones tam in rem, quam in personam inveniuntur [s]: in rem, veluti Publiciana, Serviana de rebus coloni, quasi Serviana, quae [t] etiam hypothecaria vocatur; in personam, veluti quibus de eo agitur, quod [u] aut metus causa, aut dolo malo factum est; item cum id, quod certo loco promissum est, [v] petitur. ad exhibendum quoque actio ex arbitrio iudicis pendet. in his enim actionibus et ceteris similibus [x] permittitur iudici ex bono et aequo secundum cuiusque rei, de qua actum est, naturam aestimare quemadmodum actori satis fieri oporteat.

G. § 48. §. *Omnium autem formularum, quae condemnationem habent, ad pecuniariam ae-*
p. 205. *stimationem condemnatio concepta est. itaque etsi corpus aliquod peta|mus, [velut] fundum* [y] *......* [z] *vestem | — litt. 14 — |* [a], *iudex non ipsum rem condemnat eum, cum [quo]*
G. §. 49. *actum est, sicut olim fieri solebat, [* sed *] aestimata re pecuniam eum condemnat.* §. *Con-*
G. §. 50. *demnatio autem vel certae pecuniae in formula ponitur, vel incertae.* §. *Certae pecuniae*

m) Cf. infra h. C. §. 60. n) An *verbi gratia*? Heff. o) Cf. Cic. pro Mur. c. 13. p) Sequitur spatium vacuum. q) Aptius hic Institutionum locus collocatus esset supra post §. 30. (pag. 230.); verum supra praetermissus non tanti momenti videtur, ut prioribus iam prelo mandatis non sufficiat brevis haec admonitio. r) Cf. not. b ad §. 28. h. t. pag. 229. Ulp. L. 14. §. D. quod met. c. IV. 2. Paul. L. 18. D. de dolo malo. IV. 3. Id. L. 46. 47. Ulp. L. 68. D. de rei vind. VI. 1. Paul. L. 7. D. si serv. vind. VIII. 5. Ulp. L. 11. Paul. L. 17. §. 1. Gai. L. 30. Ulp. L. 42. §. 2. D. de noxal. act. IX. 4. Paul. L. 2. §. 1. Marcian. L. 5. Marcell. L. 8. D. de in lit. iur. XII. 3. Tot. tit. D. de eo quod certo loco XIII. 4. Marcian. L. 16. D. de pignor. XX. 1. Modestin. L. 1. D. de re iud. XLII. 1. Id. L. 11. D. de except. XLIV. 1. Pompon. L. 9. §. 1. D. de furtis XLVII. 2. Diocl. et Max. L. 7. Cod. ad exhibendum. III. 42. s) Cf. Ulp. cit. L. 68. D. de rei vind. t) *etiam* om. Bi. Cf. §. 7. supra h. t. u) *vel* ins. Hal. et Cod. Erlang. sed non agn. Theoph. v) *alio loco* ins. Bu. x) Adde superioribus (vid. not. r.) allegationibus Paul. L. 5. D. si quid in fraud. patroni XXXVIII. 5. Venul. Saturnin. L. 8. Ulp. L. 10. Id. L. 2. Gai. L. 3. D. fin. regund. X. 1. Id. L. 45. D. de aedil. ed. XXI. 1. Pompon. L. 8. §. 1. D. rer. amotar. XXV. 2. y) Ita contextum in Add. (p. 521.) supplevit Goesch. Editum antea nihil erat, praeter illud: „petatur ....." z) *mancipium* bene coniecit ex scripturae vestigiis. Heff. a) Fortasse scriptum erat compendiis: *aurum, argentum, aes* (vel *arte*) *mutatum*, quod alias dicitur *factum*. Ceterum illarum rerum frequentissima est coniunctio apud ICtos. vid. Comm. II. §. 13. 20. 200. Heff. Malim *argentum vel aurum*, quod paene cum codicis scripturae vestigiis congruit et usitatius est. Kl.

in ea formula, qua certam [pecuniam petimus]; nam illic ima parte f[ormu]lae ita [est]: „iudex Numerium Negidium Aulo Agerio sestertium decem milia condemna: si non paret, absolve". §. Incertae[b] *vero condemnatio pecuniae duplicem significationem habet. est* G. §. 51. *enim una [cum] aliqua praefinitione, quae vulgo dicitur cum taxatione; velut si inc[er]tum aliquid petamus: nam illic [ima pars fo]rmulae ita concipitur*[c]*: „iudex Numerium Negidium Aulo Agerio dumt[axat decem]*[d] *milia condemna: si non paret, absolve". [diver]sa est, quae infini[ta est: vel]ut si rem aliquam a possidente nostram esse petamus, id est, si in rem agamus, vel ad exhibendum. nam illic ita est: „quanti ea res erit, tantam pecuniam Numerium Negidium Aulo Agerio condemna: si non paret, absolvito".*

§. Curare autem debet iudex, ut omni modo[e] quantum possibile ei sit certae pecuniae vel rei sententiam ferat, etiamsi[f] de incerta quantitate apud eum actum est[g].

§. ....[h] *iudex si condemnat, certam* I. §. 32.
p[ecuni]am condemnare debet, etsi certa pecunia in condemnatione posita non sit. debet G. §. 52. *autem iudex attendere, [ut, cu]m certae pecuniae condemnatio posita sit, neque maioris, neque minoris summa petita condemnet: alioquin litem suam facit. item si taxatio posita sit, ne pluris condemnet, quam taxat[um] sit: alias enim similiter litem suam facit. minoris autem damnare [ei p[ermi]ssum est* | — litt. 29 — | — vers. 2 — | — litt. 16 — | *intendere debent* p. 206. | — litt. 21 — | *condemnatione constringi* ... | — vers. 3 — |.

§. Si quis agens[i] intentione sua plus complexus fuerit, quam ad eum pertineat[k], causa cadebat, id est rem amittebat[l], nec facile in integrum a praetore restituebatur, nisi minor erat viginti quinque annis. huic enim sicut in aliis causis causa cognita succurrebatur, si lapsus iuventute fuerat, ita et in hac causa succurri solitum erat[m]. sane si tam magna causa iusti erroris interveniebat, ut etiam constantissimus quisque labi posset,

§. Si quis intentione p[lus] complexus I. §. 33.
[fuerit] .... [rem] perdit, nec a prae- G. §. 53.
tore in in[tegrum restituitur] ..... [quibusd]am casibus | — litt. 28 — | — vers. 2 — | *modis petitur: re. tempo[re]* | — litt. 24 — | *quae enim* | — litt. 28 — | *ex parte res est, totam rem* | — litt. 18 — | — vers. 2 — | *dari promissum* | — litt. 28 — | — vers. 1 — | *„dare spondes? dare spondeo"* | — litt. 15 — | — vers. 1 — | *dare . plus* | — litt. 30 — | — vers. 2 — | *[petere*[n] *id* p. 207.

---

b) Cf. Fest. s. v. *Taxat*, et Diocl. et Max. L. 3. Cod. de inut. stip. VIII. 39. c) Cum Hefflero in contextum posuimus, quae iam Goesch. ita coniecerat. Editum erat „*petamus* .... *formulae ita* .. *iudex*". d) Cf. supra h. C. §. 43. e) *omnino* Hal. f) *si* Cod. Erlang. g) Tit. Cod. de sententiis q. sine certa quantitate prof. VII. 46. h) Quae in codice apparent notam esse suspicatur Hefflerus et haec, quae in contexto posuit: „Q. D. E. R. E. V. E." ita dissolvit „*Quod de ea re ei visum est*". De formula *quod de ea re* attulit Val. Prob. ed. Gothofr. p. 1475., de formula *visum est* Petr. Diac. p. 1525. Gothofr. de tota formula supra Comm. III. §. 224. i) *in* ins. Hal. G. Be. k) *a* ins. Hal. l) Cf. Diocl. et Max. L. 2. Hermogen. Cod. de calumn. et plus petendo V. (Schulting. p. 712.) Zeno L. 1. Iustinian. L. 2. 3. Cod. de plus petit. III. 10. Cf. item Plaut. Mostell. III. 1. §. 121. sqq. Cic. pro Rosc. Com. c. 4. Sueton. Claud. c. 14. Senec. ep. 48. m) Cf. Ulp. L. 1. L. 18. §. 5. D. de minorib. IV. 4. n) Quae ab initio huius paragraphi partim mutilata leguntur, partim omnino desiderantur, ea restituendi periculum fecit Hefflerus hunc in modum: „Si quis intentione plus complexus *fuerit, quam ad eum pertineat*, rem perdit, nec a praetore in integrum restituitur, *nisi in quibusdam* casibus, in *quibus actori succurritur propter aetatem*, *vel si tam magna causa iusti erroris intervenerit*, *ut etiam constantissimus quisque labi posset* . *plus autem quatuor* modis petitur: *re*, *tempore*, *loco*, *causa* . *re*, *veluti si quis pro* x milibus, quae ei *debebantur*, xx *milia petierit*, *aut si is*, *cuius* ex parte res est, totam rem *vel maiore ex parte suam esse*

etiam maiori viginti quinque annis succurrebatur [o]; veluti si quis totum legatum petierit, post deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta sit, aut quibusdam aliis legata data sint, quae efficiebant, ut plus petiisse videretur petitor, quam dodrantem, atque ideo lege Falcidia legata minuebantur [p]. Plus autem quatuor modis petitur: re, tempore, loco, [q] causa [r]. re, veluti si quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti petierit; aut si is, cuius ex parte res est, totam eam vel maiore ex parte [s] suam esse intenderit. tempore, veluti si quis ante diem vel ante condicionem petierit; qua ratione enim qui tardius solvit, quam solvere deberet, minus solvere intellegitur, eadem ratione qui praemature petit, plus petere videtur. loco plus petitur, veluti cum quis id, quod certo loco [t] sibi stipulatus est,
G. §. 54. alio loco petat [u] sine commemoratione illius loci, in quo sibi dari stipulatus est [x], verbi gratia si is, qui ita stipulatus fuerit: „Ephesi dare spondes?" Romae pure intendat sibi dari oportere. ideo autem plus petere intellegitur, quia utilitatem, quam habuerit [y] promissor, si Ephesi solveret, adimit ei pura intentione, propter quam causam alio loco petenti arbitraria actio proponitur [z], in qua scilicet ratio habetur utilitatis, quae promis-

e[tiam] non adiecto loco. Causa plus petitur velut si quis in intentione tollat electionem debitoris, quam is habet obligationis iure. velut si quis ita stipulatus sit: „sestertium decem milia, aut hominem Stichum dare spondes?" deinde alterutrum ex his petat: nam quamvis petat, quod minus est, plus tamen petere videtur, quia potest adversarius interdum facilius id praestare, quod non petitur. similiter si quis genus stipulatus sit, deinde speciem petat. velut si quis p[urpur]am stipulatus sit generaliter, deinde Tyriam specialiter petat: quinetiam l[ic]et vilissimam petat, idem iuris est propter eam rationem, quam proxime diximus. idem iuris est si quis generaliter hominem stipulatus sit, deinde nominatim aliquem petat, velut Stichum, quamvis vilissimum. itaque sicut ipsa stipulatio concepta est, ita et intentio formulae concipi debet. §. Illud [a] satis apparet, in incertis formulis plus peti non posse, quia cum certa quantitas non petatur, sed quidquid adversarium dare, facere oport[ea]t [b] intendatur, nemo potest plus intendere. idem iuris est et si [c] in rem incertae partis actio data sit; velut [potest] heres [d], quantam partem petat in eo fundo, quo de agitur, [nes]cius esse: quod genus actionis in paucissimis causis dari solet.

---

intenderit . tempore: veluti si quis ante diem vel conditionem petierit. loco plus petitur: veluti cum quis id, quod certo loco dari promissum *erat, alio loco petit, sine commemoratione eius loci . v. gr. si in stipulatione ita erat:* „x milia *Capuae* dare spondes? dare spondeo", *deinde detracta loci mentione x milia Romae pure intenderit:* „Si paret *N. N. A. A.* x *milia S. S.* dare oportere. plus *repetere* enim *intellegitur, quia promissori pura intentione utilitatem adimit, quam haberet, si Capuae solveret. Si quis tamen eo loco agat, quo dari promissum est, potest* petere". o) Cf. Ulp. L. 1. D. ex quib. caus. maior. i. i. rest. IV. 6. p) Cf. supra §. 3. 4. Inst. de leg. Falc. II. 22. q) *et* ins. Hal. r) Paul. sent. rec. I. 10. „*Causa cadimus aut loco, aut summa, aut tempore, aut qualitate: loco, alibi; plus, tempore, repetendo ante tempus; qualitate, eiusdem speciei rem meliorem postulantes*". s) *vel maiorem partem* Hal. Bu. t) *dari* ins. Hal. u) *petit* Hal. Cf. Ulp. L. 2. D. de eo quod certo loco XIII. 4. et pass. eod. tit. x) *fuerit* G. Be. y) *habuerit* recepi ex edit. 1472. *haberet* Hal. Charond. Al. *habuit* G. Bi. Be. Bu. z) Cf. Gai. L. 1. D. tit. cit. a) Cf. Cic. pro Rosc. Com. c. 4. b) *oporteret* cum cod. Hefft. c) Cf. Gai. L. 76. §. 1. D. de rei vind. VI. 1. Paul. L. 8. §. 1. D. communi div. X. 3. d) *velut si heres* cum ed. princ. Goesch. Hefft.

sori competitura fuisset, si illo loco solveret, quo se soluturum spopondit [e]; quae utilitas plerumque in mercibus maxime [f] invenitur, veluti vino, oleo, frumento, quae per singulas regiones diversa habent pretia [g]; sed et pecuniae numeratae non in [h] omnibus regionibus sub iisdem [i] usuris faenerantur. si quis tamen Ephesi petat, id est eo loco petat, quo ut sibi detur stipulatus est, pura actione recte agit; idque etiam praetor monstrat, scilicet quia utilitas solvendi salva est promissori. huic autem, qui loco plus petere intellegitur, proximus est is, qui causa plus petit; ut ecce si quis ita a te stipulatus sit [k]: „hominem Stichum aut decem aureos dare spondes?" deinde alterutrum [l] petat, veluti hominem tantum, aut decem aureos tantum [m]: ideo autem plus petere intellegitur, quia in eo genere stipulationis promissoris est electio [n], utrum pecuniam an hominem solvere malit; qui igitur pecuniam tantum, vel hominem tantum sibi dari oportere intendit, eripit electionem adversario et eo modo suam quidem condicionem meliorem facit, adversarii vero [o] deteriorem. qua de causa talis in ea re prodita est actio, ut quis [p] intendat hominem Stichum aut aureos decem sibi dari oportere, id est ut eodem modo peteret, quo [q] stipulatus est. praeterea si quis generaliter hominem stipulatus sit [r] et specialiter Stichum petat; aut generaliter vinum stipulatus [s] specialiter Campanum petat; aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter Tyriam petat, plus petere intellegitur, quia electionem adversario tollit, cui stipulationis iure liberum fuit aliud solvere, quam quod peteretur [t]. quinetiam licet vilissimum sit quod quis [u] petat, nihilominus plus petere intellegitur, quia saepe accidit, ut promissori facilius sit illud solvere, quod maioris pretii est. sed haec quidem antea in usu fuerunt [x]; postea autem [y] lex Zenoniana [z] et nostra [a] rem coarctavit [b], et siquidem tempore plus fuerit petitum, quid statui oporteat [c], Zenonis divae memoriae loquitur constitutio; sin autem quantitate vel alio modo plus fuerit petitum, [d] omne, si quod [e] forte damnum, ut in sportulis [f], ex hac causa acciderit ei, contra quem plus petitum fuerit, commissa tripli condemnatione, sicut supra [g] diximus, puniatur.

§. Si minus [h] intentione [i] complexus fuerit actor, quam ad eum pertineat, veluti si, cum ei decem [k] deberentur, quinque sibi dari oportere intenderit; aut si [l], cum totus fundus I. §. 34. (cf. G. §. 56.)

---

e) Verba *quo se soluturum spopondit*, omissa a G. Bi. Be. Bu. admisi, quippe quae a Theoph. agnosci videantur, et in veteribus libris legantur. f) *maxima* Hal. G. g) Cf. Gai. L. 3. D. tit. cit. h) *in* om. Cod. Erlang. i) *eisdem* Hal. k) *stipuletur* Hal. G. Be. Cf. Ulp. L. 75. §. 8. D. de V. O. XLV. 1. l) *alterum* Hal. m) Cf. Ulp. L. 2. §. 3. D. tit. cit. n) Cf. Ulp. L. 10. §. 6. D. de iure dot. XXIII. 3. o) *sui* add. Hal. G. Be. p) *ut si quis* Bi. Cf. Ulp. cit. L. 75. de V. O. q) *sibi* ins. Bi. Be. Bu. r) Cf. Paul. L. 2. §. 1. D. de V. O. XLV. 1. Iulian. L. 32. pr. D. de cond. indeb. XII. 6. s) *sit, et* add. Hal. *sit* add. Cod. Erlang. t) Cf. Iavol. L. 52. D. mandati XVII. 1. Paul. L. 4. D. de tritico, vino XXXIII. 6. u) *plus* G. Be. x) *fuerunt* Hal. G. y) *vero* Hal. z) Laudatur etiam §. seq. h. t. et infra §. 10. Inst. de exception. IV. 13. Non extat in Iust. Codice, nisi quod in recentioribus codicis edd. a Cuiacio (obs. XII. c. 21.) ex Basilicis facta restitutio legitur primo loco in Cod. de plus petitionibus. III. 10. a) Sermo est de constitutione Graeca, quam nisi „*a dno Petro de Cordona translatam de greco in latinum*" non habemus, primum publici iuris factam a Contio in codicis editione, quae prodiit 1571. ex quo tempore ea legitur secundo loco in tit. Cod. de plus petit. III. 10. Epitomen ipsius Graecae constitutionis ex Basilicis exhibuerat Cuiacius (obs. XII. 21.) quam atque sub eodem illo numero cum sola versione in codicis editionibus legimus. Cf. Hach. in „*Zeitschr. f. gesch. Rechtsw.*" vol. 5. p. 213. atque quae dixi ad §. 24. h. t. pag. 229. not. k. b) *coercuit* G. Be. c) *oportet* G. Bi. *statuit oporteat* Be. d) *in* ins. Hal. e) *si quid* Bu. f) *ut in sportulis* om. Hal. agn. Theoph. g) Cf. §. 24. supra h. t. h) *in* ins. Hal. G. Be. i) *sua* add. Hal. k) *aurei* add. Hal. et Cod. Erlang., sed non agn. Theoph. l) *si* om. Bi. Bu.

eius esset, partem dimidiam suam esse petierit, sine periculo agit; in reliquum enim nihilominus iudex adversarium in eodem iudicio [m] condemnat ex constitutione divae memoriae Zenonis [n].

I. §. 35. G. §. 55. §. Si quis aliud pro alio intenderit [o], nihil eum periclitari placet, sed in eodem iudicio cognita veritate errorem suum corrigere ei [p]
p. 208. permittitur [q], veluti si is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit, aut si quis ex testamento sibi dari oportere intenderit quod ex stipulatu debetur [r].

§. Item palam est, si quis aliud pro alio intenderit, nihil eum periclitari, eumque ex integro agere posse, quia | — lin. 26 — | [s] *si is, qui hominem Stichum* |*petere deberet, Erotem petierit; aut si quis ex testamento dare* [t] *sibi oportere intenderit, cui ex stipulatu debebatur; aut si cognitor* [u], *aut procurator intenderit, sibi dare* [x] *oportere.*

G. §. 56. (cf. I. §. 34.) *§. Sed plus quidem intendere, sicut supra* [y] *diximus, periculosum est: minus autem intendere licet; sed de reliquo* [z] *intra eiusdem praeturam agere non permittitur. nam qui*
G. §. 57. *ita agit, per exceptionem excluditur: quae exceptio appellatur litis dividuae. §. At si in condemnatione plus petitum* [a] *sit, quam [oportet], actoris qui[dem] periculum nullum est, sed [* reus, cum *] iniquam formulam acceperit, in integrum restituitur, ut minuatur condemnatio. si vero minus positum fuerit, quam oportet, hoc solum [* actor *] consequitur, quod posuit: nam tota quidem res in iudicium deducitur, constringitur autem condemnationis fine* [c], *quam iudex egredi non potest. nec ex ea parte praetor in integrum restituit: facilius enim reis praetor succurrit, quam actoribus. loquimur autem exceptis minoribus viginti quinque annorum; nam* [d] *huius aetatis hominibus in omnibus rebus lapsis praetor*
G. §. 58. *succurrit. §. Si in demonstratione plus aut minus positum sit, nihil in iudicium deducitur, et ideo rés in integro manet: et hoc est, quod dicitur, falsa demonstratione rem non*
G. §. 59. *perimi. §. Sed sunt, qui putant, minus recte comprehendi. nam qui forte Stichum et Erotem e[me]rit, recte videtur ita demonstrare: „quod ego de te hominem Erotem emi"; et*
p. 209. *si velit, de Sticho alia formula idem* [e] *agat: quia verum est, eum,* |*qui duos emerit, singulos q[uoque] emisse: idque ita maxi[me] Labeoni visum est. sed si is, qui unum emerit, de duobus egerit, falsum demonstrat. idem et in aliis actionibus est, velut commodati,*
G. §. 60. *depositi. §. Sed [no]s apud quosdam scriptum invenimus, in actione depositi et denique in ceteris omnibus, quibus damnatus unus[qu]isque ignominia notatur, eum, qui plus, quam oporteret, demonstraverit, litem perdere. velut si quis, una re deposita, duas res deposuisse demonstraverit: aut* [f] *si is, cui pugno mala percussa est, in actione iniuriarum, esse aliam*

---

m) *ei* ins. Hal. n) Cf. constitutiones in nott. s. a praecedentibus citt. o) Cf. supra §. 33. Inst. h. t. p) *ei* om. Bi. q) *permittimus* G. Be. Bu. Cf. Sever. et Anton. L. 3. Cod. de edendo II. 1. r) Cf. Iulian. L. 84. §. 5. D. de legat. 1. XXX. Ulp. L. 6. D. de exc. rei iud. XLIV. 2. s) „*quia per errorem nihil agi iudicio videtur, velut si is*" auctore Blumio in contextum recepit Hefft. t) *dari* Goesch. u) Cf. infra h. C. §. 122. x) *dari* Goesch. y) Vid. supra h. C. §. 53. z) Cf. infra h. C. §. 122. a) Ita cum Hefftero e cod. Ver. restituimus, licet non sine specie veritatis ex iis, quae sequuntur, Hollwegio auctore *positum* ediderit Goesch. Kl. b) Cf. infra h. C. §. 68. c) Cf. supra h. C. §. 52. d) Cf. supra Comm. II. §. 163. e) Siglam vocabuli *idem* haud recte explicatam et per „*iudicio*" explicandam esse censet Hefft. f) Cf. Ulp. L. 7. pr. §. 2. sqq. D. de iniur. XLVII. 10. et Collat. leg. Rom. et Mos. II. 6.

partem corporis percussam sibi, demonstraverit. quod an debeamus credere verius esse, diligentius requiremus. certe cum duae sint depositi formulae, alia in ius concepta, alia in factum, sicut [su]pra[g] *quoque notavimus, et in ea [qui]dem formula, quae in ius concepta est, initio res, de qua agitur, demonstretur, tum designetur, deinde inferatur iuris contentio his verbis: „quidquid ob eam rem illum mihi dare facere oportet"; in ea vero, quae in factum concep[ta est],* | — litt. 30 — |[h] *[re]s, de q[ua agitur], designetur his verbis: „si paret, illum apud illum deposuisse": dubitare non debemus, quin si quis in formula, quae in factum composita est, plures res designaverit, quam deposuerit, i[item] per-* p. 210.
dat; quia in intentione plus po[suit[i]*, quam oportebat* | — pag. 2 — |. p. 211.

§. Sunt[k] praeterea quaedam actiones, quibus non[l] solidum, quod nobis debetur, I. §. 36.
persequimur[m], sed modo solidum consequimur[n], modo minus. ut ecce si in peculium filii servive agamus[o]; nam si non minus in peculio sit, quam persequimur, in solidum pater dominusve[p] condemnatur; sin vero minus inveniatur, eatenus condemnat iudex, quatenus in peculio sit. quemadmodum autem peculium intellegi debeat, suo ordine[q] propo-
nemus. §. Item si de dote iudicio mulier[r] agat, placet eatenus maritum condemnari de- I. §. 37.
bere, quatenus facere possit, id est quatenus facultates eius patiuntur[s]. itaque si dotis quantitati concurrant facultates eius, in solidum damnatur; si minus, in tantum, quantum facere potest. propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur; nam ob impensas in res dotales factas marito[t] retentio concessa est, quia ipso iure necessariis sumptibus dos
minuitur, sicut ex latioribus digestorum libris[u] cognoscere licet. §. Sed et si quis cum I. §. 38.
parente suo patronove agat[x], item si socius cum socio iudicio societatis agat[y], non plus actor consequitur, quam adversarius eius facere potest. idem est, si quis ex donatione sua conveniatur[z].

§. Compensationes quoque oppositae plerumque efficiunt, ut minus quisque consequatur, quam ei debebatur[a]. namque[b] ex bono et aequo habita ratione eius, quod in- I. §. 39.

§. *[In bonae fidei iudiciis libera potestas permitti videtur iudici ex bono et aequo aestimandi, quantum actori restitui debeat. In quo et illud]*[c] *[contin[etur, ut h]abi[ta* G. §. 61. (cf. I. §. 30.) p. 212.

g) Vid. h. C. §. 47. h) Legendum videtur: „*sine demonstratione in intentione*" Goesch. Hanc coniecturam licet ante vocabulum *intentione* aliquid deesse videretur, v. gr. *ipsa* vel *sola*, in contextum recepit Heff. i) *posuit* coniecerat Goesch. reliqua restituit Heff. k) Quae hoc loco ex Iustiniani institutionibus sequuntur, non a Gaio praetermissa, sed nobis tantum latere videntur; ideoque ab Heffero inter Gaiana maximam partem recepta sunt, eorum loco, quae in paginis antecedentibus legi non possunt. l) *semper* ins Hal. m) λαμβάνομεν Theoph. n) *persequimur* Hal. o) Cf. §. 4. sq. tit. nec non §. 10. supra Inst. h. t. Ulp. L. 1. Paul. L. 47. §. 2. D. de peculio XV. 1. p) *dominus paterve* Hal. Bn. q) Sequenti scil. titulo. r) *in iudicio mulier* Hal. *iudicio* om. Bi. *mulier in iudicio* Bn. s) Cf. Ulp. L. 16. 17. Modestin. L. 20. D. de re iud. XLII. 1. Paul. L. 173. pr. D. de reg. iur. L. 17. Ulp. et Paul. L. 12—15. D. sol. matr. XXIV. 3. Paul. L. 8. D. de cond. indeb. XII. 6. Iustinian. L. un. §. 7. Cod. de rei ux. act. V. 13. t) *sic* ins. Cod. Erlang. (an potius *quasi*?) *quasi* ins. Hal. non agn. Theoph. Insertum esse hoc vocabulum ob cit. L. un. Cod. §. 5. iam alii monuere; ad quem locum cf. Ulp. fragm. VI. §. 9—11. u) Cf. Ulp. L. 1. 5. Nerat. L. 15. D. de impens. in res dot. XXV. 1. Papin. L. 61. D. de ritu nupt. XXIII. 2. Paul. L. 56. §. 3. D. de iure dot. XXIII. 3. x) Cf. Ulp. L. 16. 17. D. de re iud. XLII. 1. y) Cf. cit. L. 16. Id. L. 63. D. pro socio XVII. 2. z) Cf. Ulp. L. 28. D. de reg. iur. L. 17. Paul. L. 19. §. 1. Pompon. L. 30. Paul. L. 40. Tryphonin. L. 50. D. de re iud. XLII. 1. a) *debeatur* Hal. Cf. titt. de compensationibus Dig. XVI. 2. Cod. IV. 31. praecipue Iustinian. L. 14. Cod. h. t. b) *Nam* Hal. c) Non dubitavi cum Heffero initium huius loci, quod in pagina praecedenti deperditum est, ex institutionum §. 30. restituere. Cf. Paul. rec. sent. II. 5. §. 3.

vicem actorem ex eadem causa [d] praestare oportet, [e] in reliquum eum, cum quo actum est, condemnare [f], sicut iam dictum est [g].

rat]ion[e eius], quod i[nvicem acto]rem [ex] eadem causa [praestare] oportet [m], in [re]liquum eum, cum quo actum est, condemnare [n].

I. §. 40. (cf. G. §. 65.) §. Eum [h] quoque, qui creditoribus suis bonis cessit, si postea aliquid acquisierit, quod idoneum emolumentum habeat, ex integro in id, quod facere potest, creditores [i] experiuntur [k]. inhumanum enim erat spoliatum [l] fortunis suis in solidum damnari.

G. §. 62. (cf. I. §. 28.) §. *Sunt [o] autem bonae fidei iudicia haec: ex empto vendito, locato conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, fiduciae, pro socio, tutelae* | — litt. 10 — | [p].
G. §. 63. §. *iudici* | — litt. 13 — | *compe[nsa]tionis rationem habere .... formulae verbis praecipitur* [q];
G. §. 64. *sed quia id bonae fidei iudicio conveniens videtur, id officio eius contineri creditur.* §. *Alia causa est illius actionis, qua argentarius experitur: nam is cogitur cum compensatione agere, [cum] compensatio verbis formulae c[ompreh]endatur. [itaque] arg[entarius], ab initio compensatione facta, minus intendit sibi dare [r] oportere. ecce enim si s[estertium] decem milia debeat Titio, atque ei viginti debea[t Titius, ita int]endit, si paret Titium sibi*
G. §. 65. (cf. I. §. 40.) *decem milia dare oportere amplius, quam [ipse Titio] debet.* §. *Item debet cum deductione agere [velut] bonorum emptor, [ita ut] in hoc solum adversarius c[on]demnetur, quod*
G. §. 66. *superest, deducto eo, quod invicem sibi defraudatoris nomine debetur* [s]. §. *Inter compensationem autem, quae argentario interponitur* [t], *et deductionem, quae obiicitur [bonorum empto]ri, illa d[if]ferentia est, quod in compensationem hoc solum vocatur, quod eiusdem generis et naturae est; veluti pecunia cum pecunia compensatur, triticum cum tritico, vi-*
p. 213. *num cum vino: adeo, [ut quibusdam placeat* [u], *non omni modo vinum cum vino, aut triticum cum tritico compensandum, sed ita si eiusdem naturae qualitatisque sit. in deductionem autem vocatur et quod non est eiusdem generis. itaque si pecuniam petat bonorum*

---

d) *ex eadem causa* non agn. Theoph. Cf. Paul. sent. rec. II. 5. §. 3. *e*) *oportet* rep. Be. *f*) *condemnari placet* in plurib. Char. *condemnat* Hal. Al. *oportet* .. (cf. not. *e*.) *condemnare* Be. *condemnet* Bu. In Gaii §. 61., qui nostri consimilis est locus, Hefflerus anacoluthon sibi visus est videre, Goeschenius (cf. not. *n*. seq.) *debeat* supplendum esse censuit; equidem ego in hoc utrarumque institutionum mendo optimum duxi mss. librorum lectionem relinquere intactam.
g) Supra §. 30. Inst. h. t. *h*) Ita est in manu exaratis libris; cum Hal. alii legunt *Cum eo*, iisdem verbis, ut apud nos, omissis post *creditores*. Utrum vero Hal. recte manum applicuerit criticam, an „*Tum quoque qui .... creditores cum eo exper.*" *rel.* legendum, an omisso §i signo locus cum praecedente coniungendus sit (*cum quoque, q. c. s. b. cessit. si postea ... creditores cum eo exp.*"), an denique contextus, qualem eum dedimus, recte se habeat, diiudicandum permitto rei peritis.
i) *cum eo* ins. G. Bi. Be. Bu., qui novissimus tamen monet omitti haec verba in Cod. Erlang. Alii fere plerique omnes mss. libri eadem agnoscunt. *k*) Cf. supra Gai. III. §. 78. Ulp. L. 4. 6. D. de cess. bon. XLII. 3. Grat. Valent. et Theod. L. 1. Theod. Cod. qui bonis ex L. Iulia ced. poss. IV. 20. Theod. L. 2. ibid., quae est L. 6. Iust. Cod. qui bon. ced. poss. VII. 71. qui totus titulus conferendus est, ut et Lex Rom. Burg. de pact. et transact. 38. (pag. 114. sq. ed. Barkow). *l*) *expoliatum* Bi. Bu. *m*) *oportet*, quod magis ad scripturam codicis accedat, et institutionibus confirmetur, cum Hefftero in contextum recepimus. Kl. *oporteret* Goesch. *n*) Supple *debeat* Goesch. *o*) Cf. Cic. de offic. III. 17. *p*) „*rei uxoriae, commodati*" restituit Hefflerus. dudum mihi adscripseram vocabulum *commodati*; sed nec nunc satis constat totum locum in integrum esse restitutum: vix enim crediderim non etiam plura librario excidisse. Cf. supra §. 28. Inst. h. t. Kl. *q*) Sententia haec est: in b. f. iudiciis arbitro, ut compensationis rationem habeat, *non* formulae verbis praecipi. Goesch. Totum locum Hefflerus ita restituit: „*In his quidem* iudici nullo *modo est iniunctum* compensationis rationem habere: *neque enim* formulae verbis praecipitur"; verum me impediunt, quo minus haec in contextum recipiam, verba *iniunctum est*, quae posita sunt pro *iniungitur*. quod enim officio iudicis continetur, id ei *iniunctum esse* videtur, sed non *iniungitur* formula. Kl. *r*) *dari* Goesch. *s*) Ita correxit Goesch. in add. (p. 524.); in ipso libro ediderat „*tibi — debet*". „Itemque *b. e. e. ded. agere iubetur ut* in" Blum. *t*) Malim *opponitur*. Hugo. *u*) *placet* c. cod. Ver. Heffl.

emptor, et invicem frumentum, aut vinum [tibi] debeat, deduc[to eo], quanti id erit, in reliquum experitur. §. *Item vocatur in deductionem et id, quod in diem debetur: com-* G. §. 67.
pensatur autem hoc solum, quod praesenti die debetur. §. *Praeterea compensationis qui-* G. §. 68.
dem ratio in intentione ponitur: quo fit, ut si facta compensatione plus nummo uno intendat argentarius, causa cadat et ob id rem perdat. deductio vero ad condemnationem ponitur, quo loco plus petenti[x] *periculum non intervenit*[y]; *utique bonorum e[mptore] agen[te], qui, licet de certa pecunia agat, incerti tamen condemnationem concipit.*

TIT. VII.

QUOD CUM EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICATUR[a].

§. Quia tamen superius[b] mentionem habuimus de actione, qua[c] in pe- I. pr. G. §. 69.
culium[d] filiorumfamilias[e] servorumque agitur (*agatur*)[f], opus est, ut de hac actione et de ceteris, quae eorumdem nomine in parentes dominosve dari solent, diligentius admoneamus. et quia, sive cum servis negotium gestum sit, sive cum iis, qui in potestate parentis[g] sunt,[h] fere eadem iura servantur, ne verbosa fiat disputatio, dirigamus sermonem in personam servi dominique, idem intellecturi de liberis quoque et parentibus, quorum in potestate sunt; nam si quid in his proprie observatur[i], separatim ostendemus.

§. Si igitur iussu domini cum servo negotium gestum erit, in solidum praetor adversus dominum actionem pollicetur[k], scilicet quia[l] qui ita contrahit, fidem domini sequi videtur.

§. *Imprimis itaque si iussu patris dominive negotium gestum erit, in solidum praetor actionem in patrem dominumve comparavit: et recte, quia qui ita negotium gerit, magis patris dominive, quam filii servive fidem sequitur.* I. §. 1. G. §. 70.

§. Eadem ratione praetor duas alias in solidum actiones pollicetur, quarum altera exercitoria, altera institoria appellatur. exercitoria tunc locum habet, cum quis servum suum magistrum navi praeposuerit et quid cum eo eius rei gratia, cui praepositus erit[m], contractum fuerit[n]. ideo autem exercitoria vocatur[o], quia exercitor appellatur[p] is, ad quem quotidianus navis quaestus pertinet.

§. *Eadem ratione [comparavit duas alias actiones, exercitoriam [et] institoriam. tunc autem exercitoria locum habet, cum pater dominusve filium servumve magistrum navi praeposuerit, et quid cum eo eius rei gratia, cui praepositus fuit, negotium gestum erit*[q]. *cum enim ea quoque res ex voluntate patris dominive contrahi videatur, aequissimum [praetori] visum est, in solidum actio-* I. §. 2. G. §. 71. p. 214.

x) An *petendi?* Hefft. y) Cf. supra h. C. §. 57.

Tit. VII. a) *Dicitur* Hal. *Quod Cum Eo Contractum Est, Qui In Aliena Potestate Est.* G. b) Praecedentis scil. tituli §. 36. Gaium vero primam de peculio actionis mentionem fecisse vel pag. 211. vel pag. 210. suspicatus est Goesch. c) *quae* Bi. Ba. d) *in peculio* Bl. e) *filiorum familiarum* Hal. f) *exerceetur* Ba. *agitur* etiam in Gaii editione correxit Goesch.; retinuimus vero cum Hefftero codicis lectionem. g) *parentum* Hal. h) *his* ins. G. i) *servetur* Hal. k) Cf. Ulp. L. 1. D. quod iussu XV. 4. l) *is* ins. Hal. m) *erat* Bi. *est* Ba. n) Cf. Ulp. L. 1. D. de exerc. act. XIV. 1. Paul. sent. rec. II. 6. o) *appellatur* Ba. p) *vocatur* Ba. q) *fuerit* mavult Goesch. *erit* defendit Hefft.

institoria tunc locum habet, cum quis tabernae forte aut cuilibet[r] negotiationi servum suum[s] praeposuerit et quid cum eo eius rei causa, cui praepositus erit, contractum fuerit[t]. ideo autem institoria appellatur, quia qui negotiationibus praeponuntur, institores vocantur[u]. Istas tamen[x] actiones praetor reddit et si liberum quis hominem aut alienum servum navi aut tabernae aut cuilibet negotiationi praeposuerit[y]; scilicet quia[z] eadem aequitatis ratio etiam eo casu interveniebat[a].

nem dari. quinetiam, licet extraneum quisquam [magistrum navi] praeposuerit, sive servum sive liberum, tamen ea praetoria actio in eum redditur. ideo autem exercitoria actio appellatur, quia exercitor vocatur is, ad quem cotidianus navis quaestus pervenit. institoria [vero] formula tum locum habet, cum quis tabernae, aut cuilibet negotiationi filium servumve, [vel etiam][b] quemlibet extraneum, sive servum sive liberum, praeposuerit, et quid cum eo eius rei gratia, cui praepositus est, contractum fuerit. ideo autem institoria [appellatur, quia, qui] tabernae praeponitur, institor appellatur. quae [et ipsa] formula in solidum est.

I. §. 3. G. §. 72. §. Introduxit et aliam actionem praetor, quae tributoria vocatur[c]. namque si servus in peculiari merce sciente domino negotietur, et quid cum eo eius rei causa contractum erit,

§. *Praeterea tributoria [quoque actio] in patrem dominumve* | — litt. 27 — |[d] *constituta est, cum filius servusve [in peculi]ari [merce sciente patre dominove negotiatur. nam si quid cum eo eius rei causa contractum erit,*

ita praetor ius dicit, ut, quidquid in his mercibus erit, quodque inde
p. 215. receptum erit, id inter *patrem* dominumve, si quid ei debebitur[f], et ceteros creditores pro rata portione distribuatur[h]. et quia ipsi *patri* dominove distributionem permittit[g], si[h] quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei tributum sit, quam oportuerit, hanc ei actionem accommodat, quae tributoria appellatur.
I. §. 4. G. §. 73. §. Praeterea introducta est actio de peculio[i], deque eo, quod in rem *patris* dominive versum erit[k], ut, quamvis sine voluntate *patris* dominive negotium gestum erit[l], tamen, sive quid in rem eius versum fuerit, id totum praestare debeat, sive quid non sit in rem eius versum, id eatenus praestare debeat, quatenus pe-

r) *alii* ins. Bu. s) *suum* om. G. Bi. Be. Bu. τὸν ἴδιον οἰκέτην Theoph. t) Cf. Ulp. L. 1. Gai. L. 2. D. de instit. act. XIV. 3. Paul. sent. rec. II. 8. u) Cf. Ulp. L. 3. 5. D. eod. x) *autem* Bi. Be. Bu. *duas* ins. Hal. G. Be. y) Cf. Ulp. L. 1. §. 4. D. de exerc. act. XIV. 1. L. 7. §. 1. 2. Gai. L. 8. D. de instit. act. XIV. 3. z) *quia scilicet* Bu. a) *interveniat* Hal. quod Theoph. firmare videtur. b) *aut* Goesch. *vel etiam* quod mihi dudum notaveram iam nunc Heffteri auctoritas tuetur Kl. c) Cf. Ulp. L. 1. D. de tribut. act. XIV. 4. et passim eod. tit. d) „pro *filiis filiabus, servis ancillabusve*" Hefft. e) In reliqua quidem huius pag. parte, nec non in universa pag. seq. nihil legi potuit: sed cum, quae ibi evanuerint, non solum quantum ad sententiam attinet, verum etiam maximam partem verbis tenus servata esse videantur in Inst., lacunam inde explere non dubitavi. Institutionum tamen auctores, ne verbosa fieret disputatio, in solam servi dominique personam direxerunt sermonem (cf. pr. et §. 6. Inst. h. t.): quod cum a Gaii nostri instituto alienum esse animadverterem, filii patrisque mentionem suo quoque loco adieci. Goesch. f) *debetur* G. Be. Bu. g) Cf. Iulian. L. 12. D. tit. cit. h) *distribuatur. et ideo tributoria vocatur, quia ipsi domino distributionem praetor permittit. Nam si* Hal. i) Cf. supra pr. hui. tit. et ibi allegg. k) *sit* Bi. Be. Bu. Cf. Ulp. L. 1. D. de in rem verso XV. 3. l) Cf. Id. L. 5. D. eod.

culium patitur[m]. in rem autem *patris* dominive versum intellegitur[n] quidquid necessario in rem eius impenderit *filius* servus*ve*; veluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius solverit, aut aedificia ruentia fulserit, aut familiae frumentum emerit, vel etiam fundum aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit. itaque si ex decem ut puta[o] aureis, quos (*sestertiis, quae*) servus tuus a Titio mutuos[p] (*mutua*) accepit, creditori tuo quinque aureos (*sestertia*) solverit, reliquos (*reliqua*) vero quinque quolibet modo consumpserit, pro quinque quidem in solidum damnari debes, pro ceteris vero quinque eatenus, quatenus in peculio sit. ex quo scilicet apparet, si toti (*tota*) decem aurei (*sestertia*) in rem tuam versi (*versa*) fuerint, totos (*tota*) decem aureos (*sestertia*) Titium consequi posse. licet enim una est actio, qua de peculio, deque eo, quod in rem *patris* dominive versum sit, agitur; tamen duas habet condemnationes[q]. itaque iudex, apud quem[r] ea actione agitur, ante dispicere solet, an in rem *patris* dominive versum sit; nec aliter ad peculii aestimationem transit, quam si[s] aut nihil in rem *patris* dominive versum esse[t] intellegatur[u], aut non totum. cum autem quaeritur, quantum in peculio sit, ante de||du p. 216.
citur quidquid servus domino eive, qui[v] (*quod patri dominove, quique*) [in potestate eius sit[x], (*a fi*]*lio servove*) debet (*debetur*), et quod superest, id (*hoc*) solum peculium [*esse*] intellegitur[y]. [aliquando tamen id, quod ei] debet *filius* servus*ve*, qui in potestate[z] *patris* dominive sit ([*est*), non] deducitur ex peculio; veluti [*si*] is (*cui debet*) in huius[a] ipsius peculio sit. quod eo pertinet, ut, si quid vicario suo servus debeat, id ex peculio eius non deducatur[b]. §. Ceterum [dubium non est, quin is quoque, qui iussu *patri*]*s* dominive contraxerit (*contrax*[*it*), cuique institoria vel exerci]toria actio (*formula*) competit, de peculio, deque eo, quod in rem domini versum est, (*aut de in rem verso*) agere possit[c]. I. §. 5. G. §. 74.

sed erit stultissimus, si omissa actione, qua facillime solidum ex contractu consequi possit, se ad difficultatem perducat probandi in rem domini versum esse, vel habere servum peculium, et tantum habere, ut solidum sibi solvi possit[d]. is quoque, cui tri-

sed nemo tam stultus erit, ut qui aliqua illarum actionum sine dubio solidum consequi possit, in difficultatem se deducat probandi, [*in rem patris dominive versum esse, vel habere filium servumve peculium, et tantum habere, ut solidum sibi solvi possit*][e]. *Is*

m) *patietur* Al. n) Cf. Ulp. L. 3. §. 1. sqq. L. 5. 7. 10. Gai. L. 12. D. eod. o) *puta* Hal. p) *mutuo* Hal. q) Cf. Paul. L. 19. D. eod. et §. sq. Iust. h. t. r) *de ius.* Hal. G. Be. Bu. s) *si* om. Hal. t) *esse* om. Hal. et Cod. Erlang. u) *intelligitur* Bi. v) pro *eive, qui* Bi. habet *quive.* x) *est* Heff. y) Cf. Ulp. L. 5. §. 4. L. 11. §. 1. D. de peculio XV. 1. z) *potestatem* G. a) *huius* om. Hal. b) Cf. Cels. L. 6. Ulp. L. 17. D. tit. cit. c) Cf. Gai. L. 1. Ulp. L. 2. D. h. t. XIV. 5. Ulp. L. 5. §. 2. D. de in rem verso XV. 3. d) Cf. Ulp. L. 4. §. 5. D. h. t. XIV. 5. citt. L. 1. D. de peculio XV. 1. et L. 1. D. de in rem verso XV. 3. Ulp. L. 3. D. de tribut. act. XIV. 4. et passim eod. tit. e) „*vel habere filium servumve peculium, et tantum habere, ut solidum sibi solvi possit, vel in rem patris dominive versum esse*" Heff.

butoria actio competit, aeque de peculio et de in rem verso agere potest. sed sane huic modo tributoria expedit agere, modo de peculio, et de in rem verso. tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini condicio praecipua non est, id est quod domino debetur, non deducitur, sed eiusdem iuris est dominus, cuius et ceteri creditores [f]. at in actione de peculio ante deducitur quod domino debetur, et in id, quod reliquum est, creditori dominus condemnatur. rursus de peculio ideo expedit agere, quod in hac actione totius peculii ratio habetur [g], at in tributoria eius tantum, quo [h] negotiatur [i]. et potest quisque tertia forte parte peculii, aut
p. 217. quarta, vel etiam minima [k] negotiari, maiorem autem partem in praediis et [l] mancipiis aut faenebri pecunia habere. prout ergo expedit, ita quisque vel hanc actionem vel illam eligere debet; certe qui potest probare in rem domini versum esse, de in rem verso agere debet [m].

quoque, cui tributoria actio competit, de peculio, vel de in rem verso agere potest. sed huic sane plerumque expedit, hac potius actione uti, quam tributoria. nam in tributoria eius solius peculii ratio habetur, quod in his mercibus [continetur], quibus negotiatur filius servusve, [quod]que inde receptum erit: at in actione peculii, totius. et potest quisque tertia forte, aut quarta, vel etiam minore parte peculii negotiari, maximam vero partem [in praediis, vel] in aliis rebus habere. [Ideoque is,] a [quo] [n] *potest approbari, id, quod [debetur, in peculio vel]* [o] *in rem patris dominive versum esse, ad hanc actionem transire debet. nam, ut supra diximus, eadem formula et de peculio et de in rem verso agitur.*

I. §. 6. §. Quae diximus de servo et domino [p], eadem intellegemus [q] et de filio et filia
I. §. 7. aut [r] nepote et nepte, et patre avove, in cuius [s] potestate sunt [t]. §. Illud proprie servatur in eorum persona, quod senatusconsultum Macedonianum [u] prohibuit mutuas pecunias dari [x] eis, qui in parentis erunt potestate [y], et ei, qui crediderit, denegatur actio, tam adversus ipsum filium filiamve, nepotem neptemve — sive adhuc in potestate sunt [z], sive morte parentis vel emancipatione suae potestatis esse coeperint —, quam adversus patrem avumve, sive eos habeat adhuc in potestate, sive emancipaverit [a]. quae ideo senatus prospexit, quia saepe onerati aere alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consume-
I. §. 8. bant, vitae parentum insidiabantur. §. Illud in summa admonendi sumus, id, quod iussu

f) Cf. Ulp. L. 1. pr. D. eod. *g*) Cf. supra §. 4. h. t. et L. 4. sqq. D. de peculio XV. 1. *h*) *quod* Bi. *i*) Cf. Gai. L. 11. D. de tribut. act. XIV. 4. *k*) *tertiam .. partem .. quartam .. minimam* Bi. *l*) *vel* Hal. καὶ Theoph. *m*) Cf. Ulp. L. 5. §. 2. D. de in rem verso XV. 3. *n*) Ita nos restituimus; Hefflerus scripsit: „*Certe si a creditore*". Kl. „*Item is, a quo non*" Bl. *o*) Ita nos ob finem huius loci restituimus; Hefflerus dedit: „*erogatum fuerit*". Kl. „*erat creditum*" Bl. *p*) *de domino et servo* Bu. Nostrum ordinem tenet Theoph. *q*) *intelligamus* G. Be. Bu. *r*) *et* Hal. *s*) *cuius in* Hal. Bu. *t*) Cf. supra pr. h. t. Ulp. L. 1. §. 4. 5. D. de tribut. act. XIV. 4. Paul. L. 2. §. 1. L. 5. pr. D. quod iussu. XV. 4. *u*) Cf. Tac. Ann. XI. 13. Suet. Vespas. 11. Vide verba SCti ap. Ulp. L. 1. pr. D. de SCto Mac. XIV. 6. coll. cum Theoph.: „*Μακέδων, .. ὑπεξούσιος ὢν τῷ οἰκείῳ πατρί. ἐδανείσατο παρά τινος ἐλπίζων ὅτι τελευτήσαντος .. τοῦ πατρὸς δυνήσεται τὸ χρέος ἀποδοῦναι. πολλοῦ χρόνου διαδραμόντος ... ὁ Μακέδων οὐκ ἔχων, πόθεν ἂν ἀποδῷ ... ἀνεῖλε τὸν ἑαυτοῦ πατέρα*". Cf. item Paul. sent. rec. II. 10. Alexander L. un. Gregor. Cod. ad SCtum Maced. III. 7. (ap. Schult. p. 696. III. 5. in Iure civ. anteiust. pag. 209. Id. tit. Iust. Cod. IV. 28. Factum est id SCtum imperante Claudio A., auctore vero Vespasiano, postea imperatore, Claudio A. IV. L. Vitellio IV. coss. a. u. 800, p. Chr. 47. *x*) *dare* Hal. *y*) *in potestate parentis sunt* Hal. *z*) *sint* Hal. *a*) Cf. Ulp. L. 9. Iulian. L. 14. D. ad SCtum Mac. XIV. 6. et passim eod. tit.

patris dominive contractum fuerit, quodque in rem eius versum erit [b], directo quoque posse a patre dominove condici, tamquam principaliter cum ipso negotium gestum esset [c]. ei quoque, qui vel [d] exercitoria vel institoria actione tenetur, directo posse condici placet, quia huius quoque iussu contractum intellegitur.

TIT. VIII.

DE NOXALIBUS ACTIONIBUS.

§. Ex maleficiis *filiorum familias* servorumve, veluti si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint [a], aut iniuriam commiserint, noxales actiones proditae sunt, quibus domino damnato permittitur (*uti liceret patri dominove*) aut litis aestimationem sufferre, aut [b] hominem noxae dedere [c]. [*erat enim iniquum nequitiam eorum ultra ipsorum corpora parentibus dominisve damnosam esse*]. I. pr. G. §. 75.

§. Noxa autem est ipsum [d] corpus, quod nocuit, id est servus; noxia ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, iniuria [e]. I. §. 1. §. Summa autem ratione permissum est noxae deditione defungi [f], namque erat iniquum nequitiam eorum ultra ipsorum corpora dominis damnosam esse [g]. I. §. 2. §. Dominus noxali iudicio servi sui nomine conventus servum actori noxae dedendo liberatur; nec minus in perpetuum eius [h] dominium a domino transfertur; sin autem damnum ei [i], cui deditus est, servus [k] resarcierit quaesita pecunia, auxilio praetoris invito domino manumittetur [l]. I. §. 3.

§. Constitutae sunt autem noxales actiones [m] aut legibus, aut edicto praetoris. legibus: veluti furti [n] lege duodecim tabularum [o], damni iniuriae [n] lege Aquilia; edicto praetoris: velut iniuriarum et vi bonorum raptorum. I. §. 4. G. §. 76. §. Omnis (*Omnes*) autem noxalis actio (*noxales actiones*) caput sequitur [p] (*sequuntur*). nam si servus (*filius*) tuus (*servusve*) noxiam [q] (*noxam*) commiserit, quamdiu in tua potestate sit (*est*), tecum est actio; sin autem [r] (*si*) in alterius potestatem pervenerit, cum illo incipit actio esse [s]; at [t] si manumissus fuerit (*si sui iuris coeperit esse*), directo ipse tenetur (*directa actio cum* I. §. 5. G. §. 77.

---

b) *fuerit* Bu. c) Cf. Ulp. L. 10. §. 3. D. de iudic. V. 1. Paul. L. 29. D. de reb. cred. XII. 1. L. 17. §. 5. D. de instit. act. XIV. 3. Iulian. L. 7. §. 11. D. ad SCtum Maced. XIV. 6. Paul. L. 5. D. quod iussu XV. 4. Gordian. L. 1. Cod. ne fil. pro patre IV. 13. d) *vel* om. cum Theoph. Hal.

Tit. VIII. a) *aut damn. ded., aut bona rap.* Bu. Nostrum ordinem servat Theoph. b) *ipsum* ins. Hal. *hunc* ins. Bi. Bu. c) Cf. Gai. L. 1. D. h. t. IX. 4. Ulp. L. 17. §. 18. D. de aedil. edicto XXI. 1. Gordian. L. 2. Diocl. et Max. L. 3. Cod. h. t. III. 41. Fest. v. *Noxa*. d) *ipsum* om. G. Bi. Be. Bu. τὸ αὐτὸ σῶμα Theoph. e) Cf. Gai. L. 238. §. 3. Iulian. L. 200. D. de verb. sign. L. 16. Ulp. L. 1. §. 1. D. si quadr. pauper. fec. dic. IX. 1. Fest. v. *Noxia*. Copiam locorum de his vocibus v. ap. Duker. de latin. vet. ICtor. pag. 8. sqq. f) *fungi* Hal. g) Cf. Ulp. L. 2. D. h. t. h) *servi* ins. Hal. i) *eius* Bu. k) *servus* om. Bi. Bu. l) Cf. Pap. in Collat. II. 3. m) *Sunt a. const. n. a.* Hal. G. Bi. Be. *Sunt a. n. act. const.* Bu. n) *ex* ins. Hal. o) Cf. Gell. XI. c. 18. p) Cf. Gai. L. 20. Pompon. L. 43. D. h. t. Alexand. L. 1. Cod. h. t. item Paul. sent. rec. II. 31. §. 8. 9. et L. 7. §. 1. D. de cap. min. IV. 5. African. L. 21. §. 1. D. commodati XIII. 6. Ulp. L. 1. §. 18. D. depositi XVI. 3. L. 1. §. 2. D. de privatis delict. XLVII. 1. Paul. L. 18. D. de furtis XLVII. 2. q) *noxam* Hal. r) *autem* om. G. Be. εἰ δὲ Theoph. s) Cf. Ulp. L. 42. §. 2. D. h. t. t) *aut* Bi.

ipso est), et noxae deditio[u] extinguitur. ex diverso quoque directa actio noxalis esse incipit. nam si liber homo (*pater familias*) noxiam (*noxam*) commiserit et is (*hic*) *se in arrogationem tibi dederit*, *aut* servus tuus esse coeperit, [*quod*] quibusdam casibus effici (*accidere*) primo libro[x] (*commentario*)[y] tradidimus, incipit tecum noxalis actio esse, quae antea (*ante*) directa

I. §. 6. G. §. 78. fuisset (*fuit*). §. Si (*Sed si*) *filius patri aut* servus domino noxiam (*noxam*) commiserit, nulla actio nascitur;

namque[z] inter dominum et eum, qui in potestate eius est, nulla obligatio nasci[a] pot-

p. 218. est[b]. ideoque etsi in alienam potestatem servus[c] pervenerit, aut manumissus fuerit, neque cum ipso, neque cum eo, cuius nunc in potestate sit, agi potest[d]. unde, si alienus servus noxiam tibi commiserit et is postea in potestate tua esse coeperit, intercidit[e] actio, quia in eum casum deducta sit, in quo consistere non potuit[f]. ideoque, licet exierit de tua potestate, agere non potes; quemadmodum, si dominus in servum suum aliquid commiserit, nec si manumissus aut alienatus fuerit servus, ullam actionem contra dominum habere potest.

nulla enim omnino inter me et eum, qui in potestate mea est, obligatio nascitur. ideoque etsi in alienam |potestatem pervenerit, aut sui iuris esse coeperit, neque cum ipso, neque cum eo, cuius nunc in potestate est, agi potest. unde quaeritur[g], *si alienus servus filiusve noxam commiserit mihi, et is postea in mea esse coeperit potestate, utrum intercidat actio, an quiescat. nostri praeceptores intercidere putant, quia in eum casum deducta sit, in quo actio consistere non potuerit: ideoque, licet exierit de mea potestate, agere me non posse. diversae scholae auctores, quamdiu in mea potestate sit, quiescere actionem putant, cum ipse mecum agere non possim: cum vero exierit de mea potestate, tunc eam resuscitari.*

G. §. 79. §. *Cum*[h] *autem filius familias ex noxali causa mancipio datur, diversae scholae auctores putant, ter eum mancipio dari debere, quia lege duodecim tabularum cautum sit, [*ne aliter filius de potestate patris*] exeat, quam si ter fu[er]it mancipatus. Sabinus et Cassius ceterique nostrae scholae auctores sufficere unam mancipationem crediderunt; tres enim*[i] *lege duodecim tabularum ad voluntarias mancipationes pertinere.*

G. §. 80. §. *Haec ita de his personis, quae in potestate [*sunt*], sive ex contractu, sive ex maleficio earum [controver]sia esset. quod vero ad [eas] personas, quae in manu mancipiove sunt* | — litt. 17 — |[k] *ex [contr]actu earum ageretur, nisi ab eo, cuius iuri subiectae*

———

u) Cf. Cels. L. 15. D. de cond. furt. XIII. 1. Ulp. L. 14. D. de O. et A. XLIV. 7. et L. 42. §. 1. D. h. t. Gordian. L. 4. Cod. an serv. pro suo facto IV. 14. x) §. 1. Inst. de capitis diminut. I. 16. pag. 35. cf. §. 3. Inst. de iure pers. I. 3. y) Cf. supra Comm. I. §. 160. z) *nam* Bi. Bu. a) *esse* Bi. Bu. ἀναφύεσθαι Theoph. b) Cf. Alexand. L. 1. Cod. h. t. Diocl. et Max. L. 6. Cod. an serv. pro suo facto IV. 14. Gai. L. 4. D. de iudiciis V. 1. c) *servus* om. Bu. d) Cf. etiam Paul. L. 18. D. de furtis XLVII. 2. e) *interdicitur* Hal. *interdicit* G. ἀποσβέννυται Theoph. f) Cf. Tryphon. L. 37. D. de nox. act. IX. 4. Paul. L. 18. D. de furtis XLVII. 2. Nerat. L. 64. D. eod. g) Cf. ll. cc. h) Cf. supra Comm. I. §. 140. 141. 132. 135. i) *enim tres* Cod. Ideo Hugo sic distinxit: „mancipationem . crediderunt enim tres lege etc." Item Heff. k) An: *si legitimo iudicio*? Goesch. *rescissa capitis deminutione* Heff.

sint[l], *in solidum defendantur, bona, quae earum* [*fu*]*tura forent*, *si* [*eius*] *iuri subiectae non essent.* [*veneu*]*nt*[m]. *sed cum* | — *litt.* 12 — | *imperio continenti iudic*[*io*][n] || — *vers.* 23 — |[o] p. 219.
| — *litt.* 21 — | *enim* | — *litt.* 15 — | — *litt.* 18 — |. |§. *q*[*uam*]*q*[*uam*] *diximus* ......[p] [*per-* p. 220.
mi]*ssum fuisse, ei mortuos homines dedere, tamen etsi quis* [*eum*] *dederit*[q], *qui fato suo* G. §. 81.
vita excesserit, aeque libera[*tur*].

§. Sed veteres quidem haec et in filiisfamilias[r] masculis et feminis admisere[s]. nova autem hominum conversatio huiusmodi asperitatem recte respuendam esse existimavit, et ab usu communi hoc penitus recessit. quis enim patiatur filium suum et maxime filiam in noxam alii dare, ut paene per corpus[t] pater magis, quam filius periclitetur[u], cum in filiabus etiam pudicitiae favor hoc bene excludit[x]? et ideo placuit in servos[y] tantummodo noxales actiones esse proponendas[z], cum apud veteres legum commentatores invenerimus[a] saepius dictum ipsos filiosfamilias pro suis delictis posse conveniri[b]. I. §. 7.

TIT. IX.

SI QUADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICATUR.

Animalium[a] nomine, quae ratione carent, siquidem[b] lascivia aut fervore[c] aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege duodecim tabularum prodita est. quae animalia si noxae dedantur, proficiunt reo ad liberationem, quia ita lex duodecim tabularum scripta est; ut puta si[d] equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornu petere solitus[e] petierit. haec autem actio in iis, quae contra naturam moventur, locum habet; ceterum si genitalis sit feritas, cessat[f]. denique si ursus fugit a domino, et sic nocuit[g], non potest quondam dominus conveniri, quia desiit[h] dominus esse, ubi fera evasit. pauperies autem[i] est damnum sine iniuria facientis datum; nec enim potest animal iniuriam fecisse dici[k], quod sensu caret. Haec quidem quod[l] ad noxalem pertinet[m] actionem. I. pr.
§. Ceterum[n] sciendum est aedilicio edicto prohiberi nos canem, verrem, aprum, ursum, leonem ibi habere, qua vulgo iter fit[o]; et si adversus ea factum erit, et nocitum homini libero[p] esse[q] dicetur[r], quanti[s] bonum et aequum indici videtur, tanti dominus condemnetur; ce- I. §. 1.

---

l) *sunt* Heff. m) Cf. supra Comm. III. §. 84. n) Heffter, ita restituit: „§. 81. Sed cum *in factum formula aut* imperio continenti iudicio *contra eas personas ageretur* — —". o) In media pagina exhibet *et iudex si* Heff. p) *nunquam* Heff. q) *dediderit* Heff. r) *quidem hoc in filiis familiarum* Hal. s) Cf. Pompon. L. 33. Iulian. L. 34. Ulp. L. 35. D. h. t. Ulp. L. 3. §. 4. D. de lib. hom. exhib. XLIII. 29. Gai. L. 5. §. 5. D. de O. et A. XLIV. 7. Papin. in Collat. II. 3. t) *filii corpus* Hal. *corpus filii* Bu. ὥςε σχεδὸν τὸν πατέρα εἰς τὸ οἰκεῖον κινδυνεύειν σῶμα, ἤπερ τὸν παῖδα Theoph. u) Cf. Paul. L. 8. §. 3. D. quod met. c. IV. 2. x) *excludat* Hal. y) *in servis* Bi. z) Cf. Iustinian. L. 21. Cod. de furt. et servo corr. VI. 2. a) *invenimus* Bi. Bu. b) Cf. Paul. sent. rec. II. 33. §. 9. Ulp. L. 15. pr. L. 57. D. de iudiciis V. 1. L. 1. §. 7. D. de his qui eff. IX. 3. Gai. L. 39. D. de O. et A. XLIV. 7.

Tit. IX. a) Cf. Ulp. L. 1. D. h. t. IX. 1. b) *si qua* Hal. G. Be. c) *pavore* Hal. κατὰ θερμότητα Theoph. d) *si equus .... petierit* tamquam verba legitima uncialibus litteris exprimi curavit Hal. e) *cornu* ins. Hal. f) *actio* repetit Hal. g) *fugerit ... nocuerit* Hal. h) *desinit* Bi. Be. Bu. i) Verba sunt Ulp. cit. L. 1. §. 3. D. h. t., qui om. *autem*. k) *dici* om. Dig. l) *Haec quidem* Hal. Bu. *Haec quod* G. Bi. Be. *Haec sunt quae* Al. ταῦτα μὲν ὅσον πρὸς τὴν νοξαλίαν. Theoph. m) *pertinent* Hal. Al. n) Cf. Ulp. L. 40. Paul. L. 41. Ulp. L. 42. D. de aedil. ed. XXI. 1. Paul. sent. rec. I. 15. §. 2. o) *sit* Hal. Bi. Be. Bu. p) *libero homini* Hal. G. q) *esse* om. Bu. r) *dicatur* Hal. s) *quod* Hal. G. Bi. Be. Bu. Theophili et aliquot Russardi mss. librorum

terarum vero[t] rerum, quanti damnum datum sit, dupli. praeter has autem aedilicias actiones et de pauperie[u] locum habebit[x]; numquam enim actiones, praesertim poenales[y], de eadem re concurrentes alia aliam consumit[z].

TIT. X.

DE IIS PER QUOS AGERE POSSUMUS.

I. pr. G. § 82. §. [Nunc admonendi sumus agere posse quemlibet hominem aut suo nomine, aut alieno[a]]. alieno, veluti *cognitorio*, procuratorio[b], tutorio[c], curatorio[d];

cum olim in usu fuisset alterius nomine agere non posse, nisi pro populo, pro libertate, pro tutela[e]. praeterea lege Hostilia permissum erat[f] furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut rei publicae causa

cum olim, q[uamdiu solae[l] leg]is actiones in usu fuissent[m], alterius nomine agere non liceret, [nisi *] pro popu[lo et libertatis causa][n].*

abessent, quive in eorum cuius tutela essent. sed[g] quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quod alieno nomine neque agere, neque excipere actionem licebat, coeperunt homines per procuratores litigare. nam et morbus et aetas et necessaria peregrinatio, itemque aliae multae[h] causae saepe[i] impedimento sunt, quominus rem suam ipsi[k] exequi possint.

G. §. 83. §. *Cognitor[o] autem certis verb[is] in litem coram adversario substituitur. nam actor i[ta] cognitorem dat: „quod ego a te" verbi gratia „fundum peto, in eam rem Lucium Titium tibi cognitorem do"; ad[vers]ar[ius][p] ita: „quando tu a me fundum petis, in eam rem Publium Maevium cognitorem do". potest, ut actor ita dicat: „quod ego tecum agere volo, in eam rem cognitorem do"; advers[ariu]s ita: „quando tu mecum agere vis, [in eam r]em cognitorem do". nec interest, praesens an absens cognitor detur. sed si absens datus fu[er]it, cognitor ita erit, si cognoverit [et susce]perit officium cognitoris.*

I. §. 1. G. §. 84. §. Procurator neque certis verbis, neque praesente[q] adversario, immo plerumque ignorante eo constituitur[r]. cuicumque enim per-

§. *Procurator vero nullis certis verbis in litem [consti]tuitur; sed ex solo mandato, et absente, et ignorante adversario, consti-*

---

auctoritate lectionem ipsius edicti restituere non dubitavi. t) *vero* om. G. Bi. Be. Bu. neque in edicti verbis est, sed ap. Theoph. u) *αἱ ῥογαλίαι* Theoph. x) Cf. Paul. L. 4. D. h. t. y) *enim p. p. actiones* Bu. z) Ulp. L. 60. D. de O. et A. XLIV. 7. quae fere L. repetitur L. 130. D. de reg. iur. L. 17. Cf. Id. L. 2. D. de priv. del. XLVII. 2.

Tit. X. a) Cf. tit. D. de postulando III. 1. b) Cf. supra Gai. Comm. II. §. 252. pag. 122. Ulp. L. 1. §. 2. D. de procuratorib. III. 3. c) Cf. tit. Inst. de auct. tut. I. 21. d) Cf. tit. Inst. de curatorib. I. 23. e) Cf. Ulp. L. 123. pr. D. de reg. iur. L. 17. et Theoph. f) *est* Bi. Bu. g) *Et* G. Bi. Be. Bu. *Ἀλλ' ἐπειδὴ* Theoph. h) *iustae* ins. Bu. non agn. Theoph. i) *hominibus* ins. Hal. k) *ipsi* om. G. Bi. Bu. sed agn. Theoph. l) *solae* dudum nos restituimus (Cf. Lex Serv. p. XII. nota 55.) et nunc Heff. Kl. m) *essent* Heff. n) Cf. Ulp. L. 123. D. de reg. iur. o) Cf. Festus s. v. *Cognitor*, Asc. in div. c. 4. Fr. Vat. §. 318. 19. I. Gothofr. ad L. 76. C. Th. de cognit. et proc. II. 12. p) *autem* add. Heff. q) *semper* ins. Hal. r) Cf. Ulp. et Paul. L. 1. §. 3. et L. seq. D. de procurat. III. 3.

miseris rem tuam agere aut defendere, is[s] procurator intellegitur.

tuitur. quinetiam sunt, qui putant, [vel[t] eum] procuratorem videri, cui non sit mandatum, si modo bona fide accedat ad negotium, et caveat ratam rem dominum habiturum; igitur etsi non edat[u] mandatum, [agere tamen posse], [quia saepe mandatum initio litis in obscuro est, et postea apud iudicem p. 221. *ostenditur.*

§. Tutores *autem* et curatores quemadmodum constituantur[x], primo libro[y] expositum est (*commentario*[z] *rettulimus*). I. §. 2. G. §. 85.

§. Qui[a] *autem alieno nomine agit, intentionem quidem ex persona domini sumit, condemnationem autem in suam personam convertit. n[am] si verbi gratia Lucius Titius [* pro *] Publio Maevio agat, ita formula concipitur: „si paret Numerium Negidium Publio Maevio sestertium decem milia dare oportere, iudex Numerium Negidium Lucio Titio sestertium decem milia condemna; si non paret, absolve". in rem quoque si agat, intendit, Publii [Maevii] rem esse ex iure Quiritium, et condemnationem in suam personam convertit.* G. §. 86.

§. Ab adversarii quoque parte si interveniat aliquis, cum quo actio constituitur, intenditur, dominum dare oportere; condemnatio autem in eius personam convertitur, qui iudicium accepit. sed cum in rem agitur, nihil [in] intentione facit eius persona, cum quo agitur, sive suo nomine, sive alieno aliquis iudicio interveniat: tantum enim intenditur, rem actoris esse. G. §. 87.

TIT. XI.

DE SATISDATIONIBUS.

Satisdationum modus alius antiquitati placuit, alium novitas per usum amplexa est. Olim enim si in rem agebatur, satisdare possessor compellebatur, ut, si victus esset[a], nec rem ipsam restitueret, nec litis aestimationem[b], potestas esset petitori aut cum eo agendi, aut cum fideiussoribus eius; quae satisdatio appellatur „iudicatum solvi"[c]. un- I. pr.

§. Videamus nunc, quibus ex causis is, cum quo agitur, vel hic, qui agit, satisdare [co]gitur[d]. G. §. 88.

§. Si verbi gratia in rem tecum agam, satis mihi dare debes. aequum enim visum est, [te *] de eo, quod interea tibi rem, quae an ad te pertineat dubium [* est *][e], possidere conceditur, cum satisdatione mihi cavere: ut si victus sis, nec rem* G. §. 89.

s) *tuus* ins. Hal. G. Be. non agn. Theoph. t) *adeo* Heff. u) Ita Hollwegio auctore edidi Goesch.: *habeat*. Kl. x) *constituuntur* Bi. y) Tit. XIII. seqq. z) Vid. Comm. I. §. 144. sqq. a) Cf. supra h. C. §. 55. et Theoph. IV. 10. §. 2. *Ἔξωθεν δὲ ὀφείλεις εἰδέναι, ὅτι ὁ προκουράτωρ, εἰ μὲν ἄκτωρ ἐστίν, οὕτως εἴωθε κινεῖν· Εἰ φαίνεται, τὸν ἀντίδικον χρῆναι δοῦναι Τιτίῳ, οὗ εἰμι προκουράτωρ, καταδίκασον αὐτόν, ὦ δικαστά· καὶ τὴν μὲν ἰντεντίωνα, ἤτοι τὴν ἀρχὴν τῆς ἐναγωγῆς, λαμβάνει ἀπὸ τοῦ δεσπότου, εἰς ἑαυτὸν δὲ μεταστρέφει τὴν κονδεμνατίωνα. Εἰ δέ τις ἐνάγεται ὡς προκουράτωρ, ὁ κινῶν οὕτως ὀφείλει λέγειν· Εἰ φαίνεται, δοῦναι χρῆναι Σεῖον δέκα νομίσματα, καταδίκασον Πρῖμον τὸν αὐτοῦ προκουράτωρα εἰς δέκα νομίσματα*".

Tit. XI. a) *esset* om. G. Bi. Be. *in iudicio* add. Bu. b) *eius* ins. G. Bi. Be. Bu. c) Cf. passim tit. D. iudic. solvi XLVI. 7. item tit. D. qui satisd. cog. II. 8. d) „*satisdare (cogitur)*. §. 89. Igitur si" Goesch. Cum Heffero Hugonis coniecturam secuti sumus. Kl. e) *est* non recepit Heff.

de autem sic appellatur [f], facile est intellegere; namque stipulabatur quis, ut solvere-
p. 222. tur [g] sibi quod fuerit [h] iudicatum. multo ma-
G. §. 90. gis is, qui in rem actione conveniebatur,
G. §. 91. satisdare cogebatur, si alieno nomine iudicium accipiebat [i]. ipse autem, qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisdare non cogebatur; procurator vero si in rem agebat, satisdare iubebatur ratam rem dominum habiturum [k]. periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur.

ipsam [l] restituas, nec litis aestimationem sufferas, sit mihi potestas, aut tecum agendi, aut cum sponsoribus |*tuis. §. Multoque magis debes satisdare mihi, si alieno nomine iudicium accipias. §. Ceterum cum in rem actio duplex* [*sit*], *aut enim per formulam petitoriam agitur, aut per sponsionem, siquidem per formulam petitoriam agitur, illa stipulatio locum habet, quae appellatur iudicatum solvi: si vero per sponsionem, illa, quae appellatur pro praede litis et vindiciarum* [m].
G. §. 92. *§. Petitoria* [n] *autem formula haec*
G. § 93. *est, qua actor intendit, rem suam esse. §. Per sponsionem vero hoc modo agimus. provocamus adversarium tali sponsione: „si homo, quo de agitur, ex iure Quiritium meus est, sestertios viginti quinque nummos dare spondes?" deinde formulam edimus, qua intendimus, sponsionis summam nobis dare* [o] *oportere. qua formula ita demum vincimus, si pro-*
G. §. 94. *baverimus, rem nostram esse. §. Nec* [p] *tamen haec summa sponsionis exigitur. non enim poenalis est, sed praeiudicialis, et propter hoc solum fit, ut per eam de re iudicetur. unde etiam is, cum q*[*uo agitur, non restipu*]*la*[*tur* [q]. *i*]*deo autem appellata est pro praede litis vindiciarum stipulatio,* [*qui*]*a in locum praedium successit, qui olim, cum lege agebatur,*
G. §. 95. *pro lite et v*[*in*]*diciis, id est, pro re et fructibus a possessore petitori dabantur. §. Ceterum* [r] *si apud centumviros agitur, summam sponsionis non per formulam petimus, sed per legis actionem: sacramento enim re*[*um*] *provocamus; eaque sponsio sestertiorum cen-*
p. 223. *tum viginti quinque nummorum fi*[*eri*] [s] *solet* |*p*[*ropter*] *legem ....* [t]. *§. Ipse autem,*
G. §. 96. *qui in rem agit, si suo nomine agit, satis non dat.*
G. §. 97. *§. Ac* [u] *nec si per cognitorem quidem agat*[*ur*], *ulla satisdatio vel ab ipso, vel a domino desideratur. cum enim certis et quasi sollennibus verbis in locum domini substituatur cognitor, merito domini loco habe-*
G. §. 98. *tur. §. Procurator vero si agat, satisdare iubetur, ratam rem dominum habiturum. periculum* [*enim est*], *ne iterum dominus de eadem re experiatur. quod periculum* [* *non* *] *intervenit, si per cognitorem actum fuit. quia de qua re quisque per cognitorem egerit, de ea non magis amplius actionem habet, quam si ipse egerit.*

---

f) *appellctur* Hal. Be. Ba. *g*) *stipulatur .. solvatur* G. *h*) *fuisset* Hal. *i*) Cf. Gai. L. 46. §. 2. Ulp. L. 40. §. 2. L. 53. D. de procurator. III. 3. Paul. L. 110. §. 1. D. de reg. iur. L. 17. *k*) Cf. Papin. L. 1. Ulp. L. 12. D. ratam rem hab. XLVI. 8. *l*) *rem nec ipsam* ea cod. Hefft. *m*) Cf. supra h. C. §. 16. et infra §. 94. Cic. in Verr. lib. I. c. 45. ibique Ascon. et Fragm. Vat. § 336. *n*) Cf. supra h. C. §. 41. Cic. in Verr. lib. II. c. 12. *o*) *dari* Goesch. *p*) Cf. supra h. C. §. 16. et 91. *q*) Ita Savinius. „*cum quo ea de re agitur non restipulatur*" Hefft. *r*) Cf. supra h. C. §. 31. Cic. in Verr. lib. I. c. 45. et de orat. I. 38. *s*) „*fit ....*? Hefft. *t*) *crepertam*, vel *crepuriam* vel *crepiriam* Cod. *Papiriam* Goesch. Dirks. Unterholzn. Cf. Festus s. v. *Sacramentum*. *Crepercam* Huschkius. Hefflerus proponit aut: „eaque sponsio — fit *secundum edictum propter legem Papiriam*", aut „*fieri solet propter legem Aebutiam*". *u*) Cf. Diocl. et Max. L. un. C. de satisd. II. 57. Fragm. Vat. §. 317. 333.

§. Tutores[x] et curatores eodem (*eo*) modo, quo et procur[atores], satisdare debere verba edicti faciebant[y] (*faciunt*), sed aliquando his agentibus (*illis*) satisdatio remittebatur[z] (*remittitur*). §. Haec ita erant, si in rem agebatur (*agatur*). §. Si vero in personam[a], ab actoris quidem parte (*quando satis dari debeat quaerentes*) eadem obtinebant (*repetemus*), quae diximus in actione, qua in rem agitur. §. Ab[b] eius vero parte, cum quo agitur, siquidem alieno nomine aliquis interveniret (*interveniat*), omni modo satisdaret[c] (*satisdari*[d] *debet*), quia nemo defensor in aliena re (*alienae rei*) sine satisdatione (*defensor*) idoneus esse creditur[e] (*intellegitur*). *sed siquidem cum [cognit]ore agatur, dominus satisdare iubetur; si vero cum procuratore, ipse procurator. idem et de tutore et de curatore iuris est.* §. Quodsi proprio nomine aliquis iudicium accipiebat (*a[ccipiat]*)[f] [in personam, I. pr. cont. G. §. 99. G. §. 100. I. §. 1. G. §. 101. G. §. 102.

iudicatum solvi satisdare non cogebatur. §. Sed haec hodie aliter observantur: sive enim quis in rem actione convenitur, sive in personam[g] suo nomine, nullam satisdationem pro litis aestimatione dare compellitur, sed pro sua tantum persona[h], quod in iudicio permaneat usque ad terminum litis; vel committitur suae promissioni cum iureiurando, quam iuratoriam cautionem vocant; vel nudam promissionem vel satisdationem pro qualitate personae suae dare compellitur. §. Sin autem per procuratorem lis vel

certis ex causis satisdari solet, quas ipse praetor significat. quarum satisdationum duplex causa est: nam aut propter genus actionis satisdatur, aut pro[pter] personam quia suspecta sit. propter genus actionis: velut iudicati depensive[q], *aut cum de moribus mulieris agetur. propter personam: velut si cum eo agitur, qui decoxerit, cuiusve bona a creditoribus possessa proscriptave sunt*[r]; *sive cum eo*[s] *herede agatur, quem praetor suspectum aestimaverit.* p. 224. I. §. 2.

infertur vel suscipitur, in actoris quidem persona[i], si non mandatum actis insinuatum est, vel praesens dominus litis in iudicio procuratoris sui personam[k] confirmaverit ratam rem dominum habiturum, satisdationem procurator dare compellitur[l]; eodem[m] observando et si tutor vel curator vel aliae[n] tales personae, quae alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibusdam per alium inferunt. §. Sin vero aliquis convenitur, siquidem praesens procuratorem dare paratus est, potest vel ipse in iudicium venire et sui procuratoris personam per iudicatum solvi satisdationis sollennes stipulationes[o] firmare, vel extra iudicium satisdationem exponere, per quam ipse sui procuratoris fideiussor existat[p] pro I. §. 3. I. §. 4.

---

x) *vero* ins. Hal. y) Cf. Ulp. L. 23. D. de admin. et peric. tutor. XXVI. 7. L. 33. §. 3. D. de procuratorib. III. 3. z) Cf. Ulp. L. 3. §. 2. D. ut in possess. legator. XXXVI. 4. a) Cf. Ulp. cit. L. 33. i. f. D. de procurat. Modestin. L. 65. D. eod. Ulp. L. 21. D. ratam rem XLVI. 8. L. 5. §. 3. D. q. ex caus. in B. P. eatur XLII. 4. Diocl. et Max. L. 1. Cod. de satisdando II. 57. b) Cf. Cic. pro Quinct. c. 7. Modest. L. 10. D. iudic. solvi XLV. 7. Fragm. Vat. §. 317. c) *satisdare* G. Be. Bu. d) *satisdare* editum ita post in Addendis correxit Goesch. e) Cf. not. *g.* ad pr. h. t. f) „iudicium *aliquod accipiat*" Heff. g) *sive personali* Hal. Bi. h) Cf. Ulp. L. 2. 12. Macer L. 15. D. qui satisdare cog. II. 8. Honor. et Theod. L. 17. Cod. de dignitatib. XII. 1. Marcian. L. 25. §. 1. Leo et Anthem. L. 33. §. 3. Cod. de episc. et cler. I. 3. i) *personam* Bi. k) *non repetit* Bu. l) Cf. Ulp. L. 39. §. 1. D. de procuratorib. III. 3. Cit. L. 1. Cod. de satisdando II. 57. Antonin. Pius L. 1. Cod. de procuratorib. II. 13. m) *eadem* Bu. n) *aliae* om. Bu. sed agn. Theoph. o) *satisdationem solenni* (*solemni* G.) *stipulatione* Hal. G. Post *satisdationis* habet Cod. Erlang. τὸ *per.* p) *existit* Bi. q) Cf. supra h. C. §. 25. r) Cf. Cic. pro Quinct. c. 6. Ulp. L. 33. §. 1. D. de reb. auct. iud. XLII. 5. s) Cf. Ulp. L. 31. D. eod.

omnibus iudicatum solvi satisdationis clausulis [t], ubi et de hypotheca suarum rerum convenire compellitur, sive in iudicio promiserit, sive extra iudicium caverit, ut tam ipse, quam heredes eius obligentur; alia insuper cautela vel satisdatione propter personam ipsius exponenda, quod tempore sententiae recitandae in iudicio invenietur [u]; vel si non venerit, omnia dabit fideiussor [x], quae [y] condemnatione continentur, nisi fuerit provocatum.
I. §. 5. §. Sin vero reus praesto ex quacumque causa non fuerit, et alius velit defensionem eius [z] subire, nulla differentia inter actiones in rem vel in personam [a] introducenda, potest hoc facere [b]; ita tamen, ut satisdationem iudicatum solvi pro litis aestimatione praestet. nemo enim secundum veterem regulam, ut iam dictum est [c], alienae rei sine satisdatione defen-
I. §. 6. sor idoneus intellegitur. §. Quae omnia apertius et perfectissime [d] a quotidiano iudicio-
I. §. 7. rum usu in ipsis rerum documentis apparent. §. Quam formam non solum in hac regia urbe, sed etiam in omnibus nostris provinciis, etsi propter imperitiam forte aliter celebrabatur [e], obtinere censemus, cum necesse est [f] omnes provincias caput omnium nostrarum civitatum, id est hanc regiam urbem, eiusque observantiam sequi [g].

[*DE LEGITIMIS IUDICIIS ET QUAE IMPERIO CONTINENTUR*] [a].

G. §. 103. §. *Omnia* [b] *autem iudicia aut legitimo iure consistunt, aut imperio continentur.*
G. §. 104. §. *Legitima sunt iudicia, quae in urbe Roma, vel intra primum urbis Romae miliarium, inter omnes cives Romanos, sub uno iudice accipiuntur: eaque lege Iulia iudicia[ria], nisi in anno et sex mensibus iudicata fuerint, expirant. et hoc est, quod vulgo dicitur, e lege*
G. §. 105. *Iulia litem anno et sex mensibus mori.* §. *Imperio vero continentur recuperatoria, et quae sub uno iudice accipiuntur interveniente peregrini persona iudicis aut litigatoris. in ea[dem]* [c] *causa sunt, quaecumque extra primum urbis Romae miliarium tam inter cives Romanos* [d], *quam inter peregrinos accipiuntur. ideo autem imperio contineri iudicia dicun-*
G. §. 106. *tur, quia tamdiu valent, quamdiu is, qui ea praecepit, imperium habebit.* §. *Et* [e] *siquidem imperio continenti iudicio actum* [f] *fuerit, sive in rem, sive in personam, sive ea for-*
p. 225. *mula, [* quae *] in fa|ctum concepta est, sive ea, quae in ius habet intentionem, postea nihilominus ipso iure de eadem re agi potest. et ideo necessaria est exceptio rei iudica-*
G. §. 107. *tae, vel in iudicium deductae.* §. *At vero [* si *] legitimo iudicio in personam actum sit ea formula, quae iuris civilis habet intentionem, postea ipso iure de eadem re agi non potest, et ob id exceptio supervacua est. si vero vel in rem, vel in factum actum fuerit,*

---

t) Cf. Ulp. L. 8. §. 3. D. de procuratorib. III. 3. Modestin. L. 10. D. iudicat. solvi XLVI. 7. u) *in iudicium veniet* Hal. *in iudicium veniat* Bu. ὅτι . . εὑρεθήσεται ἐν τῷ δικαστηρίῳ Theoph. x) *fideiussor* om. Bi. πάντα παρέξει αὐτὸς, ἤτοι ὁ τούτου ἐγγυητὴς Theoph. y) *in* ins. Hal. z) *eius* om. Bi. a) *vel personales* Hal. Bi. b) Cf. cit. L. 1. Cod. de satisdando II. 57. c) Principio scil. hui. tit. d) *perfectius* Hal. e) *celebratur* Hal. *celebrantur* G. Be. *celebrabantur* Bi. *celebretur* Bu. Recepi lectionem editionis 1472. f) *sit* Hal. g) Cf. Iustinian. L. 13. Cod. de aedif. privat. VIII. 10.

[*DE LEGITIMIS IUDICIIS ET QUAE IMPERIO CONTINENTUR*]. a) Quae sequuntur Iustinianus plane omisit, ideoque peculiari titulo subiungenda videbantur. b) Cf. supra Comm. II. §. 181. et h. C. §. 80. item Ulp. XI. 27. c) *ea* Hefft. d) *civem Romanum* c. cod. Hefft. e) Cf. supra Comm. III. §. 181. f) *peractum* c. cod. Hefft. cf. Tryph. L. 22. §. 2. D. de inoff. test. V. 2.

ipso iure nihilominus postea agi potest, et ob id exceptio necessaria est rei iudicatae, vel in iudicium deductae. §. *Alia causa fuit olim legis actionum. nam qua de re actum semel erat, de ea postea ipso iure agi non poterat: nec omnino ita, ut nunc, usus erat illis temporibus exceptionum.* §. *Ceterum*[g] *potest ex lege quidem esse iudicium, sed legitimum non esse; et contra ex lege non esse, sed legitimum esse. verbi gratia* [**si**] *ex lege Aquilia, vel Ovinia*[h], *vel Furia in provinciis agatur, imperio continebitur iudicium: idemque iuris est et si Romae apud recuperatores agamus, vel apud unum iudicem interveniente peregrini persona. et ex diverso si ex ea causa, ex qua nobis edicto praetoris datur actio, Romae sub uno iudice inter omnes cives Romanos accipiatur iudicium, legitimum est.*

G. §. 108. G. §. 109.

TIT. XII.

DE PERPETUIS ET TEMPORALIBUS ACTIONIBUS ET QUAE AD HEREDES ET IN HEREDES TRANSEUNT[a].

§. Hoc (*Quo*) loco admonendi [su]mus eas quidem actiones, quae ex lege, senatusveconsulto (*consultis*), sive ex sacris constitutionibus proficiscuntur, perpetuo solere antiquitus competere (*praetorem accommodare*), donec sacrae constitutiones[b] tam in rem, quam in personam[c] actionibus certos fines dederunt; [eas vero, quae ex propria praetoris (*ipsius*) iurisdictione pendent, plerumque intra annum vivere[d] (*dare*); nam et ipsius praetoris intra annum erat imperium. §. Aliquando tamen [*praetoriae actiones*] et in perpetuum extenduntur, id est usque ad finem ex[e] constitutionibus introductum (*imitantur*[f] *ius legitimum*); quales sunt eae, quas [bonorum possessori (*posse*]*ssoribus*), ceterisque, [qui] heredis loco sunt[g], [accommodat[h]. furti] quoque manifesti actio, quamvis ex ipsius praetoris iurisdictione [pro]ficiscatur, tamen perpetuo datur;

I. pr. G. §. 110. p. 226. G. §. 111.

absurdum enim[i] esse existimavit anno eam terminari. | *et*[k] *merito, cum pro capitali poena pecuniaria constituta sit.*

§. Non omnes autem actiones, quae in ali[quem aut ipso iure[l] com]petunt aut a praetore dantur, et (*etiam*) in heredem [aeque competunt aut da]ri solent. est enim certissima iuris regula[m], ex maleficiis poenales actiones in heredem[n] non (*nec*) competere („[*nec dari solere*][o]); velut

I. §. 1. G. §. 112.

---

[g]) Cf. supra h. C. §. 104. 106. [h]) *Atinia* Dirksen in Museo Rhenano 1827. p. 37.

Tit. XII. [a]) *Et Quae Ad ... Transeunt* om. Cod. Erlang. [b]) Cf. Honor. et Theodos. L. 3. Anastas. L. 4. sqq. Cod. de praescr. xxx vel xl annor. VII. 39. [c]) *quam personalibus* Bi. [d]) Cf. Paul. L. 35. D. de O. et A. XLIV. 7. Ulp. L. 22. §. 6. D. de liberali causa XL. 12. [e]) *ex* om. Bi. Ba. [f]) „*praetor in actionibus imitatur*" Heff. [g]) Cf. Paul. cit. L. 35. D. de O. et A. item L. 117. D. de reg. iur. L. 17. [h]) Cf. supra ad §. 5. Inst. de obl. q. ex del. IV. 1. [i]) *etenim* Ba. [k]) Cf. Theoph. ad pr. Inst. h. t. [l]) ἢ ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ Theoph. Cf. de hoc „*ipso iure*" §. 10. Inst. de act. IV. 6. [m]) Cf. Gai. L. 3. §. 1. D. de reg. iur. L. 17. Pompon. L. 38. eod. Ulp. L. 1. D. de priv. delict. XLVII. 1. Paul. sent. rec. II. 31. §. 6. [n]) *rei ins.* Hal. G. sed non agn. Theoph.
[o]) Verba *nec dari solere*, quae iam Goesch. coniecerat, in contextum recepimus. Kl.

furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriae[p]. [sed heredibus] *actoris* huiusmodi actiones comp[etunt], nec denegantur[q], excepta

G. §. 113. iniuriarum actione[r], et si qua alia similis[s] inveniatur[t] *actio*. §. Aliquando tamen [[u]etiam[u]][u] ex contractu actio (*neque heredi, neque*) contra (*in*) heredem non competit;

veluti[v] cum testator dolose versatus sit, et ad heredem eius nihil ex eo[x] dolo pervenit[y]. poenales autem actiones, quas supra diximus, si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatae, et heredibus dantur, et contra heredes transeunt[z].

nam adstipulatoris heres non habet actionem[a]; [*et*] *sponsoris et fidepromissoris heres non tenetur*[b].

I. §. 2. G. §. 114. §. Superest, ut admoneamus, quod, si ante rem iudicatam is, cum quo actum est, satisfaciat actori, officio iudicis convenit eum absolvere, licet iudicii accipiendi tempore in ea causa fuisset, ut damnari debeat[c]; et hoc est, quod ante[d] vulgo dicebatur, omnia iudicia absolutoria esse.

§ *Superest, ut dispiciamus, si ante rem iudicatam is, cum quo agitur, post acceptum iudicium satisfaciat actori, quid officio iudicis conveniat: utrum absolvere, an ideo potius damnare, quia iudicii accipiendi tempore in ea causa fuit, ut damnari debeat. nostri praeceptores absolvere eum debere existimant: nec interes*[*se*], *cuius generis*

p. 227. *f*[*uer*]*it*[e] *iudicium. et* |*hoc est, quod volgo dicitur, Sabino et Cassio placere, omnia iudicia esse absolutoria* | — *litt.* 36 — | *idem sentiunt* .. *in* ....., *iudiciis liberum est officium iudicis. tantumdem rem actionibus putant* | — *litt.* 15 — | — *vers.* 1 — | *ad sol* | — *litt.* 34 — | *quibus* | — *litt.* 37 — | — *litt.* 12 — | *petentur et ad* | — *litt.* 20 — | *in*[*ter*]*dum* | — *litt.* 29 — | | — *vers.* 2 — | — *litt.* 18 — | *nobis* | — *litt.* 15 — | *petimus his* | — *litt.* 30 — | *actori quam* | — *litt.* 29 — | | — *vers.* 2 — | *paratu* ... *actori* | — *litt.* 25 — | *ex* | — *litt.* 36 — | — *vers.* 1 — | *actum fuit*[f].

---

p) Cf. Gai. L. 111. §. 1. D. de reg. iur. L. 17. Ulp. L. 3. pr. D. de feriis II. 12. Paul. L. 10. §. 2. D. si quis caut. in iud. sist. II. 11. et L. 10. pr. D. comm. divid. X. 3. q) Cf. Pompon. cit. L. 38. D. de reg. iur. Ulp. L. 23. §. 8. D. ad leg. Aquil. IX. 2. Paul. cit. L. 10. §. 2. D. si q. caut. in iud. sist. II. 11. r) Cf. Ulp. L. 13. pr. L. 15. §. 14. L. 28. D. de iniur. XLVII. 10. Paul. L. 2. §. 4. D. de collatione XXXVII. 6. s) Cf. Ulp. L. 24. D. de in ius voc. II. 4. et L. 5. §. 4. D. ne quis eum, qui in ius voc. II. 7. Iulian. L. 6. Papin. L. 10. D. de sepulc. viol. XLVII. 12. Constantin. et Constantius L. 7. Cod. de revoc. donat. VIII. 56. t) Theophilus adiicit: „*Αἱ δὲ ἀπὸ συναλλαγμάτων* [*ἀγωγαὶ*] *ἀκωλύτως κληρονόμοις καὶ κατὰ κληρονόμων δοθήσονται*". Unde in veteribus quibusdam institutionum editionibus conversio legitur huius Theophilini loci. u) *etiam* cum Cod. om. Heff. v) *veluti* omissum a G. Bi. Be. Bu. deesse in veteribus libris monuit Cuiacius; cum Hal. admisi voculam, quam in Theophili *Ἐὰν γὰρ* videre mihi videor. x) *eo* om. G. Bi. Be. Bu. y) Cf. ad hunc intricatum olim, nunc Gaio e regione Iustiniani institutionibus apposito faciliorem locum Cuiac. obss. XXI. 2. et interpr. ad Theoph. Sed vide Ulp. L. 152. §. 3. L. 157. §. 2. D. de reg. iur. Paul. L. 49. D. de O. et A. XLIV. 7., qui contra facere videntur; qua de causa, cum praesertim Theoph. quoque assentiretur, plerique eatum ex mente eorum, qui institutiones composuere, huc pertinentem putant esse in Ulp. L. 1. §. 1. D. depositi XVI. 3. cf. Id. L. 7. §. 1. Nerat. L. 18. D. eod. z) Cf. Paul. L. 164. Gai. L. 139. pr. D. de reg. iur. L. 17. Ulp. L. 26. Callistr. L. 58. D. de O. et A. XLIV. 7. a) Cf. supra Comm. III. §. 114. b) Cf. Comm. III. §. 120. c) *deberet* Hal. Bu. Cf. Paul. L. 73. D. de procurat. III. 3. d) *antea* Hal. e) „*interest, cuius generis fit iudicium*" a. cod. Heff. f) Sequitur unius versus spatium vacuum.

TIT. XIII.

DE EXCEPTIONIBUS.

§. Sequitur ut de exceptionibus dispiciamus. §. Comparatae sunt autem[a] exceptiones defendendorum eorum[b] gratia, cum quibus agitur[c]; saepe enim accidit, I. pr. G. §. 115. G. §. 116. p. 228.

ut, licet ipsa persecutio, qua actor experitur, iusta sit, tamen iniqua sit adversus eum, cum quo agitur[d].

ut quis iure civili teneatur, sed iniquum sit, eum iudicio condemnari.

§. Verbi gratia si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus stipulanti Titio promisisti[e] quod non debueras promittere[f], palam est iure civili te obligatum esse, et actio, qua intenditur dare te oportere, efficax est; sed iniquum est te condemnari, ideoque datur tibi exceptio[g] metus causa, aut doli mali, aut in factum composita, ad impugnandam actionem[h]. I. §. 1.

§. Idem iuris est, si quis quasi credendi causa pecuniam a te[i] stipulatus fuerit, neque[k] numeraverit[l]. I. §. 2.

*velut [*si*] stipulatus sim a te pecuniam tamquam credendi causa numeraturus, nec numeraverim:*

nam eam pecuniam a te petere (*peti*) posse eum certum est; dare enim te oportet[m], cum ex stipulatione (*stipulatu*) tenearis. sed quia iniquum est te eo nomine[n] condemnari, placet per exceptionem[o] pecuniae non numeratae[p] (*doli mali*) te defendi debere, cuius tempora nos, secundum quod iam superioribus libris[q] scriptum est, constitutione nostra[q] coarctavimus.

§. Praeterea debitor si pactus fuerit cum creditore, ne a se[r] peteretur, nihilominus obligatus manet, quia pacto convento obligationes non omni modo[s] dissolvuntur[t]; qua de causa efficax est adversus eum actio, qua[u] actor intendit: „si paret[x] eum dare oportere". sed quia iniquum est contra pactionem eum damnari[y], defenditur per exceptionem pacti conventi[z]. I. §. 3.

item si pactus fuero tecum, ne id, quod mihi debeas, a te petam, nihilominus id ipsum a te petere possum dare[a] mihi oportere, quia obligatio pacto convento non tollitur: sed placet, debere me petentem per exceptionem pacti conventi repelli.

Tit. XIII. a) *autem sunt* Hal. G. Bi. Be. b) Blumius codice auctore eo inclinat, ut Gaium *reorum* scripsisse existimet. Goesch. *reorum* Heff. c) Cf. Ulp. L. 2. pr. D. h. t. XLIV. 1. Paul. L. 22. pr. eod. d) Cf. Ulp. L. 36. D. de V. O. XLV. 1. item infra pr. §. 1. sqq. Inst. sq. tit. e) Cf. titt. D. quod met. c. IV. 2. de dolo malo IV. 3. de doli mali et met. except. XLIV. 4. passim. f) *promittere* om. Bi. g) *quod* ins. Hal. h) Cf. Diocl. et Max. L. 9. Cod. de contrah. et committ. stipul. VIII. 38. iid. L. 5. Cod. de inut. stip. VIII. 39. Pompon. L. 20. D. de SCto Maced. XIV. 6. i) *a te* om. G. Bi. Be. Bu. k) *nec* Bu. l) Cf. Ulp. L. 2. §. 3. D. de doli m. et met. exc. XLIV. 4. L. 6. §. 1. D. de novat. XLVI. 2. item Paul. L. 30. D. de reb. cred. XII. 1. m) *oporteret* c. cod. Ver. Heff. n) *eo nomine* om. Cod. Erlang. o) *placet exceptione* Hal. p) *n. n. pec.* Bi. Be. Bu. sed *p. n. n.* Theoph. q) Tit. Inst. de litterar. obl. III. 21. (22.) cf. ibi citt. r) *pecunia* ins. Hal. Bu. s) *quia ... non omnino* Hal. *quia obl. pacto conv. omnimodo non* Bu. t) Cf. Ulp. L. 7. §. 4. L. 10. §. 2. L. 16. Paul. L. 27. §. 2. D. de pact. II. 14. Antonin. L. 5. Alexand. L. 20. Maximin. L. 13. Cod. eod. tit. II. 3. u) *quam* Hal. Bi. x) *apparet* Hal. y) *condemnari* Hal. z) Cf. Paul. L. 142. D. de reg. iur. L. 17. a) Malim vel *dare te* vel *dari* Goesch.

I. §. 4. §. Aeque si debitor creditore deferente iuraverit nihil se dare oportere, adhuc obligatus permanet; sed quia iniquum est de periurio quaeri, defenditur per exceptionem iurisiurandi [b]. In iis quoque [c] actionibus, quibus in rem agitur, aeque [d] necessariae sunt exceptiones, veluti si petitore deferente possessor iuraverit eam [e] rem suam esse, et nihilominus petitor eamdem rem vindicet; licet enim verum sit quod intendit, id est rem eius esse, iniquum tamen est possessorem condemnari [f].

G. §. 117. §. *In his quoque actionibus, quae [*non*] in personam sunt, exceptiones locum habent. velut si metu me coegeris, aut dolo induxeris, ut tibi rem aliquam mancipio d[ar]em .... si .* [g] *eam rem a me petas, datur mihi exceptio, per quam, si metus causa te fecisse vel dolo malo arguero, repelleris. item si fundum litigiosum* [h] *sciens a non possidente emeris, eumque a possidente petas, opponitur tibi exceptio, per quam omni modo summoveris.*

I. §. 5. §. Item si [i] iudicio tecum actum fuerit, sive in rem sive in personam, nihilominus obligatio durat, et ideo ipso iure de eadem re postea adversus te agi potest; sed debes per exceptionem rei iudicatae adiuvari [k].

I. §. 6. §. Haec exempli causa rettulisse sufficiet [l]. alioquin quam ex [m] multis variisque causis exceptiones necessariae sint [n], ex latioribus digestorum seu pandectarum libris [o] intellegi potest.

I. §. 7. §. [p] Quarum quaedam ex legibus vel ex iis, quae legis vicem obtinent, vel ex ipsius praetoris iurisdictione substantiam capiunt.

G. §. 118. §. *Exceptiones autem alias in edicto praetor habet propositas, alias causa cognita accommodat. quae omnes vel ex legibus, vel ex his, quae legis vicem obtinent, substantiam capiunt, vel ex iurisdictione praetoris proditae sunt.*

G. §. 119. p. 229. §. [*Omnes autem exceptiones in contrarium concipiuntur, quia* [q] *affirmat is, cum quo agitur. nam si verbi gratia reus dolo malo aliquid actorem facere dicat, qui forte pecuniam petit, quam non numeravit, sic exceptio concipitur: „si in ea re nihil dolo malo Auli Agerii factum sit, neque fiat". item si dicatur contra pactionem pecunia peti, ita concipitur exceptio: „si inter Aulum Agerium et Numerium Negidium non convenit, ne ea pecunia peteretur". et denique in ceteris causis similiter concipi solet. ideo scilicet, quia omnis exceptio obiicitur quidem a reo, sed ita formulae inseritur, ut condicionalem faciat condemnationem, id est, ne aliter iudex eum, cum quo agitur, condemnet, quam si nihil in ea re, [qua] de agitur, dolo actoris factum sit; item ne aliter iudex eum condemnet, quam si nullum pactum convent[um d]e non petenda pecunia factum erit.*

---

b) *defenditur tamen exceptione iurisiurandi* Bi. Cf. Ulp. L. 5. §. 2. 9. pr. §. 1. D. de iureiur. XII. 2. Paul. L. 26. eod. Iulian. L. 15. D. h. t. XLIV. 1. Paul. L. 11. D. de in lit. iur. XII. 3. c) *etiam* Bu. d) *aeque* om. Bu. e) *eam* om. Bu. f) Cf. Ulp. L. 3. §. 1. L. 11. D. de iureiur. XII. 2. g) „*dem I. Qu.* (iure Quiritium). *nam si nunc*" restituit Heffl. h) Cf. fragm. de iure fisci §. 8. i) *in ius.* Hal. k) Cf. Ulp. L. 3. Paul. et Ulp. L. 12. sqq. D. de exc. rei iud. XLIV. 2. l) *sufficiat* Hal. m) *ex* om. Bu. n) *sunt* Bi. o) Praecipue lib. XLIV. p) Editio Gotting. hic omittit §. signum; unde fit, ut §. 8. nostrae editionis ibi sit §. 7. et sic porro. Cf. not. x ad §. 11. h. t. q) *quam* non sine ratione correxit Heffl. De usu loquendi *diversum quam, contra quam,* attulit Quint. inst. or. I. 4. v. fin. et Cic. de legg. II. 6.

IUST. INST.	GAII INST.	
§. Appellantur [r] autem exceptiones aliae perpetuae et peremptoriae, aliae temporales et dilatoriae.	§. *Dicuntur autem exceptiones aut peremptoriae, aut dilatoriae.*	I. §. 8. G. §. 120.
§. Perpetuae et peremptoriae sunt, quae semper agentibus obstant et semper rem, de qua agitur, perimunt; qualis est exceptio doli mali, et quod metus causa factum est, et pacti conventi, cum ita convenerit, ne omnino pecunia peteretur.	§. *Peremptoriae* [s] *sunt, quae perpetuo valent, nec evitari possunt: velut quod metus causa, aut dolo malo, aut quod contra legem senatusveconsult[um] factum est, aut quod res iudicata est, vel in iudicium deducta est; item pacti conventi, quo pactum est* [t], *ne omnino pecunia peteretur.*	I. §. 9. G. §. 121.
§. Temporales atque dilatoriae sunt, quae ad tempus nocent et [u] temporis dilationem tribuunt; qualis est [x] pacti conventi, cum ita [y] convenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium; nam finito eo tempore [z] non impeditur actor rem exequi [a]. ergo ii, quibus intra certum [b] tempus agere volentibus obiicitur [c] exceptio aut pacti conventi aut alia similis, differre debent actionem et post tempus agere; ideo enim et dilatoriae istae exceptiones appellantur. alioquin, si intra tempus egerint, obiectaque sit [d] exceptio, neque [e] eo iudicio quidquam consequerentur [f] propter exceptionem, nec [g] post tempus olim agere poterant, cum temere rem in iudicium deducebant et consumebant; qua ratione rem amittebant. Hodie autem [h] non ita stricte haec [i] procedere volumus, sed eum, qui ante tempus pactionis vel obligationis litem inferre ausus est [k], Zenonianae constitutioni [l] subiacere censemus, quam sacratissimus legislator de iis,	§. *Dilatoriae sunt exceptiones, quae ad tempus nocent. veluti illius pacti conventi, quod factum* [m] *est verbi gratia, ne intra quinquennium peteretur: finito enim eo tempore* |*non habet locum exceptio. cui similis exceptio est litis dividuae* [n] *et rei residuae. nam si quis partem rei petierit, et intra eiusdem praeturam reliquam partem petat, hac exceptione summovetur, quae appellatur litis dividuae. item si is, qui cum eodem plures lites habebat, de quibusdam egerit, de quibusdam distulerit, ut ad alios iudices .....* [o], *si intra eiusdem praeturam de his, quae ita distulerit, agat, per hanc exceptionem, quae appellatur rei residuae, summovetur.* §. *Observandum est autem ei, cui dilatoria obiicitur exceptio, ut differat actionem: alioquin si obiecta exceptione egerit, rem perdit. nec enim post illud tempus, quo integra re evitare* [p] *poterat, adhuc ei potestas agendi superest, re in iudicium deducta et per exceptionem perempta.*	I. §. 10. G. §. 122. p. 230. G. §. 123.

r) Cf. ad h. et sqq. §.§. Ulp. L. 2. §. 4. Gai. L. 3. D. h. t. s) Cf. Gai. L. 3. D. de except. XLIV. 1. t) Haud scio an scribendum sit, *quod factum est*. Goesch. Merito nostram lectionem defendit Heffterus, tam ex Iustiniani institutionibus, quam e Theophili verbis *πάκτου ἡνίκα πακτεύσω*. u) *atque* Bu. x) *exceptio* ins. Hal. Bu. y) *ita* om. Bu. z) *tempore* om. Cod. Erlang. a) *persequi* Bu. b) *certum* om. Bi. c) *obicitur* G. d) *eis* ins. Bu. e) *nec* Bu. f) *consequebantur* Hal. g) *neque* Hal. G. h) *tamen* Bu. i) *hoc* Hal. *haec* om. Cod. Erlang. k) *sit* Hal. l) De qua, ut et de Iustinianeis constitutionibus, quae ad hunc locum faciunt, vide quae annotavi ad §. 34. Inst. de act. IV. 6. m) Verba *pactum est*, quae Goesch. ante vidisse sibi visus Blumio auctore correxerat, restituit Heffi. n) Cf. supra h. C. §. 56. o) *egant* Cod. *eant* coniicit Blum. *ageret* Hugo. *ageret, agerentur, agantur* Brinkm. *agantur* dedit Heffi. p) *exceptionem* supplendum censet Heffi.

qui tempore plus petierint, protulit, ut et [q] inducias, quas ipse actor sponte [r] indulserat [s] vel [t] natura actionis continet [u], in duplum habeant ii, qui talem iniuriam passi sunt, et post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint, ut actores tali poena perterriti tempora litium doceantur observare.

I. §. 11. §. [x] Praeterea etiam [y] ex persona dilatoriae sunt exceptiones, quales sunt procuratoriae [z]; veluti si per militem [a] aut mulierem [b] agere quis velit [c]. nam militibus nec pro patre vel matre [d] vel uxore, nec ex sacro rescripto [e] procuratorio nomine experiri conceditur [f]; suis vero negotiis superesse sine offensa militaris [g] disciplinae possunt. eas vero exceptiones, quae olim procuratoribus propter infamiam vel dantis vel ipsius procuratoris opponebantur [h], cum in iudiciis frequentari nullo modo perspeximus, conquiescere sancimus [i], ne, dum de his altercatur, ipsius negotii disceptatio proteletur.

G. §. 124. §. *Non* [k] *solum autem ex tempore, sed etiam ex persona dilatoriae exceptiones intelleguntur. quales sunt cognitoriae: velut si is, qui per edictum cognitorem dare non potest, per cognitorem agat; vel* [l] *dandi quidem cognitoris ius habeat, sed eum det, cui non licet cognituram suscipere. nam si obiiciatur exceptio cognitoria, si ipse talis erit* [m], *ut ei non liceat cognitorem dare, ipse agere potest: si vero cognitori non liceat cognituram suscipere, per alium cognitorem, aut per semet ipsum liberam habet agendi potestatem, et tam hoc, quam illo modo evitare* [** potest **] *exceptionem. quodsi dissi|mulaverit* [*ea*]*m et per cognitorem eger*[*it*], *rem perdit*].

p. 231.

G. §. 125. §. *Semper peremptoria quidem exceptio n*[*ocet*]; *i*[*deoque si reus ea*] *non fu*[*er*]*it usus, in integrum restitu*[*itur recuperan*]*dae* [n] *exceptionis gratia: dilatoria vero si non* [*fuerit*] *usus, an in integrum restituatur, quaeritur* [o].

TIT. XIV.

DE REPLICATIONIBUS.

I. pr. G. §. 126. §. **Interdum evenit, ut exceptio, quae prima facie iusta videatur** [a], **inique** [b] **noceat** *actori*. **quod cum accidit, alia** allegatione (*adiectione*) **opus est ad-**

---

q) *et* om. Cod. Erlang. r) *sponte* om. Bu. s) *indulserit* Hal. G. t) *quas* ins. Hal. u) *si contempserit* ins. Hal. et Cod. Erlang. *contemserit* ins. G. x) Nostrae editionis §um 11. iterum 10. numerant Bi. Be. Bu. Editio vero Gott. semel tantum §. 10. habet, cf. not. *p.* ad §. 7. h. t. y) *etiam* om. Bu. et voces *ex persona* post *exceptiones* posuit. z) Cf. Ulp. L. 2. §. 4. Gai. L. 3. D. h. t. item Ulp. L. 5. i. f. Iulian. L. 6. D. de op. novi nunt. XXXIX. 1. Pompon. L. 39. §. 3. D. de damno inf. XXXIX. 2. Ulp. L. 19. §. 2. D. de probat. XXII. 3. a) Cf. Ulp. L. 8. §. 2. D. de procuratoribus III. 3. b) Cf. Ulp. L. 1. §. 5. D. de postul. III. 1. Paul. L. 41. D. de procuratoribus III. 3. Ulp. L. 2. pr. D. de reg. iur. L. 17. Divi fratres L. 2. Sever. et Anton. L. 4. Cod. eod. II. 13. c) Cf. Paul. L. 54. D. de procur. III. 3. d) *vel matre* om. Cod. Erlang. e) Alexand. L. 7. Cod. tit. cit. cf. Id. L. 9. eod. f) *permittitur* Bu. g) *militaris* om. G. Bi. Be. Bu. τοῦτο γὰρ τοῖς περὶ στρατιωτῶν οὐκ ἐναντιοῦται νόμοις. Theoph. h) Cf. Ulp. L. 1. §. 5. 8. D. de postul. III. 1. Paul. sent. rec. I. 2. §. 1. Quintil. inst. or. III. 6. §. 75. sqq. IV. 4. §. 6. VII. 1. §. 20. 5. §. 1. sqq. i) *sanximus* G. Be. *sancivimus* Bu. k) Cf. Gai. L. 3. cit. h. t. Auct. ad Her. II. 13. Quintil. inst. or. III. 6. §. 71. Paul. sent. rec. I. 2. §. 1—3. Fragm. Vat. §. 322. 323. 324. l) *si quis*, quod Goesch. addiderat, cum Heffitero omisimus Kl. m) *erat* Cod. *sit* Goesch. *erit* correximus cum Heffitero Kl. n) „*restitutio datur servandae*" Heff. o) Novo iure decisum videtur id non licere. Vid. Iulian. L. 12. Cod. h. t. Heff.

Tit. XIV. a) *videtur* Hal. Bi. Bu. b) *tamen* ins. Hal.

iuvandi actoris gratia, quae (*adiectio*) replicatio [c] vocatur, quia per eam replicatur atque resolvitur ius [d] exceptionis;

veluti cum pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat, deinde postea in contrarium pacti sunt, id est [e] ut creditori petere liceat, si creditor agat et excipiat debitor, ut ita demum condemnetur, si non convenerit, ne eam [f] pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio [g]; convenit enim ita.

nam si verbi gratia pactus sim tecum, ne pecuniam, quam mihi debes, a te peterem, deinde postea in contrarium pacti simus, id est, ut petere mihi liceat, et, si agam tecum, excipias tu, ut ita demum mihi condemneris, „si non convenerit, ne eam pecuniam peterem"; nocet mihi exceptio pacti conventi.

namque nihilominus hoc verum manet, licet (*etiamsi*) postea in contrarium pacti sint (*simus*). sed quia iniquum est creditorem (*me*) excludi *exceptione*, replicatio ei dabitur (*mihi datur*) ex posteriore pacto convento. [*hoc*] *modo: „si non postea convenerit, ut eam pecuniam petere liceret". item si argentarius pretium rei, quae in auctione venierit, persequatur, obiicitur ei exceptio, ut ita demum emptor damnetur, si ei res, quam emerit, tradita [sit; quae quidem est]* [h] *iusta exceptio: sed si in auctione praedictum est, ne ante emptori traderetur res, quam si pretium solverit, replicatione |tali argentarius adiuvatur: „aut si* [i] *praedictum est, ne aliter emptori res traderetur, quam si pretium emptor solverit".* p. 232.

§. Rursus interdum (*Interdum autem*) evenit, ut (*rursus*) replicatio, quae prima facie iusta sit [k], inique *reo* noceat. quod cum accidit [l], alia allegatione (*adiectione*) opus est adiuvandi rei gratia, quae duplicatio vocatur. I. §. 1. G. §. 127. §. Et si rursus ea prima facie iusta videatur, sed propter aliquam causam inique actori noceat, rursus alia allegatione (*adiectione*) opus est, qua actor adiuvetur, quae dicitur triplicatio [m]. I. §. 2. G. §. 128. §. Quarum omnium exceptionum (*adiectionum*) usum interdum *etiam* ulterius, quam diximus, varietas negotiorum introduxit [n]; quas omnes apertius ex digestorum latiore volumine facile est cognoscere. I. §. 3. G. §. 129.

§. Exceptiones autem, quibus debitor defenditur, plerumque accommodari solent etiam fideiussoribus eius [o]; et recte, quia quod ab iis petitur, id ab ipso debitore peti videtur [p], quia mandati iudicio redditurus est eis quod ii [q] pro eo solverint [r]. qua ratione etsi de non [s] petenda pecunia pactus quis cum reo fuerit [t], placuit perinde succurrendum I. §. 4.

---

c) Cf. Ulp. L. 2. §. 1. Paul. L. 22. §. 1. D. de except. XLIV. 1. Diocl. et Max. L. 10. 7. Cod. eod. tit. VIII. 36. d) *ἀναλύεται ἡ τῆς παραγραφῆς ἰσχύς.* Theoph. e) *id est* om. Bu. f) *illam* Bi. Be. Bu. g) Cf. Paul. L. 27. §. 2. D. de pactis. II. 14. h) Fortasse ita legendum: „*tradita (sit) et haec est iusta exceptio*", Heff. i) Pro *aut si* Goeschenius correxerat *nisi*; cum Heffero restituimus codicis lectionem. Cf. Briss. de form. V. 80. et Iulian. L. 25. D. de act. empti XIX. 1. et L. 7. §. 1. D. de cur. fur. XXVII. 10. k) *est* Hal. G. *videbatur* Bu. l) *accidat* e. cod. Heff. item initio §. 126. m) Cf. Ulp. cit. L. 2. §. 3. D. de except. XLIV. 1. n) *introducit* Hal. Cf. Ulp. l. c. o) Cf. Paul. L. 7. Marcian. L. 19. D. eod. Paul. L. 21. §. 5. cum seqq. legg. D. de pactis II. 14. Cels. L. 47. D. de condict. indeb. XII. 6. Ulp. L. 9. §. 4. D. ad SCtum Macedon. XIV. 6. Iulian. L. 16. §. 1. D. ad SCtum Velleian. XVI. 1. p) Cf. Ulp. L. 20. D. de recept. qui arbitr. rec. IV. 8. q) *ii* om. Bi. Bu. r) Cf. supra §. 6. Inst. de fideiuss. III. 20. (21.) Gordian. L. 14. Cod. de fideiuss. et mand. VIII. 41. s) *non de* Bi. Be. t) Cf. Ulp. L. 22. Paul. L. 25. §. 1. L. 32. D. de pact. II. 14. Ulp. L. 5. pr. §. 1. D. de liber. leg. XXXIV. 3.

esse per exceptionem pacti conventi illis quoque [u], qui pro eo obligati essent [x], ac si [y] cum ipsis pactus esset, ne ab eis ea [z] pecunia peteretur. sane quaedam exceptiones non solent his accommodari [a]. ecce enim debitor, si bonis suis cesserit et cum eo creditor experiatur [b], defenditur per exceptionem „nisi [c] bonis cesserit". sed haec exceptio fideiussoribus non datur; ideo scilicet, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maxime prospicit, ut cum facultatibus [d] lapsus fuerit debitor, possit ab iis, quos pro eo obligavit, suum consequi [e].

[*DE PRAESCRIPTIONIBUS*] [a].

G. §. 130. §. *Videamus etiam de praescriptionibus, quae receptae sunt pro actore* [b]. §. *Saepe*
G. §. 131. *enim ex una eademque obligatione aliquid iam praestari oportet, aliquid in futura praestatione est. velut cum in singulos annos, vel menses certam pecuniam stipulati fuerimus: nam finitis quibusdam annis, aut mensibus, huius quidem temporis pecuniam praestari oportet, futurorum autem annorum sane quidem obligatio contracta intellegitur, praestatio vero adhuc nulla est. si ergo velimus id quidem, quod praestari oportet, petere et in iudicium deducere, futuram vero obligationis praestationem in incerto relinquere, necesse est, ut cum hac praescriptione agamus: „ea res agatur* [c], *cuius rei dies fuit* [d]". *alioquin si sine*
p. 233. *hac praescriptione egerimus ea scilicet formula, qua incertum petimus,* | *c[uius] in[tent]io his verbis concepta est: „quid[qui]d [* ob *] [eam] r[em Numerium Negidium Aulo Agerio] dare facere oporte[t]* [e]", *totam obligationem, id est, etia[m futuram]* [f] *in hoc iudicium [dedu]ci[mu]s et ....* | — vers. 1 — | — litt. 38 — | [g] *[ite]m si verbi gratia ex empto agamus, [ut] nob[is] fund[us] mancipio detur, debemus [ita praescr]ib[ere]: „ea res agatur de fundo mancip[an]do": [ut] postea* [h], *si ve[li]mus vacuam possessionem nobis trad[i, de] trad[enda]* | — vers. 1 — | .... *totius illius iuris obligatio, i[ta concep]ta* [i] *actione: „quidquid ob eam rem Numerium Negidium Aulo Agerio dare facere oportet* [k]", *[per] in[ten]tion[em]* [l] *consumitur: ut postea nobis agere volen[tibus de] vacua possessione tradenda*
G. §. 132. *nulla supersit actio.* §. *Praescr[iptiones autem] appellatas esse ab eo, [quod a]nte for-*
G. §. 133. *mulas praescribuntur, plus quam manifestum est.* §. *Sed his quidem temporibus, sicut supra* [m] *quoque diximus, omnes praescriptiones ab actore proficiscuntur* [n]. *olim aut[em] quaedam et pro reo opponebantur. qualis illa erat praescriptio: „ea res agatur, [quod]* [o]

u) *quoque* om. Bi. x) *sunt* Hal. y) *etiam* ins. Hal. z) *ea* om. Bu. a) Cf. Paul. L. 7. pr. D. de except. XLIV. 1. b) *expediatur* Bi. c) *si* Hal. Bi. *Ἀλλ' εἰ μὴ* Theoph. Cf. Gordian. L. 8. Cod. de bonis auct. iud. poss. VII. 72. Alex. L. 1. Cod. qui bon. ced. poss. VII. 71. Ulp. L. 4. D. de cess. bon. XLII. 3. atque §. 40. Inst. de act. IV. 6. d) *suis* ins. Bu. e) Cf. supra pr. Inst. de fideiuss. III. 20. (21.)

[*DE PRAESCRIPTIONIBUS*]. a) Locum de praescriptionibus, quem Iustinianus quasi suo tempori plane alienum omiserat, peculiari subiunximus huic titulo. b) Cf. infra h. C. §. 133. c) Cf. Cic. de finib. II. 1. d) Cf. Cic. de orat. I. 37. e) *Quidquid paret N. N. A. A. dare facere oportere.* Hefft. f) Fortasse *posteriorem.* Hefft. g) „*quantumvis in obligatione fuerit, tamen id solum consequimur, quod litis contestatae tempore praestari oportet, ideoque removemur postea agere volentes. item*" supplet Hefft. h) *Ut possimus* scribendum esse mihi persuadeo. Hefft. i) *illa intenta* Hefft. k) *oporteret* magis ad codicis scripturam reduxit Hefft. l) Num forte et Gaius h. l. scripserat: *per in iudicium deductionem?* Hefft. m) Cf. §. 130. h. C. n) Cf. Cic. de orat. I. 37. o) Pro *quod* Heisio suadente restituit *si modo* Hefft.

praeiudicium[p] *hereditati non fiat*": *quae nunc in speciem exceptionis deducta est, et locum habet, cum petitor hereditatis alio [genere] iudicii praeiudicium [hereditat]i faciat; velut cum*[q] | — *litt.* 21 — | *iniquum* | — *litt.* 15 — | || — *vers.* 23 — | — *litt.* 30 — |. §. *[inten]-* p. 234.
[tione[r] *formulae det[erminatur is, c]ui dare oportet; et sane domino dare oportet, quod* G. §. 134. p. 235.
servus stipulatur. at in praescriptione de pacto[s] *quaeritur, quod secundum naturalem significationem verum esse debet.* §. *Quae[cum]que autem diximus de servis, eadem de ce-* G. §. 135.
teris quoque personis, quae nostro iuri subiectae sunt, dicta intellegemus. §. *Item admo-* G. §. 136.
nendi sumus, si cum ipso agamus, qui incertum p[ro]miserit, ita nobis formulam esse propositam, ut praescriptio inserta sit formulae loco demonstrationis, hoc modo: „iudex esto. quod Aulus Agerius de Numerio Negidio incert[um] stipulatus est, cuius rei dies fuit, quidquid ob eam rem Numerium Negidium Aulo [Agerio] dare facere oportet" et reliqua.
§. *Si cum sponsore aut fideiussore agatur, praescribi solet in persona quidem sponsoris* G. §. 137.
hoc modo: „ea res agatur, quod Aulus Agerius de Lucio Titio incertum stipulatus [est], quo nomine Numerius Negidius sponsor est, cuius rei dies fuit"; in persona vero fideiussoris: „ea res agatur, quod Numerius Negidius pro Lucio Titio incertum fide sua esse iussit, cuius rei dies fuit": deinde formula subiicitur.

TIT. XV.

DE INTERDICTIS.

Sequitur, ut de interdictis dispiciamus, seu[a] actionibus, quae pro his exercentur. erant autem[b] interdicta formae atque conceptiones verborum, quibus praetor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri[c] prohibebat; quod tunc maxime faciebat[d], cum de possessione aut quasi[e] possessione inter aliquos contendebatur.

§. *Superest, ut de interdictis dispiciamus.* I. pr. G. §. 138.
§. *Certis igitur ex causis praetor aut pro-* G. §. 139.
consul principaliter auctoritatem suam finiendis controversiis p[rae]ponit[f]. *quod tum maxime facit, cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contenditur. et in summa aut iubet aliquid fieri, aut fieri prohibet. formulae autem verborum et concep-*

---

p) Cf. Gai. L. 1. §. 1. D. fam. ercisc. X. 2. Iulian. L. 13. D. de except. XLIV. 1. Ulp. L. 25. §. 17. D. de pet. her. V. 3. Afric. L. 16. et 18. D. de except. q) Heffterus quae in codice legi vel omnino vel satis non poterant, in hunc modum restituit: „*velut cum res singulas petat . esset enim iniquum per unius partis* [*petitionem maiori quaestioni de ipsa hereditate praeiudicari . quare etiam his temporibus ei, unde petitur, exceptio haec in rem comparatur* .... §. 134. *Ab actore autem vel nunc praescriptiones quaedam speciales praeter eas, quas supra enumeravimus, adhibendae sunt* .... *si v. gr. dominus servi alicuius ex stipulatione eius agere velit, in qua et praesentes et futurae obligationes ex pacto insunt. forte si ita convenisset, ut ex pecunia, quae in stipulatum deducta est, menstrua V. HS. refunderentur: intentioni actoris loco demonstrationis ita praescribendum est: „ea res agatur . quod Chrysogonus Lucii Seii servus actor de Numerio Negidio tricies HS. stipulatus est, convenitque inter eos, ut ex ea pecunia menstrua V. HS. refunderentur, cuius rei dies fuit. Deinde inten*]*tione etc.*" Cf. Nerat. L. 21. D. de except. XLIV. 1. Paul. L. 54. D. de iudic. V. 1. L. 40. D. de reb. cred. XII. 1. L. 120. §. 2. D. de V. O. XLV. 1. r) Cf. „Zeitschr. f. geschichtliche Rechtswissensch. herausg. v. Savigny, Eichhorn, Goeschen" tom. III. p. 140–146. Maffei opuscoli ecclesiastici p. 90. Nouveau traité de diplomatique, tom. III. p. 208. s) Malim *facto* Sav.

Tit. XV. a) *de* ins. Ba. Cf. §. 8. infra h. t. b) *haec* ins. Ba. c) *fieri* om. Ba. d) *fiebat* Hal. *tum maxime fiebat* Bi. e) *de* ins. Bi. f) *proponit* non solum contra Goeschenii, sed etiam contra Maffei, Hauboldi,

p. 236. *tiones, quibus in |ea re utitur, interdicta dec[retave] vocantur.* §. *[Vocantur] autem de-*
G. §. 140. *creta, cum fieri ali[qu]id iubet, velut cum praecipit, ut aliquid exhibeatur, aut restituatur: interdicta vero, cum prohibet fieri, velut cum praecipit, ne sine vitio possidenti vis fiat, neve in loco sacro aliquid fiat. unde omnia interdicta aut restitutoria, aut exhibito-*
G. §. 141. *ria, aut prohibitoria vocantur.* §. *Nec tamen cum quid iusserit fieri, aut fieri prohibuerit, statim peractum est negotium, sed ad iudicem recuperatoresve it[ur], et[g] ibi editis formulis quaeritur, an aliquid adversus praetoris edictum factum sit, vel an factum non sit, quod is fieri iusserit. et modo cum poena agitur, modo sine poena: cum poena, velut cum per sponsionem agitur; sine poena, velut cum arbiter petitur. et quidem ex prohibitoriis interdictis semper per sponsionem agi solet; ex restitutoriis vero vel exhibitoriis modo per sponsionem, modo per formulam agitur, quae arbitraria vocatur.*

I. §. 1. §. Summa[h] autem (*Principalis igitur*) divisio interdictorum haec (*in eo*) est,
G. §. 142. quod aut prohibitoria sunt (*interdicta*), aut restitutoria, aut exhibitoria. prohibitoria sunt, quibus[i] vetat aliquid fieri, veluti vim sine vitio possidenti[k], vel mortuum[l] inferenti[m] quo ei ius erat inferendi, vel in sacro loco aedificari[n], vel in flumine publico ripave eius aliquid fieri, quo peius navigetur[o]. restitutoria sunt, quibus restitui aliquid iubet, veluti[p] bonorum possessori possessionem eorum, quae quis pro herede aut pro possessore possidet ex ea hereditate[q], aut cum[r] iubet ei, qui vi[s] possessione fundi deiectus sit, restitui possessionem[t]. exhibitoria sunt, per quae iubet exhiberi, veluti eum, cuius de libertate agitur[u], aut libertum, cui patronus operas indicere velit, aut parenti liberos, qui in potestate eius[x] sunt . Sunt tamen qui putant[z] proprie interdicta ea vocari, quae prohibitoria sunt, quia interdicere est[a] denuntiare et prohibere; restitutoria autem et exhibitoria proprie decreta vocari; sed tamen obtinuit omnia „interdicta" appellari, quia inter duos dicuntur[b].

I. §. 2. §. Sequens (*in eo est*) divisio interdictorum haec est, quod quaedam (*vel*) adi-
G. §. 143. piscendae possessionis causa comparata sunt, quaedam (*vel*) retinendae[c],
I. §. 3. quaedam recuperandae[d] (*vel reciperandae*). §. Adipiscendae possessionis causa
G. §. 144. interdictum accommodatur bonorum possessori, quod appellatur (*cuius principium est*[e]) „Quorum bonorum"[f], eiusque vis[g] et potestas haec est, ut, quod quisque ex iis (*his*) bonis, quorum possessio alicui data est, pro he-
p. 237. rede aut pro |possessore possideat[h], id ei, cui bonorum possessio data

Buttmanni, Crameri auctoritatem e codice restituit Heffterus. At vereor, ne verba *finiendis controversiis* vir doctissimus non satis cum verbo *proponit* coniunxerit. Kl. *g*) *tum* addit Heff. *h*) Cf. Ulp. L. 1. §. 1. D. h. t. XLIII. 1. *i*) *praeter* ins. Hal. non agn. Theoph. *k*) Cf. infra §. 4. h. t. Ulp. L. 1. pr. D. uti possid. XLIII. 17. *l*) *mortuo* Bi. *m*) Cf. Ulp. L. 1. D. de mortuo inf. XI. 8. *n*) Cf. Ulp. L. 1. D. ne quid in loco sacro fiat XLIII. 6. *o*) Cf. Ulp. L. 1. D. de fluminibus XLIII. 12. *p*) *cum* ins. Bi. Bu. *q*) Verba *ex ea hereditate* non agn. Theoph. Cf. §. 3. h. t. *r*) *cum* om. Bu. *s*) *vi de* Hal. *vi* om. Bi. Bu. sed agn. Theoph. *t*) Cf. infra §. 6. h. t. *u*) Cf. Ulp. L. 1. D. de hom. lib. exhib. XLIII. 29. Antonin. L. 1. Cod. de lib. exhib. VIII. 8. *x*) *eius* om. Bi. *y*) Cf. Ulp. L. 1. D. de lib. exhib. XLIII. 30. Diocl. et Max. L. 2. 3. Cod. tit. cit. *z*) *putent* Hal. *a*) *sit* Hal. *b*) Cf. Isidor. Or. lib. V. c. 25. *c*) *„possessionis causa interdictum"* addit cod. Veron. et expunxit Goeschenius. *„possessionis causa interdicitur"* restituit Heff. *d*) Cf. Paul. L. 2. §. 3. D. h. t. XLIII. 1. Ausonii Griph. vers. 63. 64. *e*) Cf. Ulp. L. 1. pr. D. quorum bonorum XLIII. 2. *f*) Cf. Dig. XLIII. 2. Cod. VIII. 2. *g*) *ius* Al. *h*) *possideret* c. cod. Heff.

est, restituere debeat (*restituatur*). pro herede autem possidere videtur *tam is*, *qui heres est*, *quam is*, qui [pu]tat se heredem esse; pro possessore is possidet, qui nullo iure (*sine causa*) *aliquam* rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem, sciens ad se non pertinere, possidet[i]. ideo autem adipiscendae possessionis[k] vocatur interdictum, quia ei tantum utile est, qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem. itaque si quis[l] adeptus possessionem amiserit eam, hoc interdictum ei inutile est (*desinit ei id interdictum utile esse*). §. *Bonorum quoque emptori similiter proponitur interdictum, quod* G. §. 145.
quidam possessorium vocant. §. *Item ei*, *qui publica*[m] *bona emerit*, *eiusdem condicionis* G. §. 146.
interdictum proponitur, quod appellatur sectorium, *quod sectores vocantur*[n], *qui publice bona mercantur.* §. Interdictum quoque, quod appellatur Salvianum[o], adi- G. §. 147.
piscendae (*apiscendae*) possessionis [*causa*] comparatum est, eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is[p] pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset. §. Retinendae possessionis causa comparata sunt I. §. 4.
interdicta (*solet interdictum reddi*) Uti possidetis[q] et Utrubi[r], cum ab utraque par- G. §. 148.
te de proprietate alicuius rei controversia sit (*est*), et[s] ante quaeritur[t], uter ex litigatoribus possidere et uter petere debeat[u] (*: cuius rei gratia comparata sunt Uti possidetis et Utrubi*). namque[x] nisi ante exploratum fuerit utrius eorum possessio sit, non potest petitoria[y] actio institui, quia et civilis et naturalis ratio facit, ut alius possideat,[z] alius a possidente petat. et quia longe commodius[a] est possidere potius[b], quam petere, ideo plerumque et fere semper ingens existit[c] contentio de ipsa possessione[d]. commodum autem possidendi in eo est, quod, etiamsi[e] eius res non sit, qui possidet, si modo actor non potuerit suam[f] esse probare, remanet[g] suo loco possessio; propter quam causam cum obscura sunt utriusque iura, contra petitorem iudicari solet.
§. Sed interdicto (*Et*) quidem Uti possidetis (*interdictum*) de fundi vel aedium G. §. 149.
possessione contenditur[h] (*redditur*), Utrubi vero interdicto de rerum mobilium possessione[i]. quorum vis ac potestas plurimam inter se differentiam apud veteres habebat:

nam Uti possidetis interdicto is vincebat, qui interdicti tempore possidebat, si modo nec vi, nec clam, nec precario nactus fuerat

§. *Et*[k] *siquidem de fundo vel aedibus* [*in*- G. §. 150.
terdicitur, *eum potiorem esse praetor iubet*, p. 236.
qui eo tempore, *quo interdictum redditur*, *nec*

---

i) Cf. Ulp. L. 11. 12. 13. pr. D. de hered. petit. V. 3. k) *possessionis* om. Bu. l) *aliquis* Bu. m) An *publice*, ut in seq.? Baumb. n) Cf. Cic. pro Rosc. Am. c. 36. Asc. in Verrin. lib. I. c. 20. et 23. Fest. v. *Sectores*. o) Cf. Dig. de Salv. interd. XLIII. 33. Cod. de precario et Salv. int. VIII. 9. p) *is* om. Bi. Bu. q) Dig. XLIII. 17. Cod. VIII. 6. r) Dig. XLIII. 31. s) *sed* Bu. t) *quaeratur* Hal. u) Cf. Ulp. L. 1. §. 3. D. uti poss. XLIII. 17. x) *Nam* Bu. y) *petitoria* Bi. Bu. z) *et* ins. Hal. Bu. a) *et potius* ins. Hal. b) *potius* om. Hal. Bu. c) *extitit* Bu. d) Cf. Gai. L. 24. D. de rei vind. VI. 1. Paul. L. 128. pr. D. de reg. iur. L. 17. Diocl. et Max. L. 28. Cod. de rei vind. III. 32. Anton. L. 2. Cod. de probat. IV. 19. e) *si etiam* Bu. f) *rem* ins. Bu. g) *in* ins. Hal. h) Cf. Ulp. L. 1. 3. D. uti poss. XLIII. 17. i) Cf. Ulp. L. un. D. de utrubi. XLIII. 31. k) Cf. Paul. sent. rec. V. 6. §. 1.

ab adversario possessionem[l], etiamsi alium vi expulerat, aut clam abripuerat[m] alienam possessionem, aut precario rogaverat aliquem, ut sibi possidere liceret;

vi, nec clam, nec precario ab adversario possideat: si vero de re mobili, [tunc] eum potiorem esse iubet, qui maiore parte eius anni nec vi, nec clam, nec precario ab adversario poss[edit][n]: idque satis ipsis verbis interdictorum significatur.

G. §. 151. Utrubi vero interdicto is vincebat, qui maiore parte eius anni nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidebat. hodie tamen aliter observatur: nam utriusque interdicti potestas, quantum ad possessionem pertinet[o], exaequata est[p], ut ille vincat et in re soli et in re mobili, qui possessionem nec vi, nec clam, nec precario ab adversario litis contestatae[q] tempore detinet.

§. [At] in Utrubi interdicto non sol[um s]ua [cui]que possessio prodest, sed etiam alterius, quam iustum est ei accedere: velut eius, cui heres extiterit; eiusque, a quo emerit[r], aut donatione acceperit. itaque si nostrae possessioni iuncta alterius iusta possessio exuperat adversarii possessionem, nos eo interdicto vincimus. nullam autem propriam possessionem habenti accessio temporis nec datur, nec dari potest: nam ei, quod nullum est, nihil accedere potest. sed et si vitiosam habeat possessionem, id est, aut vi, aut clam, aut precario ab adversario acquisitam, [non] d[atu]r: [nam ei possessio] sua nihil prodest.

G. § 152. *§. Annus[s] autem retrorsus numeratur. itaque si tu verbi gratia anni mensibus possederis prioribus quinque, et ego septem posterioribus, ego potior ero | — litt. 11 — | mensium possessionis .. tibi in hoc interdicto | — litt. 25 — |[t].*

I. §. 5. G. §. 153. §. Possidere autem videtur quisque (*videmur*) non so[lum si ipse possideat (*ip*]*si possideamus*), sed et (*etiam*) si eius (*nostro*) nomine aliquis[u] in possessione[x] sit, licet is eius (*nostro*) iuri subiectus non sit, qualis est colonus et inquilinus[y]. per eos quoque, apud quos deposuerit quis (*deposuerimus*), aut quibus commodaverit (*commodaverimus*), *aut quibus [gratuitam] habita|tionem [cons]tituerimus*[z], ipse (*ipsi*) possidere videtur (*[vi]debimur*). et hoc est, quod volgo dicitur, retinere (*retineri*) possessionem aliquem posse per quemlibet, qui eius (*nostro*) nomine sit in possessione.

p. 239.

quinetiam animo quoque[a] retineri possessionem placet, id est ut, quamvis neque ipse

quinetiam plerique puta[nt], animo [quoque retine]ri possessionem . nostrorum | — litt. 31 — |

l) Adde Paul. sent. rec. V. 6. §. 4. sqq. Licin. Rufin. L. 156. D. de verb. sign. L. 16. Dioel. et Max. L. un. Cod. uti poss. VIII. 6. m) *arripuerat* Hal. Ba. n) Ita Sav. sed *possidet* Cod. o) *pertinet* om. Bi. p) Cf. interpolata Ulp. L. un. §. 1. D. de utrubi XLIII. 31. q) *contestationis* Bi. r) *vel ex donatione* addit Cod. Ver. *vel ex traditione* restituit Heffl. s) Cf. Theoph. §. 4. h. t. Paul. sent. rec. V. 6. §. 1. t) Totum locum sic in integrum restituisse sibi visus est Heffterus: „*ero; quaelibet vero plurium mensium possessionis causa tibi in hoc interdicto aequiperabit anni possessionem*". Cf. Licin. Rufin. L. 156. D. de verb. sign. L. 16. u) *alius* in mss. Russardi. x) *in possessionem* c. cod. Ver. non sine ratione restituit Heffl. Cf. quae ad leg. Servil. contulimus pag. 23. nota 8. c. add. Kl. y) Cf. §. 4. 6. Inst. per q. pers. nob. acquir. II. 9. Gai. L. 9. D. de acq. vel. amitt. poss. XLI. 2. et passim eod. tit. z) *praestiterimus* c. cod. Heffl. a) *quoque* om. Ba. *solo* add. Hal. Ba. non agn. Theoph.

sit in possessione, neque eius nomine alius, tamen, si non relinquendae [b] possessionis animo, sed postea reversurus inde discesserit, retinere possessionem videatur [c].

animo solo quamvis | — *litt.* 27 — | *retinere … videamur* [d].

adipisci (*apis[ci]*) vero [e] possessionem per] quos aliquis potest [f] (*pos[simus]*), secundo libro [g] exposuimus (*commentario* [h] *rettulimus*); nec ulla dubitatio est, quin animo [solo adipisci possessionem nemo potest [i] (*possit*]). §. Recuperandae possessionis causa solet interdici I. §. 6.
(*interdictum dari*), si quis ex [k] possessione fundi vel aedium vi deiectus fuerit (*sit*); G. §. 154.
nam ei proponitur interdictum Unde vi [l] (*cuius principium [est]* „*Unde tu vi illum deiecisti*") [m] per quod is, qui deiecit, cogitur ei restituere rei possessionem;

licet is ab eo, qui [n] deiecit, vi vel clam vel precario possidebat [o]. sed ex constitutionibus sacris, ut supra [p] diximus, si quis rem p vim occupaverit, siquidem in bonis eius est, dominio eius privatur; si aliena [q], post eius restitutionem etiam aestimationem rei [r] dare vim passo compellitur. qui autem aliquem de possessione per vim deiecerit, tenetur lege Iulia [s] de vi privata, aut de vi

si modo [a] *is, qui deiectus est, nec vi, nec [clam], nec precario* | — *litt.* 15 — | [b]. *quodsi autem* [c] *vi, aut clam, aut precario possederit* | — *litt.* 14 — | [d]. §. *Interdum tamen* | — *litt.* 25 — | [e] G. §. 155.
vi, aut clam, aut precario possideret, cogeret restituere possessionem: velut si armis eum vi deiecerim. nam praetor | — *litt.* 44 — | *omni modo* | — *litt.* 38 — | — *vers.* 2 — |.

publica; sed de vi privata [t], si sine armis vim fecerit; sin autem cum armis eum de possessione expulerit [u], de vi publica [v] tenetur [x]. armorum [y] autem appellatione non solum scuta et gladios et galeas significari intellegimus, sed et [z] fustes et lapides.

§. Tertia [f] divisio interdictorum haec (*in [hoc*) est, quod aut] simplicia sunt, aut duplicia. §. Simplicia [sunt], velut in quibus alter ac- I. §. 7. G. §. 156. G. §. 157.

---

b) *derelinquendae* G. Be. c) Cf. Paul. L. 3. §. 7. Ulp. L. 6. §. 1. L. 20. Papin. L. 44. §. 2. D. tit. cit. Ulp. L. 1. §. 25. D. de vi et vi arm. XLIII. 16. Diocl. et Max. L. 4. Cod. de acq. et ret. poss. VII. 32. d) Totum locum sic constituit Hefflerus: „*quae nostrorum opinio est: unde* etiam *placuit, ut,* quoniam *possidemus* animo solo, quando *voluerimus reversuri abire,* retinere possessionem videamur". e) *autem* Bu. f) *possit* Bu. g) §. 4. Inst. per quas pers. nob. acq. II. 9. h) Cf. Comm. II. §. 89. 90. 94. 95. i) *possit* Hal. Cf. praeter locc. citt. Paul. §. 1. 3. 6. cit. L. 3. Iavolen. L. 23. pr. D. de acq. v. om. poss. XLI. 2. et pass. k) *de* Bu. l) Tit. Dig. de vi et de vi armata XLIII. 16. m) Cf. Cic. pro Tull. §. 4. ed. Beieri. item Ulp. L. 1. pr. D. de vi et vi arm. XLIII. 16. n) *vi* ins. Hal. nec mox hanc voculam, quam Theoph. non agnoscit, omittens. o) *possideat* Hal. p) §. 1. Inst. de vi bon. rapt. IV. 2. Cf. Ulp. L. 1. §. 2. D. tit. cit. XLIII. 16. q) *alienam* Bi. r) *rei* om. Bi. Be. Bu. sed agn. Theoph. s) Cf. Ulp. l. c. t) Cf. Ulp. L. 5. D. ad leg. Iul. de vi priv. XLVIII. 7. u) *vi expulerit* Hal. *eiecerit* Bu. v) Cf. Marcian. L. 3. §. 2. D. ad leg. Iul. de vi publ. XLVIII. 6. x) *tenetur* om. G. Bi. Be. sed agn. Theoph. y) Gai. L. 41. D. de verb. sign. L. 16. „*Armorum appellatio non utique scuta et gladios et galeas significat, sed et fustes et lapides*". Cf. Ulp. L. 3. §. 2. D. de vi et vi arm. XLIII. 16. Paul. L. 9. 11. §. 1. D. ad leg. Iul. de vi publ. XLVIII. 6. z) *verum etiam* Bu. a) Cf. Cic. pro Caecina c. 31. 32. ad fam. VII. ep. 13. Paul. sent. rec. V. 6. §. 7. b) Sententia tale quid postulat: „*ab ipso possederit*". Goesch. „*possidebat adversus alterum*" Heffl. c) *aut?* Lachm. d) „possideret, *impune deiicitur*" restituit Heffl. e) Cf. Cic. pro Caec. c. 8. 32. „*Praetor me, si quem deiecero, quamquam vi aut clam*" *etc.* restituit Hefflerus, in quibus equidem non video, unde pendeat illud *cogeret*. Ideoque non sine auctoritate codicis sic restituere malim: „*solet dari interdictum, ut licet quis a me vi — — possederit — — cogar ei restituere possessionem*". Kl. f) Cf. Paul. L. 2. pr. D. h. t. XLIII. 1.

tor, alter reus est[g]; qualia sunt omnia restitutoria [aut] exhibitoria.
p. 240. nam actor[i] [est, qui desiderat aut exhiberi aut restitui; reus autem[k]
G. §. 158. is est, a quo desideratur, ut restituat aut exhibeat[l] (*exhibeat aut restituat*). §. Pro-
hibitoriorum autem interdictorum[m] alia simplicia sunt (*duplicia*), alia dupli-
G. §. 159. cia (*simplicia sunt*). §. Simplicia sunt, veluti cum (*quibus*) prohibet praetor in
loco sacro[n], vel (*aut*) in flumine publico, ripave eius[o] aliquid fieri (*facere
reum*[p]). nam actor e[st], qui desiderat, ne quid fiat; reus est[q] *is*, qui ali-
G. §. 160. quid facere conatur. §. Duplicia sunt, velut[r] Uti possidetis interdi-
ctum et Utrubi[s]. ideo autem[t] duplicia vocantur, quia par utriusque li-
tigatoris in his[u] condicio est, nec quisquam praecipue reus[x] vel actor
intellegitur, sed unusquisque tam rei, quam actoris partes[y] susti-
net[z]. *quippe praetor pari sermone cum utroque loquitur. nam summa conceptio eorum
interdictorum haec est: „uti[a] n[unc] possidetis, quominus ita possideatis, vim fieri veto":
item alterius: „Utrubi[b] hic homo, de quo agitur, apud quem maiore parte huius anni
fuit, quominus is eum ducat, vim fieri veto".*
G. §. 161. §. *Expositis generibus interdictorum, sequitur, ut de ordine et de exitu eorum di-*
G. §. 162. *spiciamus. et incipiamus a simplicibus.* §. *Igitur[c] [* cum *] restitutorium, vel exhibitorium
interdictum redditur, velut ut restituatur ei possessio, qui vi deiectus est, aut exhibeatur
libertus[d], cui patronus operas indicere [vult][e], modo sine periculo res ad exitum perduci-*
G. §. 163. *tur, modo cum periculo.* §. *Namque si arbitrum postulaverit is, cum quo agitur, accipit*
p. 241. *formulam, quae appellatur [arb[itra]ria: nam iud[ic]is arbitrio si quid restitui vel exhi-
beri deb[eat, id][f] sine [poen]a exhibet [vel] restituit, et ita absolvitur: quodsi nec resti-
tuat, neque exhibeat, q[uan]ti ea res est condemnatur. sed actor q[uoque][g] sine poena
experitur cum eo, qui neque exhibere, neque restituere quidquam offert, [ni]si[h] calumniae
iudicium ei oppositum fu[er]it.* | — vers. 1 — | ... *calumniae iudicio* | — litt. 22 — | *quasi hoc
ipso confessus videat[ur, restituere se] vel exhibere debere. sed alio iure utimur; et recte*
G. §. 164. | — litt. 28 — | *et arbitrum quisque* | — litt. 15 — |[i]. §. *Observare debet is, qui [volet arbi-
trum petere, ut ita e]um petat, antequam ex i[ure] exeat, id [est], an[tequam a] p[rae-*
G. §. 165. *tore dis]cedat: sero enim petentibus non indulge[bitur].* §. *I[taque] si [ar]bi[trum] non
[petie]rit, sed tacitus de iure exi[erit], cum periculo res ad exitum perducitur. nam
actor provocat adversarium sponsione [si] contra [edictu]m praetoris non [exh]ib[ue]rit*

---

g) *est* om. Bi. h) *et* Bu. i) *is* ins. Hal. *Namque actor* G. Bi. Be. k) *reus est is* G. Bi. Be. *vero* (om. *est*) Bu. l) Eundem ordinem servat Theoph. m) *interdum* e cod. restituit Heff. n) Cf. Dig. XLIII. 6. o) Cf. Dig. XLIII. 12. p) *facere cum* Cod. *cum* omisit Goesch. Heffteri secutus sum restitutionem. Kl. q) *est* om. Bi. Bu. r) *velut* om. Bu. s) Cf. supra §. 4. h. t. t) *autem* om. Bu. u) *in his* om. Cod. Erlang. x) *actor vel reus* et mox *actoris, quam rei* Bu. y) *partem* Bi. Be. Bö. z) Cf. Ulp. L. 37. §. 1. D. de O. et A. XLIV. 7. a) Cf. Ulp. L. 1. pr. D. uti poss. XLIII. 17. b) Cf. Id. L. 1. pr. D. de utrubi. XLIII. 31. c) Cf. supra h. C. §. 141. d) Cf. Ulp. L. 1. §. 1. L. 3. §. 1. D. de lib. hom. exh. XLIII. 29. e) *volet* Heff. f) *debebit* Heff. g) *non* Heff. h) *quodsi* Heff. i) Hefferus e codicis scripturae vestigiis haec elicuit: „*derisa est enim nunc sententia*, quae *scholae diversae erat* et praevaluit *interdum*, calumniae iudicio *non in illis iudiciis ex parte rei locum esse*, quasi hoc ipso confessus videatur, *restituere se*, vel exhibere debere. sed alio iure utimur, et recte, *nam etsi altera sententia prudentior esset*, tamen et arbitrum quisque posse *statuere* quoque *in actorem putat*".

aut non restituerit: ille autem adversus sponsionem adversarii restipulatur. deinde actor quidem sponsionis [formulam edit] adversario; i[ll]e huic invicem restipulationis. sed actor sponsioni[s formulae subiungit] [k] *et aliud iudicium de re restituenda vel exhibenda: ut, si sponsione* [l] *[vicerit], nisi ei res exhibeatur aut restituatur* [m] || — pag. 1 — | || — vers. 21 — | [n] p. 242.
aut denegantur [o] | — litt. 26 — | — vers. 2 — ||. . . . . §. *res ab eo fructus licitando . tantis-* p. 243. p. 244.
[per] in | — litt. 19 — | *adversario suo fructuaria stipu[latio]ne . . . . potestas haec* | — litt. 18 — | G. §. 166.
| — litt. 32 — | *adversarios qui* | — litt. 14 — | *contentio fructus licitationis e[st], scil[icet qui]a* | — litt. 13 — | *esse . . . tantisp[er]* | — litt. 12 — | *vendit* | — litt. 11 — || *postea alter alterum sponsione provocat: „q[uae] adversus edictum praetoris inter[di]centis nobis facta essent invicem [si] non restituantur". adversus sponsionem vel* | — litt. 16 — | *cum una inter eos sponsio . . . . stipulatio* [p] *. . . . . fit* [q] | — litt. 31 — | *fundo* [r] | — litt. 34 — | *restitui* | — litt. 18 — | *iudex, apud quem de ea [re] agi[tur], illud scilicet requirit, [*[s] *quod* [s]*] praetor interdicto complexus est, id est, uter eorum eum fundum easve aedes per id tempus, quo interdict[um] redd[ere]tur* [s], *nec vi, nec clam, nec precario possederit* [t]. *cum iudex id exploraverit, et forte secundum me iudicat[um] sit, adversarium [quidem] et sponsionis et restipulationis summas, quas cum eo feci, condemnat, et convenienter me sponsionis et restipulationis, quae mecum factae sunt, absolvit. et hoc amplius, si apud adversarium meum possessio [est], quia is fructus licitatione vicit, nisi restituat mihi possessionem, Cascelliano sive [secutorio iudicio condemnatur.* §. *Ergo is, qui fructus licitatione vicit,* G. §. 167.
si non probat, ad se pertinere possessionem, sponsionis et restipu[la]tionis et fructus licitationis summam poenae nomine solvere, [et] praeterea possessionem restituere iubetur: et p. 245.
hoc amplius fructus, quos interea percepit, reddit. summa enim fructus licitationis non pretium est fructuum, sed poenae nomine solvitur, quod quis alienam possessionem per hoc tempus retinere et facultatem fruendi nancisci conatus est. §. *Ille autem, qui fructus li-* G. §. 168.
citatione victus est, si non probat [u], *ad se pertinere possessionem, tantum sponsionis et restipulationis summam poenae nomine debet.* §. *Admonendi tamen sumus, liberum esse ei,* G. §. 169.
qui fructus licitatione victus erit, omissa fructuaria stipulatione, sicut Cascelliano sive secutorio iudicio de p[ossessione rec]iperand[a [x] *ex]peri[tur], ita . . . .* [y] *de fructus licitatione ag[ere]: in quam r[em] proprium iudicium comparatum est, quod appellatur fructua-*

k) „sponsioni *vel eius formulae subiicit*" Hefft. l) *sponsionem* Hefft. m) Heffterus pergit: „*adversarius, quanti ea res sit, condemnetur*". n) Initio versus primi Goeschenius legendum coniecit *utatur*, quod recepit Hefft. Idem in versu 21. restituit ex coniectura *moneamus*. o) *actiones* addit Hefft. p) *restipulatio* legendum esse coniecit Goesch. q) Totum locum ab initio huius paragraphi sic restituit Heffterus: „*deinde perficitur* [omnis res ab eo fructus licitando, id est, tantisper in possessione *constituitur*, si *modo* adversario suo fructuaria stipulatione *cavet*. *cui vis et* potestas haec *inest*, *ut*, si *contra ipsum esset postea* pronunciatum, *possessio restituatur*: *itaque inter* adversarios, qui *praetoris* auctoritate *certant*, contentio fructus licitationis est. scilicet quia *amborum interest*, *possessorem esse*, *alter* tantisper rei *possessionem et rei fructus* vendit; et *quandoquidem hoc agatur* postea alter alterum sponsione provocat: „ „quae adversus edictum praetoris interdicentis nobis facta essent invicem *ambobus si non restituantur*"". Adversus sponsionem vel *stipulationem autem*, cum una inter eos (*sit*) sponsio: „ „*ni mea possessio sit*"", stipulatio: „ „*ni . . . tua sit*"", fit".
r) *ab* addit Hefft. s) *redditur* c. cod. Hefft. t) *possideret* c. cod. Hefft. u) *probaret* Goeschenius, *probabaret* Blumius se vidisse testantur. *probaverit* Hefft. x) *ibi* addit Hefft. y) *separatim et* Hefft. *specialiter* coniecit Blum.

rium, quo nomine actoris satis accipiatur. dicitur autem et hoc iudicium secutorium, quod
G. §. 170. *sequitur sponsionis victoriam: sed non aeque Cascellianum vocatur.* §. *Sed quia nonnulli interdicto reddito, cetera ex interdicto facere nolebant, atque ob id non poterat res ex-*
p. 246. *pediri, praetor* || — litt. 19 — | *comparavit interdicta* | — vers. 8 — | — litt. 16 — | *et cetera ex interdicto* ... [z].

I. §. 8. §. De ordine et vetere exitu interdictorum supervacuum est hodie dicere; nam quotiens extra ordinem ius dicitur, qualia sunt hodie omnia iudicia [a], non est necesse reddi interdictum, sed perinde iudicatur sine interdictis, ac [b] si utilis actio ex causa interdicti reddita fuisset [c].

TIT. XVI.

DE POENA TEMERE LITIGANTIUM.

I. pr. Nunc admonendi sumus magnam curam
G. §. 171. egisse eos, qui iura sustinebant, ne facile
p. 247. homines ad litigandum procederent; quod et [a] nobis studio est. idque eo maxime fieri
p. 248. potest, quod temeritas tam agentium, quam eorum, cum quibus agitur [b], modo pecuniaria poena [c], modo iurisiurandi religione [d],
I. §. 1. modo infamiae metu [e] coercetur. §. Ecce enim iusiurandum omnibus, qui conveniuntur, ex constitutione nostra [m] defertur; nam reus non aliter suis allegationibus utitur, nisi prius iuraverit, quod putans se [n] bona

§. [f] | — vers. 2 — | [g] *sine causa* | — litt. 28 — | | — vers. 1 — | — litt. 28 — | *fuerint* ... | — vers. 9 — | | — vers. 9 — || ... *sponsori* | — litt. 28 — | — vers. 11 — | | — litt. 11 — | *etiam iuris* | — litt. 19 — | — vers. 2 — | | .... *dupli* | — litt. 15 — | [h] *velut si iudica[ti], aut depensi, aut damni iniuriae, aut l[ega-t]or[um] p[er] damna[tionem re]li[ctorum nomine] agitur* [i]: *ex quibusdam causis sponsionem facere permittitur* [k], *velut de pecunia certa credita et pecunia constituta: sed certae quidem creditae pecuniae tertiae partis* [l]; *constitutae vero pecuniae partis dimi-*

---

z) Heffterus huius paginae reliquias ita explicuit: „expediri, re[liqua (?) sivit expirare *praetor et* comparavit interdicta dum ...... posset — — — — — — insuper — — — — — — exprimere licuit, quod *nisi appareat in possessionem* — — — — — (*praetor*) et proconsul etiam nunc in unico casu ...., — — — — — — — — *quanti ed res est.* — — — — — et cetera ex interdicto *fiunt*". a) *interdicta* se in quodam cod. ms. legisse testatur Hal. sed πάντα τὰ δικαστήρια habet Theoph. b) *atque* Bi. Bu. c) Cf. Paul. L. 47. §. 1. D. de neg. gest. III. 5. Constantin. L. 1. Theod. et Valent. L. 2. Cod. de form. et impetr. act. subl. II. 58. Diocl. et Max. L. 3. Arcad. et Hon. L. 4. Cod. h. t. VIII. 1.

Tit. XVI. a) *quod quoque* Bu. b) *ageretur* G. Bi. Be. c) Cf. e. gr. supra §. 10. 23. 26. 33. Inst. de act. IV. 6. d) Cf. §. 1. h. t. e) Cf. §. 2. h. t. f) Cum Heffero §. signum iam huc collocavimus, ubi exordium articuli *de poena temere litigantium* latere videatur. Goeschenius id posuit initio paginae codicis 248. g) Gaius ita fere scripsisse videtur: „*Nunc admonendi sumus, a* indicato *simplum eius, quod in condemnatione est, plerumque solvendum esse.* Qui vero sine causa litem inficiantur, duplum *eos interdum* praestare oportet". Hefft. h) An: „*reo infitiante, ex quibusdam causis dupli actio constituitur*". Goesch. In paginis antecedentibus et huius ipsius initio Heffterus e vestigiis codicis, quae Goeschenius et Blumius se vidisse testati sunt, haec elicuit: in versu primo huius §phi: „*iudicato*"; vers. 3.: „*sine causa litem infitiantur, duplum*"; vers. 4.: „*praestare oportet*"; vers. 5.: „in consuetudine fuerint"; vers. 7.: „paret senatus consulto, *quod in aeternam rei memoriam*"; in vers. 21. pag. antec.: „*actoris* parte etiam iuris tuendi causa"; inde a versu 24.: „*adversus reos quidem inficiantes ex quibusdam* [causis dupli *actionem constituit praetor,* velut" etc. i) Cf. supra h. G. §. 9. k) *permittit* cum codice Hefft. l) Cf. Cic. pro Rosc. Com. c. 4. 5. m) L. ult. Cod. de iurei. propt. cal. [II. 59.], vel potius alia deperdita, nam ista post Inst. edita est [xv. kal. Aug. anni p. Chr. 531.]. *Biener.* Cf. Nov. 49. c. 3. §. 1. n) *sese* G. Be.